23. *In privato autem facinora omnia committere tibi decretum ſit, aleatorem eſſe, inebriari, libidinari, moechari, gloriarique etſi non feceris, idque apud omnes dicere, & litterulas oſtendere ſcriptas a mulieribus. Etenim pulcher eſſe velle debes, & hoc agere, ut mulieres ſtudioſe videantur te ſectari. Nam hoc quoque ad Rhetoricen vulgo referent, quaſi ea cauſſa in ipſa quoque gynaeconitide gratioſus ſis. Verum nec illud, quod dicere nolo, tibi pudori ſit, etſi a viris alterius rei cauſſa amari videare, idque barbatus cum jam ſis, aut, ita me Jupiter, calvus. Sed ſint, qui etiam hac ipſa cauſſa ſemper tecum ſint. Si vero non ſint, ſervi certe ſufficient. Multa enim ex hac etiam re commoda facultati dicendi utilia accedunt: major certe impudentia atque audacia. Vides, ut loquaciores ſint mulieres, & abunde maledicant ac ſupra viros. Si ergo idem quod illae patiaris, praecelles reliquis. Verum etiam pice velli oportet maxime ſa-*

[a] Καὶ περίβλεπτον] Omiſerat O. ſed in marg. additum. [b] Ἰδίᾳ] Bene ſic *Ald. H. P.* &c. Male ſine puncto *F.* & *Fl.* [c] Αὐχεῖν] Ἢ αὐχεῖν O. [d] Γε] Hoc repoſuit *Solan.* ex O. pro τε, quod Edd. habebant. [e] Ὑποδεικνύναι] Ἐπιδεικνύειν O. [f] Σὺ — εὐδοκιμῇς τοῦτο] Σοὶ — εὐδοκιμοῦντι male *Fl.* [g] Τὸ] Τὸν *Fl.* [h] Αἰδεσθῇς] Sic dedi ex *F. Vat.* O. L. Αἰδεσθεὶς Edd. cett. [i] Κἂν] Εἰ Ϲ O. [k] Οἱ] Caret artic. O. [l] Πάσχοις] Ex O. ſic dedi, cum πάσχεις Edd. [m] Διοίσεις] Καὶ παλαυτίγε διοίσεις male *Fl.*

70. Ὑπὸ τῶν γυναικῶν σπουδάζεσθαι] Vid. ſi tanti eſt, *Bergl.* ad *Alciphr.* I. p. 120. ſimiles phraſes adferentem, quibus probet ὑπὸ τινὸς σπουδάζεσθαι dicendum, non ἀπὸ, ut in *Alciphr.* editum. *J. F. R.*

75. Τὸ δεῖνα] Scilicet τὸ περαίτεσθαι. *F. G.*

76. Αἰδεσθεὶς] Lege αἰδεσθῇς. *F. G.*

Αἰδεσθῇς] Ox. L. & *Ven.* utraque. In reliquis αἰδεσθεὶς. *M. du S.*

82. Πλείων ἡ ἀναισχυντία Ϲ θράσος] *Buchanan.* de concionatore Franciſcano:

Nec mihi diſpliceat primo muliebria paſſus
Flore evi, hinc effrons audacia, &c.

F. G.

83. Ὡς λαλίστεραι αἱ γυναῖκες] *Liban.* *J. B.*

Ibid. Λαλίστεραι] Mulier animal natura loquax. *Plaut.* in Aulul. *Nam multum loquaces merito omnes habemur.* Idem in Ciſtell. *Largiloqua exemplo ſumus, plus loquimur quam fas eſt.* *Eurip.* in Phoeniſſ.

Φιλόψογον δὲ χρῆμα θήλειον ἔφυ,
Σμικρὰς ὀλ' ἀφορμὰς ἢν λάβωσι τῶν λόγων·
Πλείας ἐπισφέρουσιν· ἡδονὴ δέ τις
Γυναιξὶ, μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λέγειν.

G. C.

85. Πάσχοις] Cod. Ox. In reliquis πάσχεις. Dein addit *Fl.* καὶ παλαυτίγε. Legendum καὶ κατὰ ταυτίγε. *M. du S.*

86. Πιττοῦσθαι] Qui mos hodieque in Oriente obtinet. Factitant enim id ſedulo in Balneis plerique. Qua de re jam aliquid ad *Mort.* c. 33. dictum eſt. *M. du S.*

94. Ὑποτιλᾶν] *Fellare*, obſcoenae ſignificationis. *F. G.*

95. Ἔρωτας] Ἐρῶντας legit Interpres. *F. G.*

97. Γοητεύειν] Τὸ τὴν γοητὰν ἐκμυζᾶν ſcil. *F. G.*

Γε-

ſane per omnia ; ſi vero minus , omnino quidem illa. . . Ipſum vero os tibi ad omnia hiet facile , & miniſtret lingua cum ad ſermones , tum ad alia quaecunque poterit. Poteſt autem non ſoloeciſmos tantum committere aut barbariſmos , neque nugari ſolum , aut pejerare , aut male dicere , aut calumniari ac mentiri ; ſed noctu aliud quoque ſubire miniſterium , in primis ad multos adeo amores ſi non ſufficias. Omnia quidem illa norit , & nativa magis fiat , neque quidquam averſetur.

τὰ πάντα· εἰ δὲ μὴ, πάντως ἐκεῖνα. ᾗ αὐτὸ δέ σοι τὸ στόμα πρὸς ἅπαντα [n] ἡδέως κεχηνέτω , ᾗ ἡ γλῶττα ὑπηρετείτω καὶ πρὸς τοὺς λόγους, ᾗ πρὸς τὰ ἄλλα, ὁπόσα ἂν δύνηται. δύναται δὲ οὐ σολοικίζειν μόνον, [o] οὐδὲ βαρβαρίζειν, οὐδὲ ληρεῖν, ἢ ὀπτορχεῖν, ἢ λοιδορεῖσθαι, ἢ ψαβάλλειν, ᾗ ψεύδεσθαι, ἀλλὰ ᾗ νύκτωρ τι ἄλλο ὑπόλεειν· ᾗ μάλιστα ἂν πρὸς ὕτω πολλοὺς τοὺς ἐρῶντας μὴ [p] ἀφορκέσῃς, πάντα αὐτὴ [q] γε ἐπιτάττῃ, ᾗ γοητικώτερα γιγνέσθω, ᾗ μηδὲν ἀποτρεπέσθω.

24. *Haec ſi , puer , diligenter edidiceris , potes vero ; neque enim quidquam eſt in illis difficile : confidenter tibi polliceor , non longo interjecto tempore optimum te Rhetora & nobis ſimilem redditum iri. Quod ſequitur, non opus eſt uti ego dicam , quot brevi bona a Rhetorice adfutura tibi ſint. Vides enim me , qui ignobili patre natus ſim , & ne pure quidem libero , ut qui ultra Xoin & Thmuin ſervierit , matre autem ſarcinatrice triviali. Ipſe vero qui forma viderer eſſe non omnino con-*

[r] Ἦν ταῦτα, ὦ παῖ, καλῶς ἐκμάθῃς (δύνασαι δὲ οὐδὲν ᾗ ἐν αὐτοῖς βαρὺ) θαῤῥῶν ἐπαγγέλλομαι οὐκ εἰς μακρὰν σε ἄριστον ῥήτορα , ᾗ ἡμῖν ὅμοιον ἀποτελεσθήσεσθαι. τὸ μὲν τοῦτο δὲ οὐκ ἐμὲ χρὴ λέγειν ὅσα ἐν βραχεῖ παρέσται σοι τὰ ἀγαθὰ καὶ ἐκ Ῥητορικῆς. ὁρᾷς [s] γὰρ ἐμὲ, ὃς πάλαι μὲ ἀφανῆς, ᾗ οὐδὲ καθαρῶς ἐλευθέρου ἐγενόμην, ὑπὲρ Ξόϊν ᾗ Θμοῦϊν δεδουλευκότος , μήτηρ δὲ ἀκεστρίας, [t] ἐπ' ἀμφοδίου τινός· αὐτὸς δὲ τὴν ὥραν οὐ πανταπασιν [v] ἀδόκιμος εἶναι δό-

n Ἡδέως] Ὁμοίως O. o Οὐδὲ] Καὶ O. p Διαμείσῃς] Διαμείσῃ O. & marg. *A*1. q Γε] Τε *Fl.* r Ἦν] Ἂν male O. s Γὰρ] Omiſit O. t Ἐπ' ἀμφοδίου] Sic Edd. omn. Ἐπαφροδίτου G. Ἀμφροδίου O. Ἐπ' ἀφροδίτου marg. *A*1. v Ἀδόκιμος] Recepi ex *Fl.* quum ἀδόκιμον eſſet in cett.

Τοιμωτέρα γιγνέσθω] Non eſt noſtrum , haec ἀπόῤῥητα & ἄῤῥητα declarare. Sed illud monemus, etiam apud *Longinum* ſ. 31. γόημον eſſe orationis virtutem, quam forte commodiſſime expreſſit Pearcius , cum *nativam* reddidit, *fecundam ſublimitatis* alii , alii *puram*, *genuinam*. *J.M.G.*

8. Ὑπὲρ Ξόϊν ᾗ Θμοῦϊν] Ex hoc loco patet Lucianum traducere quendam Rhetorem Ægyptium; ſunt enim *Xois* & *Thmuis* urbium nomina in inferiore Ægypto , unde nomi duo Ξοΐτης & Θμυΐτης nominabantur. *J.P.* a *G.*

Ibid. Ξόϊν ᾗ Θμοῦϊν] Τοὺς Αἰγυπτίους δούλους. *F.G.*

Ξόϊν] Urbis nomen apud *Plut.* 656. 1. ſupra Ægyptum in Abyſſinia , ubi hodieque regio eſt idem ferme nomen retinens. *M.du S.*

Ibid. Μητρὸς δὲ ἀκεστρίας ἐπ' ἀμφοδίου τινός] Vertitur: *Matre vero ſartrice, in bivio quodam natus ſum.* Haec *natus ſum* inferciunt interpretes , ut ſententiam conficiant. In Graecis , ut vides, non habentur. Dein ἄμφοδον & ἄμφοδος eſt δοδον , *bivium* , non ἀμφοδίου. Sed moror. leg. ut Mſſ. ἀκεστρίας ἐπαφροδίτου τινὸς, *quae fuit ſartrix hominis venuſti.* *J.G.G.*

Μητρὸς δὲ ἀκεστρίας ἐπ' ἀμφοδίου τινός] Puto ab eodemerrore haec corrupta eſſe, qui Tom. I. *Piſc.* c. 19. fecit ἐπ' Εὐφραντιδίων pro ἐπαυφραντιδίων. Certe enim vulgata non ſatis bene ſe habent , quae quidem fient optima , ſi legas ἀκεστρίας ἐπαμφοδίου τινός. Nam Lucianus gaudet quoque commentis talium vocum. Sic & initio Herculis Gallici agnoſcit ὑποταρταρίους , licet hi apud poëtas praecipuos quoque exſtent. Sed maxime miror , cur mox illa σιωπῇ τινι καχεδαίμονι ᾗ γλίχρᾳ ἱρασῇ interpretentur *cum infelici , ſuavi tamen amatore* , quum certiſſime talis ſit inſuavis, & putidum eſt haec corrigere, quae nullius , niſi horum interpretum, oculos fugere poſſunt. *J.G.*

10. Ἀδόκιμος] Forſan & ſupra *Paraſit.* c. 5. praeſtiterit nominativus πολυπραγμοσύνη εἶναί σοι δοκεῖ, ubi πολυπραγμοσύνῃ edi paſſus ſum , quia nulla editio praeibat, & quia tolerabilius erat, quam hic. Eſt quidem, ubi tam accuſativus quam nominativus infinito verbo adjungi queat , vid. *Jenſii* notata ad *Prometh.* Sive Lectt. Lucian. p. 71-73. At hic ſi accuſativum

δόξας, τὸ μὲν πρῶτον ὅτι φιλῷ τῷ τρέφοντι συνῆν τινι κακοδαίμονι, καὶ γλίσχρῳ ἐραστῇ. ἐπεὶ δὲ τὴν ὁδὸν ταύτην ῥᾳστην οὖσαν κατεῖδον, καὶ [a] διεκπεράσας, ἐπὶ τῷ ἄκρῳ ἐγενόμην (ὑπῆρχε γάρ μοι, ὦ φίλη Ἀδράστεια, πάντα ἐκεῖνα, ἃ πρόσθεν ἐφόδια, τὸ θράσος, ἡ ἀμαθία, ἡ ἀναισχυντία) πρῶτον μὲν οὐκ ἔτι [b] Ποθεινὸς ὀνομάζομαι, ἀλλ' ἤδη τοῖς Διὸς καὶ Λήδας παισὶν ὁμώνυμος γεγένημαι· ἔπειτα δὲ γραῒ [c] συνοικήσας, τὸ πρῶτον μὲν ἐγαστριζόμην πρὸς αὐτῆς, ἐρᾷν προσποιούμενος γυναικὸς [d] ἑβδομηκοντούτιδος, [e] τέτταρας ἔτι [f] λοιποὺς ὀδόντας ἐχούσης, χρυσίῳ καὶ τούτους ἐνδεδεμένους. πλὴν ἀλλά γε ἀφ' ἧς πενίαν ὑφίστάμην τὸν ἆθλον, καὶ τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα τὰ ἐκ τοῦ σοροῦ φιλήματα, ὑπορρίγα μοι ἐποίει

temnenda, prime ſolorum alimentorum pretio fui cum amatore miſero atque avaro. Cum autem viderem, hanc viam eſſe facillimam, eamque emenſus in ſumma jam eſſem, (Adſerant mihi enim, parce cara Adraſtea! praeſidia illa, quae modo dicebam, omnia, confidentia, inſcitia, impudentia) primo quidem non amplius Pothinus nominor, ſed jam Jovis & Ledae pueris cognominis factus ſum. Deinde adjunxi me ad anum mulierem, a qua primum laute alebar, amare dum ſimulo mulierem ſeptuagenariam, dentes adhuc quatuor habentem reliquos, auro revinctos & ipſos. Veruntamen paupertatis cauſſa laborem ſuſtinui, cum frigida illa de cadulo oſcula ſuaviſſima mihi fa-

a Διεκπεράσας] Διεκπαίσας O. b Ποθεινὸς] Bene *J. H. P. S.* &c. Ποτεινὸς male *B1.* & 2. c Συνοικήσας] Συνοικίσας male O. d Ἑβδομηκοντ.] Ἑβδομηκοντούτιδος *Th. Mag. V.* τριακοντούτης. Vulgatum tuetur *Fl.* &c. e Τέτταρας] Τέσσαρας O. f Λοιποὺς] Λοιπόν O.

15. Ὦ φίλη Ἀδράστεια] Δαίμων ἡ Ἀδράστεια παρ' Ἕλλησι τοῖς μεγάλα καυχωμένοις ἐπιφυομένη. ἐπεὶ ἂν καυχώμενός εἰσάγῃ ὁ μοιρῶν ἕτερος διδάσκαλος, ὥσπερ ἐκμειλιττόμενος τὴν δαίμονα * ἀνδρόμαχος τῶν ἄνω αὐτὴν, ἤτοι ἐπεύχεσθε. *V.*

19. Ἀλλ' ἤδη τοῖς Διὸς] Ἐντεῦθεν ἀναντιῤῥήτως ἤδη ὡς Πολυδεύκει Δράσυρις ὁ παρὼν λόγος, εἴγε Κάστορος ἀδελφὸς Πολυδεύκης ὁ Λήδας, ᾧ ἕτερος ὁμώνυμος ὁ Δράσυρόμος ῥητόρων διδάσκαλος. *V.*

* Ἀνδρόμαχος] Ita, pro vulgato ἀνδρόμεως dedit *M. du S.*

admiſeris, ad ὥραν pertinebit, minus commoda ſententia. Ceterum nominativ. habes *Dial. Mort.* XVI. 2. ὥστε αὐτὸς ἐκεῖνος ἦσθα. *Bis Accuſ.* c. 2. f. μόνῳ τῷ δεσπότῃ εἶναι δοκεῖν. &c. Accuſativum *Paraſ.* c. 5. δοκεῖ σοι εἶναι πολυπραγμοσύνη. *Jov. Conf.* c. 7. f. ὃ δὴ ἔπαθες αὐτοὺς τὸ ἀθανάτους εἶναι. Notabilior contra nominativus eſt ap. *Dion. Hal.* Ant. VII. p. 473. 10. ἡ αἰσχύνη λαβοῦσα, ἅτε αὐτουργὸς ἐν γήρᾳ ὀνείδεσι πρὸς τὸν βίαιον ἐκφέρειν. Niſi ibi legendum ἐκφέρων. *J. F. R.*

11. Ἐπὶ ψιλῷ τῷ τρίφωνι] Non ſatis accuratus & hic fuit interpres, qui vertit *ob victus penuriam*, cum potius ſit *nudi* vel *ſolius victus gratia*. *H. V.*

12. Γλίσχρᾳ] Vertunt *ſuavi*. Redde, *tenaci*, *parco*. *F. G.*

18. Οὐκ ἔτι Ποθεινὸς ὀνομάζομαι, ἀλλ' ἤδη τοῖς Διὸς καὶ Λήδας παισὶν ὁμώνυμος γεγένημαι] Et ex hoc loco patet, Rhetorem, quem ſubſannat Lucianus, primum Ποθεινὸν (ſic enim legendum, non πολιὸν.) Deinde Διόσκορον vel Διοσκορίδην vocatum fuiſſe. *J. P. a G.*

Ibid. Ποθεινὸς ὀνομάζομαι] Primo *Photinus* dictus fuit, deinde *Pollux*. *M. V. La Croze*. Sed jam ſub init. dictum contra Pollucem haec non ſcripta. *J. F. R.*

19. Διὸς καὶ Λήδας π. ὁμών.] Pollux eatenus deſignari hic credi poterat, qui Naucratites erat, atque adeo Ægyptius. V. *Suid.* Ναυκρατίκιος. Sed Pater Pollucis *Rhetor*, non *ſervus*, Philoſtrato tradente, erat, p. m. 313. A. *M. du S.*

21. Ἐγαστριζόμην] Vertunt *laute accipiebar*, cum ſit, *in ventrem caedebar*, i. e. nimio coitu vexabar. *F. G.*

Ἐγαστριζόμην] Recte Attici *Phrynichus*, *Thomas Magiſter*, ipſe etiam *Heſychius*, ac *Suidas*, cum ajunt ſignificare hanc vocem λαμπρότερον τρέφεσθαι, ὑπερπλήσθαι, κορύσσεσθαι, χορτάσαι, λαθρότερον τρέφεσθαι. Sic certe hic Lucianus, in libello, ubi Sophiſticam licentiam reprehendit. Sed in hoc falluntur quidam eorum, quod hanc ſolam ſignificationem antiquorum eſſe ajunt, & prohibent adhibere hoc verbum de ventris percuſſione: cum nondum, quod ſciam, antiquioris Luciano (qui utitur etiam Ἑταιρ. *Dial.* Chelid. & Droſ. verſ. fin.) teſtimonium, pro hac ventris implendi notione, prolatum ſit; pluſcula autem ſint apud ipſum parentem Atticiſmi Ariſtophanem, ubi

ver-

fames redderet. Deinde parum aberat, quin heres conſtitutus eſſem, quae habebat, omnium, niſi ſervus exſecrabilis indicaſſet, venenum a me, quod illi darem, eſſe emtum.

25. *Praeceps igitur ejectus, neceſſariis tamen ne ſic quidem carui. Sed Rhetor eſſe videor, & in judiciis probandum me praebeo, praevaricans ſaepe, & judicum corruptionem imprudentibus pollicens. Et plerumque cauſſa equidem cado: ſed palmae tamen in janua virides, in coronam plexae. Illa enim ad infelices eſca utor. Sed id ipſum quoque, quod odio ſum omnibus, & quod inſignis ſum ob morum perverſitatem, & prius etiam orationis, quodque digito oſtendor, atque ipſe princeps in omni malitia dicor, non parvum mihi*

ὁ λιμός. εἶτα ὀλίγυ δεῖν, κληρονόμ[ος] ὧν εἶχεν ἁπάντων κατέστην, εἰ μὴ κατάρατός τις οἰκέτης ἐμήνυσεν, ὡς φάρμακον εἴην ἐπ' [g] αὐτῷ ἐωνημένος.

Ἐξωσθεὶς δὲ ἐπὶ κεφαλὴν, ὅμως οὐδὲ τότε ἠπόρησα τ῀ ἀναγκαίων, ἀλλὰ καὶ ῥήτως δικῶ, [h] καὶ ταῖς δίκαις ἐξετάζομαι, προδιδοὺς τὰ πολλὰ, καὶ τοὺς δικαστὰς τοῖς ἀνοήτοις καθυπισχνούμενος. καὶ ἥττωμαι μὲν τὰ πλεῖστα· οἱ Φοίνικες δὲ ἐπὶ τῇ θύρᾳ χλωροὶ [i] ἐστεφανωμένοι· τούτοις γὰρ ἐπὶ τοὺς δυστυχεῖς χρῶμαι τοῖς δελέασιν. ἀλλὰ καὶ τὸ μισεῖσθαι [k] πρὸς ἁπάντων, καὶ ἐπίσημον εἶναί με ἐπὶ τῇ μοχθηρίᾳ τ῀ τρόπου, καὶ πολὺ πρότερον τ῀ λόγων, καὶ τὸ δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ τοῦτον ἐκεῖνον τ῀ ἀπρόσκλητον ἐν πάσῃ κακίᾳ λεγόμενον, ὃ μικρὸν [l] ἔμοιγε δο-

g Αὐτῷ] Αὐτῇ O. Sed vulgatum praeſtat. *h* Καὶ] Recte *J. Ald. Fr. H. S.* ſine accentu; κᾀν male *Fl. P. Bl.* *i* Ἐστεφανωμένοι] Καὶ ἐστεφ. O. *k* Πρὸς] Πρὸ male O. *l* Ἔμοιγε] Μοι tantum O.

ventrem vel alterius, laedendi cauſſa, vel ſuum inter ſaltandum, ferire ſignificat. Vid. *Kuſter.* ad Eq. 273. & quem laudat, *Menag.* ad *Laërt.* 7, 172. Senſit hoc jam *Euſtathius* & contra dixiſſe videtur vulgo, ad Od. Υ. p. 720, 1. Baſ. Ἰσέον, inquit, ὅτι γαστρίζεσθαι κατὰ τοὺς παλαιοὺς, οὐ μόνον ὡς ἐρᾶσθαι χορτάζεσθαι, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τὸ κατὰ γαστρὸς τύπτεσθαι. Reſpicit nempe ea, quae dixerat ad Od. Σ. p. 656, 21. τὸ γαστρίσαι δηλοῖ μὲν καὶ τὸ χορτάσαι, σημαίνει δὲ φησι καὶ τὸ εἰς γαστέρα πλῆξαι. Nec alterius ſignificationis, quam hujus mentionem facit *Sextus Empir.* M. I, 217. *J. M. G.*

Ἐγκαρτερῶμεν] Pro ſagina ventris utitur etiam *Alciphr.* III. Ep. 45. f. Τίς ἴτι ἀνὴρ τ῀ καταδεδιωκότων τοῦτον; εἰ τοσοῦτο τὸ γαστρίζεσθαι πολύτιμον, ἀνύμνητα κινδύνου τὸ ζῆν, & ne quisquam de hoc ſignificatu dubitet, videat idem ab ipſo auctore exponi per πλησμονήν, nam illico ſubjungit, καὶ τ῀ σὺν λιμοῦ θάνατον διδύτες, τὴν μὲν κινδύνου πλησμονὴν ἀσπαζόμεθα. Quare minime adſentior *Gujeto* priſtinam verſionem rejicienti. *J. F. R.*

26. Τὸν ἄθλον] I. e. laborem Venereum, coitum. *F. G.*

34. Καὶ ταῖς δίκαις ἐξετάζομαι] Vertitur: *& in judiciis contendo*; mallem *in judiciis verſor.* ſic loquitur *Corn. Nep.* in Themiſtocle. *H. V.*

Καὶ ταῖς δίκαις ἐξετ.] Cauſidici illius aetatis Sophiſtae etiam fere erant. V. Ἀ. Μισθ. finem. *M. du S.*

Ibid. Ἐξετάζομαι] *Contendo* adſcripſit. *F. G.* Quum in *Pariſ.* verſum eſſet *me oſtento.* Contra, cum *Bened.* dederit *contendo*, Cl. *Vitringa* vult *verſor.* Tu vide an Cl. *Geſn.* melius rem tetigerit. *J. F. R.*

37. Οἱ φοίνικες δὲ] Advocatorum palmae aliquando ſine lemniſcis & corona, ut apud *Juvenal.* Sat. 7.

Ut tibi laſſo
Figantur virides, ſcalarum gloria, palma.

Et *Martial.* Epig. 27. lib. 7.

Sic fora mirentur, ſic te palatia laudent;
Excolat & geminas plurima palma fores.

Palmas coronatas ut hoc loci ἐπὶ τ῀ θύρᾳ χλωροὶ ἐστεφανωμένοι, tangit *Arrianus* Epicteti cap. 12. lib. 3. *J. B.*

Οἱ φοίνικες δὲ] De palmis ad januas Rhetorum & cauſſidicorum *Caſaub.* ad *Sueton.* Domit. 23. ubi ex hoc ipſo loco lucem affundit *Juvenali* 7, 138. Caeterum cogitabam, an forte melius legatur ἐστεφανωμένη, ut ad θύρα referatur: ſed neceſſe quidem non eſt. *J. M. G.*

42. Πολὺ πρότερον τ῀ λόγων] Ἐπὶ μοχθηρίᾳ ſcilicet τ῀ λόγων. *M. du S.*

Ibid. Καὶ πολὺ πρότερον τ῀ λόγων] Repeto λόγῳ τοῦ κοινοῦ verba, ἐπίσημον ἐπὶ τῇ μοχθηρίᾳ. Qui nondum vitam hominis norunt, odio tamen illum habent ob orationis perverſitatem, cum primum audiere. Neſcio cur maluerit Birckheimerus, *morum pravitate longe prius quam ſermonum eſſe inſignem.* *J. M. G.*

Ibid. Δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ] Habuimus hoc ſaepe, ut *Harmon.* pr. *Gymn.* c. 36. &c. *J. F. R.*

δοκεῖ. ταῦτά σοι τῷ Ἔρωτι, [a] μὴ τὴν πάνδη-
μον, πολὺ πρότερον ἐμαυτῷ παραινέσας,
καὶ χάριν ἐμαυτῷ οὐ μικρὰν ἐπισπασά-
μην.

Εἶεν· ὁ μὲν [b] γεννάδας εἰπὼν ταῦτα [c] πε-
παύσεται· σὺ δὲ ἴσθι τοῖς εἰρημένοις,
καὶ δὴ παρεῖναι νόμιζε οἷσπερ ἐξαρχὴς ἐπόθεις
ἐλθεῖν. καὶ οὐδέν σε κωλύσει ἑπόμενον [d] τῷ νό-
μῳ ἔντε τοῖς δικαστηρίοις [e] κρατεῖν, καὶ ἐν
τοῖς πλήθεσιν εὐδοκιμεῖν, καὶ ἐπέραστον εἶναι,
καὶ γαμεῖν καὶ γραῦν τινα τῶν κωμικῶν, καθ-
άπερ ὁ νομοθέτης καὶ διδάσκαλος, ἀλλὰ
καλλίστην γυναῖκα τὴν Ῥητορικήν, ὡς τὸ τοῦ
Πλάτωνος [f] ἐκεῖνο πρηνὲς ἅρμα ἐλαύνουσα
φέρεσθαι, σοὶ μᾶλλον [g] πρέπειν φασὶ σεαυ-
τῆς εἰπεῖν, ἢ ἐκείνῳ φασὶ τοῦ Διός· ἐγὼ δὲ
(ἀγεννὴς γὰρ καὶ δειλός εἰμι) ἐκχήσομαι ὑμῖν
τὴν ὁδόν, καὶ παύσομαι τῇ ῥητορικῇ ὀπιπολά-
ζων, [h] ἀσύμβολος ὢν πρὸς αὐτὴν τὰ
ἡμέτερα. μᾶλλον δὲ ἤδη [i] πέπαυμαι.
ὥστε ἀκονιτὶ ἀνακηρύττεσθε, καὶ θαυμάζεσθε,
μόνον τοῦτο μεμνημένοι, ὅτι μὴ τῷ τάχει
ἡμᾶς κεκρατήκατε, ἀκύτεροι φανέντες, ἀλ-
λὰ τῷ ῥᾴστην καὶ πρανῆ τραπέσθαι τὴν ὁδόν.

quidem videtur. Haec tibi, ita me popularis Venus! praecipio, quae multo prius ipse mihi praecepi, eaque ratione, gratiam mihi non parvam conciliavi.

26. Sint *ista satis!* Generosus ille post haec dicta tacebit. Tu vero si dictis ab illo moveare, etiam adesse te puta, quorsum venire initio desiderabas; neque quidquam te prohibebit, quo minus legi *illi* obsecutus cum in judiciis vincas, tum bene audias apud multitudinem, & amabilis sis, ducasque non anum quandam comicam, ut tuus ille legislator & magister, sed mulierem pulcherrimam Rhetoricen, adeo ut magis te deceat de te dicere, te Platonis illo volucri curru vectum ferri, quam ipsum de Jove *dicere decuit*. Ego vero, ignavus enim & timidus sum, de via vobis decedam, & desinam Rhetoricen sectari, qui consiliis ad eam *obtinendam* vestris uti non possim. Vel potius jam desii. Itaque sine pulvere praedicandos vos atque admirandos praebete, illud solum recordati, non celeritate vos vestra vicisse, qui velociores judicati sitis, verum quod facillimam & declivem viam elegistis.

PHI-

a Μὴ] Μὰ O. b Γενάδας] Γενάσθαι male O. c Πεπαύσεται] Πάπαυσαι male O. d Τῷ νόμῳ] Τοῖς νόμοις O. e Κρατεῖν] Κρατεῖν male O. f Ἐκεῖνο] Omissum in O. g Πρέπειν] Et hoc neglexit O. h Ἀσύμβολος] Restitui ex Va. Ἀσύμβολον cett. & O. i Πέπαυμαι] Πεπαύσομαι O. minus recte.

45. Μὴ τὴν πάνδημον] Τὴν Ἀφροδίτην φησί. ὁμωνυμεῖ δὲ τοιαύτην νῦν, ἢ διὰ τὴν προηγησαμένην αἰσχρότητα τῆς γραὸς, ἢ διὰ τὸ ἀναιδές. ἐπεὶ ἐν τούτῳ μὴ τῶν ἄλλων κακῶν ἔχουσιν αἱ πόρναι, ὃ μιμεῖσθαι ἐν αὐτὸς ὑποβάλλει ἐν τοὺς ἄλλους διδάσκει. *V.*

47. Καὶ χάριν] Γράφει ἐν χάριν ὑ σμικρὰν ἐπισάμην ἑαυτοῖς. *V.*

• Προηγησαμένην] Non dubitavi cum eodem ita edere, pro vulgato προηγησαμένην, quod nihili erat. *J. F. R.*

45. Μὴ τὴν πάνδημον] Conf. supra c. 1. hujus *Dial.* ubi paucis disquiritur sitne & ibi sic legendum, an πάντιμον. Hic vero *Venerem* Deam quidem intelligi, notum est; at respicitur simul ad eam orationis venustatem, qua celebritatem per totum orbem, vel saltem universam suam nationem orator adipiscitur. Μὴ vero hic potius esse, quam μὰ, quod μὰ frequentius negationem adjunctam aut intellectam habet, dictum supra ad *Icar.* c. 14. Adde *Gall.* c. 11. Etsi μὰ quoque interdum adfirmat, ut *Gall.* c. 29. f. aliisque locis, supra jam indicatis. *J. F. R.*

49. Εἶεν] Hoc verbo excipit relatum a se sermonem Dioscoridis, s. Clytii, Lucianus. *Plato* de Rep. 1. p. 419. E. Ἐγὼ δέ σοι ὥσπερ ταῖς [al. παῖς] γραυσὶ τοὺς μύθους λεγούσαις, εἶεν ἐγὼ ἐν καλαυσόμαι κ. τ. λ. Vid. ad princ. Κατάπλ. *J. M. G.*

51. Οἷσπερ ἐξαρχὴς &c.] *Th. Mag.* v. Βέλομαι. *M. du S.*

58. Πρηνὲς ἅρμα] Supra Ἀνάχ. c. 22. Δικ. 33. *Plat.* Phaed. 344. G. H. *M. du S.*

Ibid. Ἐλαύνουσα] Sic forte legendum: ἐλαύνουσί σοι μᾶλλον &c. *F. G.*

59. Φέρεσθαι] Glossema est. *F. G.* Non est glossema. Nam non modo etiam sic supra *Bis Acc.* c. 33. ὁ μύγας ἐν ὑραιῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων φέρεται, sed & hic φέρεσθαι ad sensum requiritur; construendum enim, ὡς μᾶλλον πρέπειν σοὶ εἰπεῖν περὶ σεαυτῆς τὸ ἐκείνου

τῷ

PHILOPSEUDES, SIVE INCREDULUS.

ΦΙΛΟΨΕΥΔΗΣ, Η ΑΠΙΣΤΩΝ.

TYCHIADES AC PHILOCLES.

ΤΥΧΙΑΔΗΣ ΚΑΙ ΦΙΛΟΚΛΕΙΣ.

T Y C H.

POtesne mihi, Philocles, dicere, quid sit tandem illud, quod ad mentiendi libidinem homines allicit, ut & ipsi gaudeant, cum nihil sani dicunt, & narrantibus talia maxime attendant? PHIL. Multa sunt, Tychiade, quae cogunt homines quosdam mendacia dicere, utilitatis suae respectu. TYCH. Nihil haec ad rem, neque de his ego rogabam, quotquot usus alicujus causſa mentiuntur. Etenim venia hi potius, quidam etiam laude digni sunt, qui vel hostes deceperunt, vel ad salutem tali remedio in malis usi sunt, qualia etiam Ulysses multa fecit, dum vel suam vitam redimeret, vel reditum sociorum. Verum de illis dico, vir optime, qui praeter necessitatem longe mendacium veritati praepo-

T Y X.

1 ΕΧεις μοι, ὦ Φιλόκλεις, εἰπεῖν, τί ποτε ἄρα τοῦτό ἐστιν, ὃ τοὺς πολλοὺς εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ ψεύδεσθαι προάγει, ὡς αὐτούς τε χαίρειν μηδὲν ὑγιὲς λέγοντας, καὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα διεξιοῦσι μάλιστα προσέχειν τὸν νοῦν; ΦΙΛ. Πολλὰ, ὦ Τυχιάδη, ἐστίν, ἃ τοὺς ἀνθρώπους ἐνίους ἀναγκάζει τὰ ψευδῆ λέγειν, ἐς τὸ χρήσιμον ἀποβλέποντας. ΤΥΧ. Οὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτα, ἃ φασὶν, οὐδὲ περὶ τούτων ἠρόμην, ὁπόσοι τῆς χρείας ἕνεκα ψεύδονται. συγγνώμης τοιγαροῦν οὗτοί γε μᾶλλον καὶ ἐπαίνου τινὲς αὐτοῖς ἄξιοι, ὁπόσοι ἢ πολεμίους ἐξηπάτησαν, ἢ ὅτι σωτηρίᾳ τῷ ταύτῃ φαρμάκῳ ἐχρήσαντο ἐν τοῖς δεινοῖς, οἷα πολλὰ καὶ Ὀδυσσεὺς ἐποίει, τιμῶν τε αὐτοῦ ψυχὴν ἀγούμενος, καὶ τὸν νόστον τῶν ἑταίρων. ἀλλὰ περὶ ἐκείνων, ὦ ἄριστε, φημὶ, οἳ αὐτὸ ἄγουσι τῆς χρείας τὸ ψεῦδος [a] περὶ πολλοῦ τῆς ἀληθείας

[a] Περὶ πολλοῦ τ᾽ ἀληθείας τίθ.] Nil mut. Edd. neque *Coll.*

9. Οὐδὲν πρὸς ἔπος] Ἀντὶ τοῦ οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον, ὡς † ἐρόμην. *V.*

19. Περὶ πολλοῦ] Ἀντὶ τοῦ περὶ πλείονος. *G.*

1 † Ἠρόμην] Sic dedit *M. du S.* pro edito εἰρόμην.

τῷ Πλάτωνι, φέροιτο ἐλαύνοιτο πτηνὸν ἅρμα. Jam age omittas φέροιτο, non habebit unde pendeat accusativus ἐλαύνοιτο. *J. F. R.*

62. Παύσομαι] Haec Lucianus Rhetoricae jam valedicens. *M. du S.*

Ibid. Ἐπισκολάζ.] Ἐπισκλάζων forsan legendum. *F. G.*

63. Ἀσύμβολος] Ita *Vr.* recte. In reliquis ἀσύμβυλος. *M. du S.*

Ἀσύμβολος] Versionem Cl. *Gesneri* ad vulgatum ἀσύμβυλος esse factam, quilibet videt; nec ego eam immutavi; sed alterum potius esse credens, jam verterem: *qui vestra ad illam* spectata, (i. e. *eum illa*) *conciliare nequeam.* ἀσύμβολος enim a συμβάλλομαι *conjicio*, hic est, qui conjectura adsequi nequit; & licet ἀσύμβυλος quoque bonum esset, si solum poneretur; tamen haud adsequor, quo modo cum πρὸς αὐτὴν & ὑμέτερα construi possit; ideo id adripui quod intelligo. *J. F. R.*

8. Ἐς τὸ χρήσιμον] Dives ille apud Juvenalem: *quid enim salvis infamia nummis?* Oreſt. in Elect. *Sophoclis*, Δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν. *G. C.*

9. Οὐδὲν πρὸς ἔπος] Proverb. *J. B.*

15. Ὀδυσσεὺς — ἀριθμῶν] *Hom.* Od. A. 5. *M. du S.*

19. Περὶ πολλοῦ τ᾽ ἀληθείας τίθ.] An quaesivit aliam

θείας τίθεν), ἡδόμενοι τῷ πράγματι, καὶ ἐνδιατρίβοντες ἐπ' ἀδήμιᾳ προφάσει ἀναγκαίᾳ. τούτους ὦν ἐθέλω εἰδέναι, τίνος ἀγαθοῦ τοῦτο ποιοῦσιν.

onunt, eaque re delectantur; & nulla cauſſa neceſſaria in ea verſantur. De his ſcire velim ego, cujus boni cauſſa hoc faciant.

ΦΙΛ. Ἦ που καλαμενόηκας ἤδη τινὰς τοιούτους, οἷς ἔμφυτος ἔρως ἔστ' ὀν πρὸς τὸ ψεῦδος; ΤΥΧ. Καὶ μάλα πολλοί [a] εἰσιν οἱ τοιοῦτοι. ΦΙΛ. Τί δ' ἂν ἄλλο, ἢ ἄνοιαν χρὴ αἰτίαν εἶναι αὐτοῖς φάναι τοῦ μὲν ἀληθῆ λέγειν, εἴ γε τὸ χεῖριστον ἀντὶ τοῦ βελτίστου προαιροῦνται; ΤΥΧ. Οὐδὲν τοῦτο· ἐπεὶ πολλούς ἂν ἐγώ σοι δείξαιμι, συνετοὺς τἄλλα, καὶ τὴν γνώμην θαυμαστούς, οὐκ οἶδ' ὅπως ἑαλωκότας τούτῳ τῷ κακῷ, καὶ φιλοψευδεῖς ὄντας, ὡς ἀπολοῦσί με, εἰ τοιοῦτοι ἄνδρες ἄριστοι τὰ πάντα, ὅμως χαίρουσιν αὐτούς τε καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας ἐξαπατῶντες. ἐκείνους μὲν γοῦν τοὺς παλαιοὺς πρὸ ἐμοῦ σε χρὴ εἰδέναι, τὸν Ἡρόδοτον, καὶ Κτησίαν τὸν Κνίδιον, καὶ πρὸ τούτων, τοὺς ποιητάς, καὶ τὸν Ὅμηρον αὐτόν, ἀοιδίμους ἄνδρας, ἐγγράφῳ τῷ ψεύσματι κεχρημένους, ὡς μὴ μόνον ἐξαπατᾶν τοὺς τότε ἀκούοντας

2. PHIL. Numquid noſti tales quosdam, quibus inſitus ſit talis amor mendacii? TYCH. Et plurimi quidem ſunt tales. PHIL. Quid ergo aliud cauſſae illis eſſe, quam amentiam, dicendum eſt, quod verum non dicunt, quando quod peſſimum eſt pro optimo eligunt? TYCH. Hoc nihil eſt: quandoquidem plurimos ego tibi oſtenderim, prudentes alioqui, & admirabili ſapientia, neſcio quomodo illo malo captos & mendaciorum ſtudioſos, adeo ut male me habeat, ſi tales viri, optimi *reliqua* omnia, tamen gaudent ſeque & illos, in quos incidunt, decipere. Illos enim antiquos prius quam ego, ut noveris, oportet, Herodotum, & Cteſiam Cnidium, & ante hos, poëtas, Homerumque adeo ipſum, viros celeberrimos, ſcripto uſos mendacio, adeo ut non modo, qui tum erant, auditores ſuos deceperint, ſed ad nos etiam

[a] Εἰσιν] Abeſt a *Fl.*

29. Εἰ γε τὸ χεῖρον] *Αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ • κόσμου ἅμα τούτου δεῖται. V.*

• Κόσμου] Aut corrupta haec vox, aut verba aliquot exciderunt. *M. du S.*

ſtructuram *Solan?* an πρὸ τῆς ἀληθείας, quod quidem apertius, ſed non opus, quia τῆς ἀληθείας genitivus eſt a comparatione pendens, adeoque idem quod πρὸ, quod & Scholiaſtes videtur ſenſiſſe. Latini etiam poſitivo interdum utuntur pro comparativo, uti ex *Liv.* VII. 8. adfert Cl. *Fenſ.* in Obſ. ſtyli Lat. quas adjecit repetitis collectan. pur. & impur. latin. p. 38. *Multiplex quam pro numero damnum eſt*, ad quae Livii verba plura ſimilia indicant Cl. *Dukerus* ac *Drakenb.* Addo ex *Evang. Matth.* XVIII. 9. Καλόν σοι ἐστὶν — εἰσελθεῖν — ἢ βληθῆναι. Alia vid. ap. *L. Bos* de Ellipſi p. 327. v. μᾶλλον. Et nos ad *Quem. Hiſt.* c. 17. f. Ac *Gall.* c. 18. *Eurip.* Androm. vſ. 80. Γέρων ἑκεῖθεν, ὅστις σ' ἐφέλκεται πυρόν. *Senex eſt iſte*, pro *ſenior, quam ut te juvare poſſit praeſens.* Sed quid ſi πρὸ cum *Euſtath.* accipias pro ἐξωτέρω; hoc diſquiram in Addendis. *J.F.R.*

22. Τούτους ὦν ἰδίλαι] *Theophr.* Eth. Ch. c. περὶ λογοποιίας. Τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τοὺς μὲν ψεύσματα, τί πολὺ βούλονται λογοποιοῦντες; ἃ δ' μόνον ψεύδονται, ἀλλὰ καὶ ἀλυσιτελῆ ἀπαλλάττουσι. *M. du S.*

33. Ἑαλωκότας] Hoc exemplum Cl. *Fenſ.* ad *Tyrann.* c. 12. adlegat, quo probet hoc particip. activum, aeque ac ἁλοὺς valere paſſive. Recte; & quidem perpetuo ap. alios etiam, vid. *Bud.* Comment. L. Gr. & *Scheidii* Indicem Herodiani, qui ſolus vel decem exempla adnotavit. Sic etiam ap. LXX. in *Ferem.* L. 2. Et LI. 31. Quare plura in re, quam & ipſe *Fenſius* fatetur notiſſimam, non addam, niſi & activum προσκρούσας itidem paſſive accipi ap. *Æſop* Fab. 128. προσκρουσάσης δὲ τῇ κεφαλῇ — καὶ κλασθείσης. *J.F.R.*

38. Τὸν Ἡρόδοτον] Herodotum verius mendaciorum, quam hiſtoriae parentem nuncupaveris. Mira enim ab eo de Xerxis expeditione & tranſitu, id Lucian. L. 2. *Ver. Hiſt.* inter mendaces Cteſiam, Cnidium & Herodotum ponit. *G.C.*

Τὸν Ἡρόδοτον] Notam *Cognati* ita exhibeo, ut in Ed. *Pariſ.* & *Graev.* erat, (excepto quod *mendacium*, pro mendaciorum haec habebat) quid autem deſit, faci-

etiam mendacium succeſſione quadam verbis, verſibusque pulcherrimis commendatum, pervenerit. Itaque ſaepe ſubit illorum vicem pudere, cum Caeli caſtrationem & vincula Promethei enarrant, & ſeditionem Gigantum, & totam inferorum tragoediam, & ut propter amorem Jupiter ſit taurus vel cycnus factus, & ut ex muliere in avem aut urſam aliqua mutata ſit. Ad haec vero Pegaſos, & Chimaeras, & Gorgones, & Cyclopes, & quae ſunt ex eo genere, abſurdae omnino & portentoſae fabellae, puerulorum mentes mulcere aptae, qui Larvam Lamiamque metuunt.

3. Quamquam poëtarum forte tolerabilia fuerint *mendacia*. Quod vero jam civitates & gentes multae, communiter, & publice, mentiuntur, quî non ridiculum? Si Cretenſes Jovis ſepulcrum oſtendentes non erubeſcunt, Athenienſes vero Erichthonium de terra exſtitiſſe ajunt, primosque homines, olerum inſtar, de Attico ſolo enatos: multo hi quidem ſpecioſius quam Thebani, qui de ſerpentis dentibus Spartos (*ſatives*)

αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ μέχρις ἡμῶν διϊκνεῖται τὸ ψεῦδος, ἐκ παιδὸς ἐν καλλίστοις ἔπεσι καὶ μέτροις φυλαττόμενον. ἐμοὶ γοῦν πολλάκις αἰδεῖται ὑπὲρ αὐτῶν ἔπεσιν, ὁπόταν ἱερανῶ τομὴν καὶ Προμηθέως δεσμὰ διηγῶνται, καὶ Γιγάντων ἐπανάστασιν, καὶ τὰ ἐν Ἅιδου πᾶσαν τραγῳδίαν, καὶ ὡς διὰ ἔρωτα ὁ Ζεὺς ταῦρος ἢ κύκνος ἐγένετο, καὶ ὡς ἐκ γυναικός τις εἰς ὄρνεον ἢ εἰς ἄρκτον μετέπεσεν· ἔτι δὲ Πηγάσους καὶ Χιμαίρας, καὶ Γοργόνας, καὶ Κύκλωπας, καὶ ὅσα τοιαῦτα, πάνυ ἀλλόκοτα καὶ τερατώδη μυθίδια, παίδων ψυχὰς κηλεῖν δυνάμενα, ἔτι τὴν Μορμὼ, καὶ τὰς Λάμιας δεδιότων.

Καίτοι τὰ μὲν τῶν ποιητῶν ἴσως μέτρια· τὸ δὲ καὶ πόλεις ἤδη, καὶ ἔθνη πολλὰ, κοινῇ καὶ δημοσίᾳ ψεύδεσθαι, πῶς οὐ γελοῖον; εἰ Κρῆτες μὲν τοῦ Διὸς τάφον δεικνύοντες οὐκ αἰσχύνονται, Ἀθηναῖοι δὲ τὸν Ἐριχθόνιον ἐκ τῆς γῆς ἀναδοθῆναί φασι, καὶ τοὺς πρώτους ἀνθρώπους ἐκ τοῦ Ἀττικοῦ ἀναφῦναι, καθάπερ τὰ λάχανα· πολὺ σεμνότερον ἦσαν τῶν Θηβαίων, οἱ ἐξ ὄφεως ὀδόντων, Σπαρτούς τινας ἀνα-

βε-

b Τῆς Ἀττικῆς] Τῆς γῆς Ἀττικῆς G. Γῆς etiam additum in marg. *A*1.

50. Καὶ ὡς ἐκ γυναικός τις] Ὡς Πρόκνη μὲν Φιλομήλα καὶ Καλλιστώ. ἢ μὲν εἰς ἄρκτον Πρόκνη δὲ Φιλομήλα εἰς ὄρνεον μεταβληθεῖσαι. *V.*

cile eſt conjicere. Herodotus vero mihi non eſt mendaciorum pater, quando narrat ab aliis accepta, ipſeque praemonet, ſe non omnibus fidem adhibere. *J.F.R.*

Ibid. Ἡρόδοτος δὲ κτ.] Ingens inter hos, quamquam hic conjuncti legantur, diſcrimen eſt. Herodotus enim, ſicubi a vero aberrat, non id agit ut mentiatur: Cteſias vero, qui multos in Perſia vixerat annos, ea ſcripſit quae ipſe quin falſa & vana forent, ignorare non poterat, certe non debuerat. *M. du S.*

55. Τὴν Μορμὼ δὲ τὴν Λάμιαν] Μορμὼ, οὖς ſ. μορμὼν, ἄδος larvam eſſe, pueris terrendis confictam a nutricibus, unde μορμολύττομαι eſt, & μορμολύκειον, pervulgatum eſt, neque opus ut hic obſervetur. Sed illud videbatur paullo diſertius adnotandum, quod jam indicavit ad *Ariſtoph.* Equ. 690. Scholiaſtes, illa verba μορμὼ τὸ θράσος ſic eſſe accipienda, ut ἀποτροπιασμοῦ exclamatio, vel interjectio eſſe intelligatur. Et videtur ipſa illa vox adhibita ad terrorem injiciendum pueris, ſine reſpectu ad illam larvam: quod firmat locus jam laudatus ad *Ariſtophanem*, *Caſaubono*, ex dulciſſimo *Theocriti Idyllio* Ἀδωνιάζουσαι. vſ. 40. ubi mulier, ut deterreat puerulum, prodire una cupientem ad pompam, οὐκ ἄξω, inquit, τὸ τίκτον. Μορμὼ, δέκται ἵππος. Hic certe, ut in illo Ariſtophanis nihil aliud ſpectatur quam ipſe ſonus quaſſo capite & turbato vultu proferendus. *J.M.G.*

60. Διὸς τάφον] Vide quae ad Τιμ. c. 4. obſervata ſunt. Non videtur credere Lucianus. *M. du S.*

61. Ἐριχθόνιον] Mira ſane ratione, quam tu, ſi jubet, apud *Orig.* c. Celſ. videas l. VIII. effuſo nempe in terram Vulcani Minervam petentis ſemine. V. & *Lactant.* I. 17. Fabulam tetigit Noſter Ὀρχ. c. 39. *M. du S.*

62. Τοὺς πρώτους] Rectius Mſ. τοὺς πρώτους ἀνθρώπους ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀναφῦναι, καθάπερ τὰ λάχανα. *Primos illos homines ex Attica terra olerum inſtar provenisſe.* Vulgo γῆς omittitur. itaque vertit interpres *in Attica.* τὸ abſorpſerat γῆς. *J.G.G.*

65. Σπαρτούς τινας ἀναβεβλαστηκέναι] *Satives quaſdam pro-*

βεβλαστηκέναι διηγῶν. ὃς δ' ἂν ὧν ταῦτα καταγέλαστα ὄντα, μὴ οἴηται ἀληθῆ εἶναι, ἀλλ' [a] ἐμφρόνως ἂν ἐξετάζων ταῦτα, Κοροίβου τινὸς, ἢ Μαργίτου νομίζοι τὸ ψεῦδος, ἢ Τριπτόλεμον ἐλάσαι διὰ τοῦ ἀέρος ὑπὸ δρακόντων πτανῶν, ἢ Πᾶνα ἥκειν ἐξ Ἀρκαδίας σύμμαχον ἐς Μαραθῶνα, ἢ Ὠρείθυιαν ὑπὸ τοῦ Βορέου ἁναρπασθῆναι, ἀσεβὴς ἔτός γε, καὶ ἀνόητος αὐτοῖς ἔδοξεν, ὕτω προδήλοις καὶ ἀληθέσι πράγμασιν ἀπιστῶν· ἐς τοσοῦτον ἐπικρατεῖ τὸ ψεῦδος.

quosdam germinasse narrant. Si quis vero haec tam ridicula non putet vera esse, sed, iis prudenter examinatis, Coroebi cujusdam aut Margitae judicet, credere, aut Triptolemum per aëra vectum alatis draconibus, aut Panem venisse ex Arcadia auxiliatum in Marathonem, aut raptam a Borea Orithyiam: ille impius & amens illis videri solet, qui manifestis adeo & veris rebus fidem neget. Eo usque mendacium invaluit.

ΦΙΛ. Ἀλλ' οἱ μὲ ποιηταὶ, ὦ Τυχιάδη, καὶ αἱ πόλεις δὲ συγγνώμης τυγχάνοιεν ἄν. οἱ μὲ τὸ ἐκ τοῦ μύθου τερπνὸν ἐπαγωγόταλον ὂν, ἐγκαλαμιγνύντες τῇ γραφῇ, ὅτῳ μάλιστα δέον πρὸς τοὺς ἀκροατάς· Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Θηβαῖοι, καὶ εἴ τινες ἄλλοι, σεμνοτέρας ἀποφαίνουσι τὰς πατρίδας ἐκ τοιούτων. εἰ γοῦν τις ἀφέλοι τὰ μυθώδη ταῦτα ἐκ τῆς Ἑλλάδος, οὐδὲν ἂν κωλύσῃ λιμῷ τοὺς ξενιγητὰς αὐτῶν ἀφθαρῆναι, μηδὲ ἀμισθὶ τῶν ξένων τὰληθὲς ἀκούειν

4. PHIL. Sed poëtae, Tychiade, & civitates veniam consequantur; alteri suavitatem ex fabulis, quae tantam habeat illecebram, suae scriptioni admiscentes, qua scilicet maxime, ad auditores suos opus habent: Athenienses vero ac Thebani, & si qui alii, augustiores talibus *commentis* reddunt patrias. Si quis enim tollat e Graecia fabulosa ista, nihil prohibuerit fame eorum monstratores perire, cum ne gratis quidem hospi-

[a] Ἐμφρόνως] Εὐφρόνως H.

68. Ταῦτα Κορο. τινὸς] Ὁ μὲ Κόροιβος μωρός τις ἀπομνημονεύει ἄνθρωπος καὶ ἄτης, ὅστε γυναῖκα * ἀγαγόμενος μὴ ἂν ἐλίσθαι συγκαθεύδησαι αὐτῇ, διὰ τὸν εἰς τὴν πανθορίαν αἰτιῶδη φόβον. καὶ ἄτης ἐχόμενον τοῦτον παρθενεύειν αὐτὸν, μίγμα; ἂν τὸ γυναικὸς † σκηψαμένης, τὸ ἄρθρον ὀδύνη συνέχεσθαι, καὶ οὐκ ἄλλως ἀπολυθῆναι, εἰ μὴ τοῦ μορίου τοῦ ἀνδρὸς καταψηθίσαι, ὕτω τὴν καινωνίαν τότε τῆς γάμου γενέσθαι. ὁ δὲ Μαργίτης μωρὸς ὢν αὐτὸς, τὰ κύμασα μιστρεῖν ἐπιχειρῶν. V.

* Ἀγαγόμενος] Hoc recepi ex Exc. & C. ac G. pro vulgato ἀγαγών. J. F. R.

† Σκηψαμένης] Apud Cl. *Graevium* ἐν — vid. not. M. du S.

progerminasse. Ita interpretes. Sed ab Latinis hos eosdem æque ac ab Græcis Spartos appellatos fuisse discimus ex fragmento *Varronis*, & ideo non debuerunt boni viri appellationem celebrem & propriam sua versione obscurare. Idem occurrit Tom. I. *de Salt.* c. 41. J. G.

Σπαρτούς τινας] Vid. supra *de Salt.* c. 41. J. F. R.

69. Κορο.] De Coroebo in scholiis Mss. lepida legitur historia. Κόροιβος ἦν μωρός τις ἀπομνημονεύει. ὅστε γυναῖκα ἀγαγόμενος μὴ ἀνιλίσθαι συγκαθευδῆσαι αὐτῇ διὰ τὸ πρὸς πανθορίαν αὐτοῦ φόβον, καὶ ἄτης ἐχόμενον παρθενεύειν αὐτὸν· μίγμα; ἂν τὸ γυναικὸς ἀψαμένης τὸ ἄρθρον ὀδύνη συνέχεσθαι, καὶ οὐκ ἄλλως ἀπολυθῆναι, εἰ μὴ τοῦ μορίου τοῦ ἀνδρὸς καταψηθῶσι, ὕτω τὴν κοινωνίαν τῆς γάμου γενέσθαι. Nulla est causa cur haec interpretemur. Apud *Eustachium* in Odyss. K. p. 413. edit. *Basil.* eadem historia legitur, sed tribuitur Margitae. J. G. G.

Ibid. Μαργίτου] Conf. supra Ἑρμ. c. 17. M. du S.

70. Τριπτόλεμον] Adi T. I. Ἐνύπν. c. 9. (i. e. *Somn.* §. 15.) M. du S.

71. Πᾶνα] Pan, cum Athenienses duce Miltiade cum Persis essent dimicaturi in campo Marathonio, eo in loco Græcis auxilium tulit, atque repressit Persarum ferociam. Meminit *Theocr.* in Syring. G. C.

Πᾶνα] In Jove Tragœdo. *Long.* lib. 3. J. B.

Ibid. Ἡ Πᾶνα] Conf. Θ. Διαλ. XXII. versus fin. & Δικ. c. 9. M. du S.

92. Εὐκράσους τῶ πάρυ] (Ad *Palmerii* notam addidit *Kust.*) Sed is (ap. *Aristoph.*) vocatur Epicrates, non Eucrates. Dinonis filius dicitur c. 17. Si idem sit, de quo in Ἀλ. infanda illa narravit, quid de Luciano cen-

hoſpites audire verum velint. At qui nulla tali cauſſa inducti tamen gaudent mendacio, illi merito plane videantur ridiculi.

5. TYCH. Recte iſtuc dicis. Ego enim ab Eucrate tibi adſum, praeclaro viro, ubi incredibilibus multis & fabuloſis auditis; vel potius in media eorum enarratione diſceſſi, qui ferre egreſſam modum licentiam non poſſem. Sed tanquam Furiae quaedam me ejecerunt, illo portentoſa multa & abſurda enarrante. PHIL. Atqui, Tychiade, fide dignus Eucrates eſt, neque quisquam temere crediderit, illum, qui prolixam adeo barbam ſubmiſerit, hominem ſexagenarium, & in Philoſophia diu verſatum, vel ſuſtinere poſſe, ut audiat alium ſe praeſente mentientem, nedum ut ipſe tale quid audeat. TYCH. Nempe neſcis, ſodalis, qualia dixerit, quomodo fidem illis facere ſtuduerit, quomodo dejeraverit ad pleraque, pueros etiam ſuos (*per quorum caput juraret*) interponens, ut etiam vultu in illum defixo varia cogitarem: jam quidem furere hominem, & mente non conſtare; nunc, impoſtorem

ἐθελησάντων. οἱ δὲ μηδὲ μιᾶς ἕνεκα τοιαύτης αἰτίας ὅμως χαίροντες τῷ ψεύσμαλι, πανγέλοιοι εἰκότως δοκοῖεν ἄν.

ΤΥΧ. Εὖ λέγεις. ἐγὼ γὰρ τὸν Εὐκράτη ἦκω σοι τὸν ἄνδρα, πολλὰ τὰ ἄπιστα καὶ μυθώδη ἀκούσας· μᾶλλον δὲ μεταξὺ λεγομένων ἀπιὼν ᾠχόμην, ὑπὲρ φέρων τὸ πρᾶγμα καὶ ὑπορβολήν, ἀλλά με ὥσπερ αἱ Ἐριννύες ἐξήλασαν, πολλὰ τεράτια καὶ ἀλλόκοτα [b] διεξιόντα. ΦΙΛ. Καίτοι, ὦ Τυχιάδη, ἀξιόπιστος ὁ Εὐκράτης ὢν, καὶ ἰδεῖν ἂν ἥδιστος, ὡς ἔχειν, ὕτω βαθὺν πώγωνα καθειμένος, ἑξηκοντούτης ἀνήρ, ἔτι καὶ φιλοσοφίᾳ ξυνὼν τὰ πολλὰ, ὑπομείνειεν ἂν καὶ ἄλλου τινὸς ψευδομένου ἀκοῦσαι παρὼν, μὴ ὅπως αὐτός τι τολμῆσαι τοιοῦτον. ΤΥΧ. Οὐ γὰρ οἶσθα, ὦ ἑταῖρε, οἷα μὲ εἶπεν, ὅπως δὲ αὐτὰ ὑπισχνοῖτο, ὡς δὲ καὶ ἐπώμνυτο τοῖς πλείστοις, ὡμόσησάμενος τὰ παιδία, ὥστε με καὶ ἀποβλέποντα ἐς αὐτὸν, ποικίλα ἐννοεῖν. ἄρτι μὲν ὡς μεμηνότι, καὶ ἔξω εἶναι τοῦ καθεστηκότος, ἄρτι δὲ ὡς γόητι ὄντι, ἄρα τοσοῦτον χρόνον ἐλε-

[b] διεξιόντα] Sic Edd. nec quidquam varietatis hab. Codd. διεξιόντες vult *Solanus*: Et ſic textui *Ald.* ſuperſcriptum eſt.

conſendum, qui talia efferat, aut de aetatis illius hominibus, qui talia ſine pudore & infamia audirent? *M. du S.*

98. διεξιόντες] In omnibus Libris antea legebatur διεξιόντος, nullo prorſus ſenſu. Vid. c. 29. eandem phraſin. *M. du S.*

διεξιόντα] Primo intuitu διεξιόντες blanditur, quaſi ad Ἐριννύς pertineret narrantes. Sed adcurate rem ponderanti vulgatum omnino ſervandum adparebit: nam neque Erinnyes quidquam narrant, nec alia multitudo; ſed *Eucrates*, ad hunc igitur ſpectat διεξιόντος abſolute poſitum; neque quisquam de populo Noſtrum expuliſſe refertur; ſed ipſa illa monſtroſa dicta illum abegerunt, eademque ei fuere quaſi Erinnyes; cumque ſollicitudines atque anxietates mentis re vera per furias deſignari docuit *Cicero*, recte & Noſter indignationem & averſionem ſuam hoc nomine vocat, quae non paſſa ſit ipſum diutius iſthic loci conſiſtere. *J. F. R.*

99. Ἀξιόπιστος ὁ Εὐκράτης ἐστὶ — πώγωνα βαθὺν καθειμένος] Eucrates quidam Athenienſis olim fuit prolixa barba inſignis, & eo nomine traducitur ab *Ariſtophane* in Concionantibus, dum inducit mulierem barbam factitiam afferentem & dicentem: Κἀγὼ γ' Εὐκράτους οὐκ ὀλίγα καλλίονα. Ad quae ſic Scholiaſtes: ὅτι εἰς δασύτητα κωμῳδεῖται, ἢν δὲ ῥητωρ καὶ δημαγωγὸς, ὅτι μέγαν πώγωνα ἔχων ἐπεκαλεῖτο σακισφόρος. Ergo ſi quendam Eucratem prolixa & ampla barba inſignem ſuo tempore noverat Lucianus, & in nomine, & in piloſitate cum antiquo illo conveniebat. Nam illum antiquum non debuit inducere, quando in eo dialogo de Peripateticorum ſectis & cum Eucrate diſſerentem Cleodemum Peripateticum inducit. At Peripateticae ſectae auctor Ariſtoteles poſt Ariſtophanem & Eucratem vixit. *J. P. a G.*

8. Παρασησάμενος τὰ παιδία] Rever. *Jac. Elſn.* ad *Evang. Matth.* XXVII. 25. ubi legitur: Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, haec Luciani ita exponit: Eucrates ille ὁ φιλοψιόδης, ut dictis majorem fidem conciliaret, jurare ſolebat ὠμοσησάμενος τὰ παιδία· *Admotis etiam liberis*, quos nempe diris devovebat, pluribusque teſtimoniis docet, in foro Athenienſi conſuetudinem obtinuiſſe, ut is, qui alium gravioris criminis reum ageret, ſe ac liberos ſuos diris de-

ἐλελήθη με ὑπὸ τῇ λεοντῇ γελοῖόν τινα πίθηκον φερόμενον, ἕως ἄτοπα διηγεῖτο. ΦΙΛ. Τίνα ταῦτα πρὸς τὴν Ἑστίας, ὦ Τυχιάδη; ἐθέλω γὰρ εἰδέναι ἥν τινα τὴν ἀλαζονείαν ὑπὸ τηλικούτῳ τῷ πώγωνι ἔσκεπεν.

ΤΥΧ. Εἴωθα μὲν ἔγωγε ἄλλοσε, ὦ Φιλόκλεις, φοιτᾶν πρὸς αὐτὸν, εἰ πόσε πολλὴν τὴν σχολὴν ἄγοιμι. τήμερον δὲ Λεοντίχῳ συγγενέσθαι δέομενος (ἑταῖρος δέ μοι, ὡς οἶσθα) ἀνήσας πρὸς τοῦ παιδὸς ὡς πρὸ Εὐκράτους ἔωθεν ἀπέλθοι, νοσοῦντα ἐπισκεψόμενος, ἀμφοῖν ἕνεκα, ὡς καὶ τῷ Λεοντίχῳ συγγενοίμην, κἀκεῖνον ἴδοιμι (ἠγνοήκειν γὰρ ὡς νοσοίη) παραγίγνομαι πρὸς αὐτόν· εὑρίσκω δὲ αὐτόθι τὸν μὲν Λεόντιχον οὐκ ἔτι (ἐφθάκει γὰρ ὡς ἔφασκον, ὀλίγον προεξεληλυθὼς) ἄλλους δὲ συχνούς, ἐν οἷς Κλεόδημός τε ἦν ὁ ἐκ τοῦ Περιπάτου, καὶ Δεινόμαχος ὁ Στωϊκὸς, καὶ Ἴων· οἶσθα τὸν ὅτι τοῖς Πλάτωνος λόγοις θαυμάζεσθαι ἀξιοῦντα, ὡς μόνον ἀκριβῶς καταμενοηκότα τὴν γνώμην τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποφητεῦσαι δυνάμενον. ὁρᾷς οἵους ἄνδρας σοι φημὶ, πανσόφους, καὶ πανάρετους; ὅ, τι περ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ ἐξ ἑκάστου

esse ac tamdiu me fugisse, qui leonina pelle simium tegeret ridiculum; adeo absurda narrabat. PHIL. Quaenam ista? per ego te Vestam *rogo*, Tychiade. Volo enim scire, ecquam sub tanta barba tegat vanitatem.

6. TYCH. Solebam etiam alias, Philocles, ventitare ad illum, si valde otiosus essem. Hodie vero cum Leonticho convento mihi opus esset, qui meus, ut nosti, sodalis est, audissemque ab ejus puero, mane abiisse ad Eucratem, ut aegrotantem viseret; utriusque causa, ut *nempe* & Leontichum convenirem, & viderem ipsum, ignarus aegrotum esse, eo venio. Ac Leontichum quidem non amplius ibi invenio, qui paullo ante, uti dicebant, discessisset: sed alios frequentes, in quibus Cleodemus erat Peripateticus, & Stoicus Dinomachus, atque Ion: nosti illum qui Platonicarum disputationum causa admirationi esse postulat, tanquam qui solus accurate sententiam viri perceperit, & interpretari possit aliis. Vides, quos tibi viros narrem sapientia omni & virtute praeditos, quodque caput rei

15. Πρὸς τὴν Ἑστίας, ὦ Τυχιάδη] Τὴν Ἑστίαν εἰς ὅρκον παρίλαβεν, ὡς κάτοικον αὐτοῦ πιθανόμυθον, καὶ τὸ πρόχειρον κατὰ τὴν ἰφιτίου ἐχάρας αὐτὸν ἐξορκῶν. *V.*

36. Καὶ πανάριστος; ὅτι περ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ ἐξ ἁπάσης προαιρέσεως, ἀδιστίμους ἀπαίδας] Haec *V.* Forsan ut restitueret integritati textum: Scholii vero nihil. *M. du S.*

devoveret, si falso accusasset. *J. F. R.*

13. Ὑπὸ τῇ λεοντῇ] Proverb. *J. B.*

Ὑπὸ τῇ λεοντῇ] Plane inaudita res, Simia cum leonis exuviis, ineptumque exiguo animali, quale simia, bene amplas aptare exuvias. Nempe ad duo simul Lucianus eo loco respicit proverbia. Alterum est ὄνος ὑπὸ λεοντῇ, alterum πίθηκος ἡρῷος προσωπεῖον φερόμενος. Luculenter rem firmat locus in *Piscatore*, ubi similiter conjungit utrumque, sed paulo clarius. (V. c. 32.) *Olearius* ad *Philostr.* p. 432. Idem Lucianus in eodem opusculo Ἀναβ. c. 37. Proverbium ipsum affert, ad quod hic alludit, nempe si recte Codd. habent, Ἡρακλῆς ὁ πίθηκος. *M. du S.*

24. Νοσοῦντα ἐπισκεψόμενος] Ἐπισκέψασθαι proprie esse *invisere aegros*, hoc Luciani testimonio, aliisque docet Rev. *Jac. Elsner.* ad *Evang. Matth.* XXV. 36. ubi habemus, ἠσθένησα, καὶ ἐπισκέψασθέ με. *J. F. R.*

30. Κλεόδημος] V. de eodem, Συμπ. c. 6. *M. du S.*

31. Δεινόμαχος] Nomen videtur fictitium. *M. du S.*

32. Ἴων] Plura de eodem vid. Συμπ. c. 7. &c. *M. du S.*

Ibid. Οἶσθα] Cum in *Amst.* male esset οἶσα, Cl. *La Croze* id emendarat. Sed recte οἶσθα jam habebant al. Edd. *J. F. R.*

48. Τί μέλλεις σιγᾶν ἐπήκοον] Sic rursus infra hoc *Dial.* c. 29. med. Quod ideo moneo; quia ibi ὑπήκοον nonnemo emendarat; quod jam nihil opus erit; vid. ibi dicenda. *J. F. R.*

Ibid. Καίγε μάλα περιφυλαγμόρως μὴ ψαύσαιμι τῶν ποδῶν αὐτοῦ] Corrige, ut recte Basileensis, περιφυλαγμόρος. *Et ego studiose cavens, ne pedes ejus attingerem.* *J. J.*

49. Περιφυλαγμόνως] Receptam scripturam secutus sum; περιφυλαγμόρως, uti περισσμόνως usurpat *Aelianus*

H

rei est ; de unaquaque secta , venerabiles omnes , ac tantum non adspectu ipso terribiles. Insuper vero aderat Antigonus Medicus, morbi caussa, puto, advocatus. Ac jam mollius videbatur habere Eucrates, eratque familiaris illi morbus : defluxio enim iterum in pedes illi descenderat. Igitur assidere me apud se in lectulo jussit Eucrates , submissa paullum ad infirmitatem significandam voce , cum me vidisset , quamquam clamantem illum , & contenta voce aliquid dicentem , in ipso ingressu audirem. Et ego summa cautione adhibita, ne forte pedes illius attingerem , excusatione illa vulgari prolata , me morbum ipsius ignorasse, audito autem , cursim statim venisse, prope illum assedi.

7. Illi forte jam de morbo partim dixerant , partim adhuc disputabant , insuper vero etiam curationes unusquisque nonnullas subjiciebant. Nam Cleodemus, *si ergo*, inquit , *sinistra aliquis humi tollat dentem mustelae , ita uti dixi interfectae , & excoriati modo leonis pelle deliget , ac deinde circumponat cruribus ; statim cessat dolor. Non*

τῆς προαιρέσεως, αἰδεσίμους ἅπαντας, καὶ μονονουχὶ φοβερὸς τὸ πρόσωπον. ἔτι δὲ ὁ ἰατρὸς Ἀντίγονος παρῆν, καὶ χρείαν, οἶμαι, τοῦ νόσου ὀπτληθείς, ᾗ ῥᾷον ἐδόκει ἤδη ἔχειν ὁ Εὐκράτης, καὶ τὸ νόσημα τοῦ συνήθους ἦν. τὸ ῥεῦμα γὰρ, ἐς τοὺς πόδας αὖθις αὐτῷ καταληλύθει. καθέζεσθαί τε οὖν με παρ' αὐτὸν ὅτι τῇ κλίνῃ ὁ Εὐκράτης ἐκέλευεν, ἠρέμα ἐγκλίνας τὴν φωνὴν ἐς τὸ ἀσθενικὸν, ὁπότε εἶδέ με, καίτοι βοῶντος αὐτοῦ καὶ μεγαλαυχουμένου, τί μέλλοι εἰσιὼν ἐπήκουον· κἀγὼ μάλα [a] περιφυλαγμένως μὴ ψαύσαιμι τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ἀπολογησάμενος τὰ συνήθη ταῦτα, ὡς ἀγνοήσαιμι νοσοῦντα, καὶ ὡς ἐπεὶ ἔμαθον, δρομαῖος [b] ἔλθοιμι, ἐκαθεζόμην πλησίον.

Οἱ μὲν δὴ ἐτύγχανον ἤδη [c] ὑπὲρ τοῦ νοσήματος τὰ μὲν ἤδη προειρηκότες, τὰ δὲ καὶ τότε διεξιόντες, ἔτι δὲ καὶ θεραπείας τινὰς ἑκάστου ὑποβάλλοντες. ὁ γοῦν Κλεόδημος, εἰ τοίνυν, φησὶ, τῇ ἀριστερᾷ τις ἀνελόμενος χαμόθεν τὸ ὀδόντα τῆς μυγάλης, οὕτω φονευθείσης, ὡς προεῖπον, ἐνδήσειεν εἰς δέρμα λέοντος, ἄρτι ἀποδαρέντος, εἶτα περιάψειε περὶ τὰ σκέλη, αὐτίκα παύεται τὸ

[a] Περιφυλαγμένως] Περιφυλαγμένος B2. sola. [b] Ἔλθοιμι] Ἐξέλθοιμι marg. A1W. [c] Ὑπὲρ] Περὶ Fl. sola.

H. Anim. I. 8. Mutavit tamen B2. Editor , fecitque περιφυλαγμένος. M. du S.

Περιφυλαγμένως] Non ausus sum hoc mutare ob solam *Basil.* 2. Nam persaepe non modo adverbia ex particip. praeterit. formantur , ut ἐγρηγόρως (de quo frustra dubitavi T. I. *Hermot.* c. 1. quandoquidem & *Alciphr.* III. p. 356. id habet.) aliaque similia passim occurrentia , ut περιλαμπόμενος, περιπλασμένως, περιπεφορημένως, &c. Sed & adverbia ponuntur , ubi adjectivo locus esset , ut ap. *Phalar.* Ep. 34. Διὰ πάντα πολυπόνως ἐπιγνούς. *Omnia miseriarum plena videns. Liban.* Ep. 28. pr. Οὐκ ἀγεννῶς μοι προκεῖσθαι τοῖς λόγοις. Pro ἀγεννῶς, i. e. *Non ignobile mihi* (est , videtur) *incumbere in dicendi studium.* Ita ibid. 29. ἄλλως pro ἄλλο. Nam ait: εἰ γὰρ ὄνομα ἄλλως, τὸ Ἀττικόν. Quod Interpres recte: *neque enim aliud nomen habet , Atticum.* Ita & ἴσα adverbii more, pro adj. ἴσον, in N. T. *Epist.* ad *Philippens.* II. 6. οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. Taceo vulgatissima illa ὁ ἀεὶ χρόνος, ἡ πάνυ τρυφή, non plane huc pertinentia , de quibus ad *Amor.* c. 16. dictum , ad verba τὴν πρὸν ἀσχολίαν. Omitto alium adverbiorum cum adjectivis promiscuum usum , in ὅλος & ὅλως εἰμὶ σὺ πράγματος, de quo Cl. *Jens.* etiam egit ad *Hermot.* sub init. Sed & vicissim adjectivum adhibetur, ubi usitatius adverbio locus est, ut *Diod. Sic.* V. 13. f. Φυομένων τούτων δενδρίλλων pro δενδρυλλίων, ad quae peritissimus *Wesseling.* plura similia producit, quem etiam vid. ad V. c. 21. No. 93. Interim non satis conveniens est Luciano exemplum quod *Solan.* ex *Aelian.* modo adduxit, legitur enim: τὰ δὲ τελεσταῖα μονονουχὶ τοὺς παριόντας ἡρέμα ἐς περισμόν κατὰ τὸ ἱματίων δάκνοντες. nec aliud demonstrat, quam adverbia sic a participio formari solere, dum structura ap. Lucian. est alia. Nec ego , etsi dedi quae propius accedunt , περιφυλαγμένως esse sanum adfirmo, propter illico adjunctum ἀπολογησάμενος , licet ad postremum ἐκαθεζόμην referendo stare queat , atque ideo nihil immutarim. J.F.R.

57. Κλεόδημος] Vid. *Reines.* Ep. ad Hofm. p. 381. M.V. *La Croze.*

τὸ ἄλγημα. Οὐκ εἰς λέοντα, ἔφη ὁ Δεινόμαχος, ἐγὼ ἤκουσα ἐλάφου δὲ θηλείας, ἔτι παρθένου καὶ ἀδάτου· καὶ τὸ πρᾶγμα ὕστω πιθανώτερον· ὠκὺ γὰρ ἡ ἔλαφος, καὶ ἔρρωται μάλιστα ἐκ τῶν ποδῶν· καὶ ὁ λέων ἄλκιμος μέν, καὶ τὸ λίπος αὐτοῦ, καὶ ἡ χεὶρ ἡ δεξιὰ, καὶ αἱ τρίχες ἐκ τοῦ γόνατος αἱ ὀρθαὶ, μεγάλα δύναιντο, εἴ τις ὀπίσαιλα αὐτοῖς χρῆσθαι μὴ τὰ οἰκείας ἐπῳδῆς ἑκάστῳ. ποδῶν δὲ ἴασιν ἥκιστα [a] ἐπαγγέλλεται. καὶ αὐτὸς, ἦδ' ὃς ὁ Κλεόδημος, ὕστω πάλαι ἐγίγνωσκον ἐλάφου χρῆναι [b] τὸ δέρμα εἶναι, διότι ὠκὺ ἔλαφος. ἔναγχος δὲ Λίβυς ἀνὴρ σοφὸς τὰ τοιαῦτα, μέλεδίδαξέ με εἰπὼν ὠκυτέρους εἶναι τῶν ἐλάφων τοὺς λέοντας. ἀμέλει, ἔφη, καὶ αἱροῦσιν αὐτὰς διώκοντες. ἐπῄνεσαν οἱ παρόντες, ὡς εὖ εἰπόντα τοῦ Λίβυος.

leonina, inquit Dinomachus; *audivi equidem, ſed cervae virginis & nondum initae: & probabilior ſic res eſt: celere enim cerva & robuſtum maxime pedibus. Et leo fortis ille quidem, atque adeps illius & manus dextra, & pili de barba recti, multum valeant, ſi quis cum ſuo quodque carmine adhibere poſſit. Pedum vero curationem minime promittit. Ipſe quoque*, inquit Cleodemus, *ita olim putabam, cervae oportere pellem eſſe, propterea quod velox cerva. Sed nuper e Libya vir ſapiens talium, aliter me docuit, cum diceret, velociores eſſe leones cervis. Nimirum, dicebat, capiunt illos etiam perſecuti.* Laudabant praeſentes Libyn, qui recte dixiſſet.

Ἐγὼ δὲ, οἴεσθε γὰρ, ἔφην, ἐπῳδαῖς τισὶ τὰ τοιαῦτα παύεσθαι, ἢ τοῖς ἔξωθεν φαρμάκοις, τοῦ κακοῦ ἔνδον ἀφαιρήσοντος; ἐγέλασαν ὀπὶ τῷ λόγῳ μου, καὶ δῆλοι ἦσαν καταγνωσόμενοι με πολλὴν τὴν ἄνοιαν, ἐπεὶ μὴ ὀπισαίμην τὰ προδηλότατα, καὶ ὧν ἂν οὐδεὶς φρονῶν ἀντείποι, μὴ οὐχὶ οὕτως ἔχειν. ὁ μέντοι ἰατρὸς Ἀντίγονος ἐδόκει μοι ἡδεσθῆναι τῇ ἐρωτήσει μου· πάλαι γὰρ ἠμελεῖτο, οἶμαι, βοηθεῖν ἀξιῶν τῷ Εὐκράτει μὲν τὰ τέχνης, οἴνου τε ἀπέχεσθαι ἀγγέλλων, καὶ λάχανα σιτεῖσθαι, καὶ ὅλως ὑφαιρεῖν τοῦ τόνου. ὁ γοῦν Κλεόδημος, ὑπομειδιῶν ἅμα, Τί λέγεις, ἔφη, ὦ Τυχιάδη;

8. At ego, *Putatis enim*, dicebam, *incantationibus quibusdam talia ſedari, aut rebus extra appenſis, cum tamen intus habitet malum?* Ridebant in hoc ſermone meo, ac manifeſtum erat condemnari ab illis multam meam inſcitiam, quando neſcirem, quae eſſent manifeſtiſſima, ac de quibus nemo ſanus contradiceret, quaſi non ita ſe haberent. Verumtamen Antigonus Medicus videbatur delectari mea interrogatione, olim enim, puto, negligebatur, qui auxilium de arte ſua afferre vellet Eucrati, & vino illum abſtinere jubens, & veſci oleribus, & in univerſum de contentione remittere. Cleodemus ergo ſubridens, *Quid ais*, inquit, *Tychia-*

a Ἐπαγγέλλεται] Δύνασθαι marg. *A1*. b Τὸ δέρμα] Διὰ τὸ δέρμα *J*. ſola fruſtra, cum marg. *A1*.

84. Καταγνωσόμενοι μου] Καταγνωσόμενοι πολλὴν τὴν ἄνοιαν. αἰτιατικὴ ἀντὶ γενικῆς Ἀττικῶς. *V*.

74. Χρῆναι — εἶναι] Nonnihil incommodi praeferunt hi infinitivi; verum quia recte εἰ χρῆναι *licet mihi*, vel *utendum eſt*, dicitur; non offendet peritum, utrumque infinite, ut ſtructura poſtulabat, hic efferri. Difficilioris ſtructurae infinitivos tres videbimus infra c. 39. Et δεῖν ἐπαινεῖν occurret mox *Hipp.* ipſo initio, atque alibi non ſemel. *J. F. R.*

77. Ἀμέλει] Conf. ſupra *Συγγρ.* c. 29. med. *M. du S.*

84. Καταγνωσόμενοι μου πολλὴν τὴν ἄνοιαν] Eadem ruſſus infra c. 32. pr. *J. F. R.*

62. Ἀρτέμιδι θύσαντες, καὶ τὰς πόλεις ἀτειχίστους λαβόντες, ῥᾳδίως ἄρχοντας καταλιπόντες] Sic quoque Benedictus *captis civitatibus immunitis, & praefectis ibidem facile relictis*, quum Micyllus pariter dedisset *ac civitatibus nullo defendente captis, praefectisque ibidem facile relictis.* Mihi ea ratio loquendi videtur absurda, & distinguendum esse λαβόντες ῥᾳδίως, ἄρχοντας κτλ. Sic enim & solent scriptores loqui & sensus communis fert. Mox longe ineptius vertuntur illa καὶ τὴν παράλιον καὶ ὀρεινῆς Κιλικίας *utramque Ciliciae oram maritimam videlicet & montanam.* Si enim ὀρεινὴ non est παράλιος, non potest ferri *ora*: & cur non simpliciter *maritimamque ac montanam Ciliciam?* *J. G.*

79. Ἀποδιδράσκεις — τὸν κατάλογον] Hanc phrasin alibi observare me non memini. *M. du S.*

80. Κατάλογον] Κατάλογον legit Interpres. *F. G.*

νόμος ἀποτετμῆσθαι τὴν κεφαλήν, εἴ τις λιπὼν φαίνοιτο τὴν τάξιν. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τὴν [a] Εὐφράτην ἤδη ἐσμὲν, καὶ ὁ πολεμὸς ἐξευκέναι, καὶ κατόπιν ὅπόσα διεληλύθαμεν ἀσφαλῶς ἡμῖν ἔχει, καὶ πάντα ὑπαρχοι κατέχουσιν, ὑπ' ἐμοῦ ἑκάστῳ ἔθνει ἐπεισαχθέντες, οἱ δὲ καὶ ἀπίασι, τὴν Φοινίκην ἡμῖν ἐν τοσούτῳ, καὶ τὴν Παλαιστίνην, εἶτα καὶ τὴν Αἴγυπτον προσαξόμενοι. σὺ πρῶτος, ὦ Λυκῖνε, ἄφβαινε, [b] τὸ δεξιὸν ἄγων, εἶτα ἐγὼ, καὶ μετ' ἐμὲ ὅτοσὶ Τιμόλαος. ὅπη πᾶσι δὲ τὸ ἱππικὸν ἄγε σὺ, ὦ Ἀδείμαντε.

Καὶ ἅμα μὲν τῆς Μεσοποταμίας οὐδεὶς ἀπήντησεν ἡμῖν πολέμιος, ἀλλ' ἑκόντες αὐτούς τε καὶ τὰς ἀκροπόλεις ἄνθρωποι [c] ἐνεχείρισαν, καὶ ὅτι [d] Βαβυλῶνα ἐλθόντες ἀπροσδόκητοι παρήλθομεν εἰς τὸ εἴσω τῶν τειχῶν, καὶ ἔχομεν τὴν πόλιν. ὁ βασιλεὺς δὲ περὶ [f] Κτησιφῶντα ἄμφω τρίβων, ἤκουσε τὴν ἔφοδον· εἶτα εἰς Σελεύκειαν παρελθὼν, παρασκευάζεται ἱππέας τε ὅτι πλείστους μεταπεμπόμενος, καὶ τοξότας, καὶ σφενδονήτας. ἀπαγγέλλουσι δ' ἡμῖν οἱ σκοποὶ ἀμφὶ τὰς ἑκατὸν [g] ἤδη μυριάδας τῷ μαχίμῳ συνειλέχθαι, καὶ τούτων εἴκοσιν [h] ἱπποτοξότας· καίτοι ὅπω ὁ Ἀρμένιος [i] πάρεστιν, οὔτε οἱ κατὰ τὴν Κασπίαν θάλατταν οἰκοῦντες, οὔτε οἱ ἀπὸ Βάκτρων, ἀλλ' ἐκ τῶν [k] πλησίων καὶ προαστείων τῆς ἀρχῆς· οὕτω ῥᾳδίως τοσαύτας μυριάδας [l] κατέλεξε.

At lex eſt, capite plecti, ſi quis ordines deſeruiſſe deprehendatur. Sed quando jam ſumus ad Euphratem, & junctus eſt *ponte* fluvius, & a tergo quae reliquimus, tuta ſunt omnia: atque omnia tenent praefecti, unicuique populo a me dati: alii vero diſceſſerunt, qui Phoenicen nobis interea, & Palaeſtinam, deinde etiam Aegyptum reducant. Ac tu primus, Lycine, dextro cornu inducto, transjice: tum ego: & poſt me hic Timolaus: poſt omnes autem tu equitatum, Adimante, ducito.

34. Atque per Meſopotamiam nullus nobis obviam venit hoſtis, ſed ſponte ſe cum arcibus viri nobis dediderunt: progreſſique ad Babylonem, ex improviſo intra muros delati urbem habemus. Rex autem qui circa Cteſiphontem haeret, audita impreſſione progreſſus ad Seleuciam parat ſe, equitatu arceſſito quam plurimo, & ſagittariis funditoribusque. Renunciant ergo exploratores, circa millies mille jam viros pugnae aptos collectos eſſe, in his ducenta millia jaculantium ex equis, quamquam Armenius nondum adeſt, neque qui Caſpium mare accolunt, neque Bactriani, ſed de partibus modo vicinis & ſuburbanis quaſi imperii: adeo facile tot millia coegit. Itaque tem-

a Εὐφράτην] Ἐφράτην prave O. b Τὸ] Τὸν male O. c Ἐνεχείρισαν] Ἐνεχείρησαν O. rurſus male. d Βαβυλῶνα] Βαβυλῶνι O. prave. e Δὲ] Omiſit *Fl.* f Κτησιφῶντα] Κτησιφῶντος O. g Ἤδη] Neglectum in O. h Ἱπποτοξότας] Ἱπποτοξόται O. i Πάρεστιν] Πω πάρεστιν O. k Πλησίων] An πλησίον; adſcripſit *Solan.* l Κατέλεξε] Recte ſic *Pell.* Κατέλεξε male Edd. & Codd. noſtri.

87. Οἱ δὲ] Pro *alii vero* uſitatum eſſe, permultis docet Rev. *J. Elſn.* Obſ. ad N. T. I. p. 347. *J. F. R.*

6. Εἴκοσιν] Μυριάδας ſcil. *F. G.*

9. Τῶν πλησίων] Etſi οἱ πλησίον alibi rectius & uſitatius, ut ſupra T. I. *Necyom.* c. 16. med. μηδὲν τῶν πλησίον ἀφέρων, atque alibi, ut indico T. III. *Philopatr.* c. 16. hic tamen nihil mutem, propter nexum cum προαστείων. *J. F. R.*

11. Κατέλεξε] Κατέλεξε legendum videtur. *F. G.* Κατέλεξε] Neque κατάγειν eſſe exercitum cogere vel conducere, novi; neque formam illam Atticam, quam habet ἄγω vel ἄγνυμι aliter frangendi intellectu poſitam memini. Solicitor proinde levicula mutatione legere κατέλεξε, *CONSCRIPSIT, DELEGIT*, quod ſolenne in hac re verbum eſt, unde paullo ante κατάλογον dixerat. Λ facile in Α tranſiit, poſt quod Ε ſequens librarii ſtilo forte confoſſum eſt, factumque ex ΚΑΤΕΛΕΞΕ, ΚΑΤΕΑΞΕ. *J. M. G.*

29. Τριάκοντα] Aberat Pyraeeus portus XL. ſtadiis ab urbe, quorum in quatuor partes diviſorum tres jam emenſi

tempus eſt, ut nos etiam, quid nobis agendum ſit, circumſpiciamus.

35. ADIM. Nimirum ego ajo oportere vos pedites Cteſiphontem petere; nos autem, equitatum, hic manere ad Babylonem tuendam. SAM. Etiam tu, Adimante, metuis conſtitutus prope periculum. Tibi vero, Timolae, quid videtur? TIM. Omni cum exercitu hoſtes aggredi, nec exſpectare, donec parent ſe melius, adfluentibus undique auxiliis. Sed dum adhuc in via ſunt hoſtes, illos aggrediamur. SAM. Bene mones. Tu vero, Lycine, quid cenſes? LYC. Ego tibi dicam. Quandoquidem a contentione itineris fatigati ſumus, qui hodie mane deſcenderimus in Piraeeum, nunc vero jam triginta circiter ſtadia progreſſi ſimus; & ſol (*ardor*) multus: (circa meridiem enim eſt) ut hic alicubi ſub oleis, in everſa illa columella aſſidentes, requieſcamus, ac deinde ſurgentes, ſtudioſe redeamus in urbem. SAM. Scilicet Athenis tibi adhuc eſſe, bone vir, videris, qui circa Babylonem in campo ante muros ſedeas tot inter milites, diſputans de bello. LYC. Repoſuiſti me in memoriam. At ego putabam me ſobrium eſſe. Jam tuum eſt dicere ſententiam.

χαιρὸς ἤδη σκοπεῖν ἡμᾶς ὅ, τι χρὴ ποιεῖν.

ΑΔΕΙΜ. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν φημι δεῖν ὑμᾶς τὸ πεζὸν ἀπιέναι τὴν ἐπὶ Κτησιφῶντα, ἡμᾶς δὲ τὸ ἱππικὸν αὐτοῦ μένειν, τὴν Βαβυλῶνα φυλάξοντας. ΣΑΜ. Ἀποδειλιᾷς καὶ σὺ, ὦ Ἀδείμαντε, πλησίον τοῦ κινδύνου γενόμενος. σοὶ δὲ τί δοκεῖ, ὦ Τιμόλαε; ΤΙΜ. Ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ βαδίζειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, μηδὲ περιμένειν ἕως ἂν ἄμεινον παρασκευάσωνται, παντάχοθεν [m] αὐτοῖς συμμάχων προσγενομένων, ἀλλ' ἕως ἔτι κατ' ὁδὸν εἰσὶν οἱ πολέμιοι, ἐπιχειρῶμεν αὐτοῖς. ΣΑΜ. Εὖ λέγεις· σὺ δὲ τί, ὦ Λυκῖνε, δοκιμάζεις; ΛΥΚ. Ἐγώ σοι φράσω. ἐπειδὴ κεκμήκαμεν συντόνως ὁδεύοντες, ὁπότε κατήειμεν ἔωθεν ἐς τὴν Πειραῖα, καὶ νῦν δὲ ἤδη τριάκοντά που σταδίους προκεχωρήκαμεν, καὶ ὁ ἥλιος πολὺς, καὶ μεσημβρίαν μὲν ἤδη μάλιστα, ἐνταῦθά που [n] ἐπὶ τὰς ἐλαίας [o] ἐπὶ τὴν ἀναγεγραμμένης στήλης καθίσαντας [p] ἀναπαύσασθαι, εἶτα ὕστως ἀναστάντας [q] πορεύεσθαι, καὶ ἀνύειν τὸ λοιπὸν ἐς τὸ ἄστυ. ΣΑΜ. Ἔτι γὰρ Ἀθήνησιν, ὦ μακάριε, εἶναι δοκεῖς, ὃς ἀμφὶ Βαβυλῶνα ἐν τῷ πεδίῳ, πρὸ τοῦ τείχους ἐν τοσούτοις στρατιώταις [r] κάθησαι περὶ τοῦ πολέμου διαλεγόμενος. ΛΥΚ. Ὑπέμνησας· ἐγὼ δὲ νήφειν ᾠόμην, καὶ σὺ [s] παρὰ τὸ φανεῖσθαι τὴν γνώμην.

ΣΑΜ.

m Αὐτοῖς] Αὐτῶν *Fl.* *n* Ἐπὶ τὰς ἐλαίας] Omiſſa in O. *o* Ἐπὶ] Ὑπὸ *Marc.* Nil mut. Edd. & O. *p* Ἀναπαύσασθαι] Ἀναπαύεσθαι O. *q* Πορεύεσθαι καὶ] Deſunt in O. *r* Κάθησαι] Καθίσαι O. *s* Παρὰ] Lege περί.

emenſi erant; quarta reſtabat Luciano vid. c. 16. & notam noſtram. *M. du S.*

32. Ἐπὶ τὴν ἀναγεγρ.] Ὑπὸ στήλης leg. omnino. Sic ὑπὸ γῆς, ὑπὸ μάλης & ſim. *F.G.* Eadem habet *Æ.M.*

Ibid. Ἀναγεγραμμένης] Quid ſibi velit ἀναγεγραμμένη στήλη, non eſt facile dictu. Leges quidem aut verba alia ἀναγεγραμμένα dici poſſunt, στήλη forte ἐπιγεγραμμένη, i. e. *literata*, *inſcripta*, ut adhuc dederunt interpretes. Quid vero ad aſſidendum commoditatis habet, & quidem, ut quatuor homines ſedeant, στήλη, *columella*, *cippus*, altum magis opus, quam longum aut latum? & quid ad eam partem, qua ſedetur, literae? Scilicet impoſuit antiquo alicui librario ſimilitudo maxima quae intercedit inter Τ & Γ literas: viderat idem literata ſaxa frequentia: dedit ergo ἀναγεγραμμένης pro ἀνατετραμμένης. *Columella*, *cippus*, *pila*, cum ſtant, ſcriptis ſervandis, & ingerendis in praetereuntium oculos, idonea: cum everſa jacent, ſive literata ſint, ſive minus, ſeſſionem praebent commodam fatigatis. *J.M.G.*

35. Τὸ λοιπὸν] Subaudi τὴν ὁδοῦ. *F.G.*

40. Καὶ σὺ παρὰ τὸ φανεῖσθαι τὴν γνώμην] Non ſine menda. *Th.M.* Additamentum videtur. An ὦ θαυμάσιε τὴν γνώμην, ἐδὲν ὑγιές. *F.G.*

Καὶ

ΣΑΜ. [a] Πρόσειμεν δή, εἴ σοι δοκεῖ, καὶ ὅπως ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐν τοῖς κινδύνοις ἔσεσθε, μηδὲ προδώσετε τὸ πάτριον φρόνημα· ἤδη γάρ που καὶ οἱ πολέμιοι ἐπιλαμβάνουσιν. ὥστε τὸ μὲ σύνθημα ἔστω, Ἐνυάλιος. ὑμεῖς δὲ ἐπειδὰν σημήνῃ ὁ σαλπιγκτὴς, ἀλαλάξαντες, καὶ τὰ δόρατα κρούσαντες πρὸς τὰς ἀσπίδας, ἐπείγεσθε συμμίξαι τοῖς ἐναντίοις, καὶ ἐντὸς γενέσθαι τῶν τοξευμάτων, ὡς μηδὲ πληγὰς λαμβάνωμεν, ἀκροβολίζεσθαι αὐτοῖς διδόντες. καὶ ἐπειδὴ ἐς χεῖρας ἤδη συνεληλύθαμεν, τὸ μὲ εὐώνυμον, καὶ ὁ Τιμόλαος, [b] ἐτρέψαντο τοὺς καθ' αὑτούς, Μήδους ὄντας, τὸ δὲ κατ' ἐμὲ ἰσόπαλον ἔτι. Πέρσαι γάρ εἰσι, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐν αὐτοῖς· ἡ δὲ ἵππος ἅπασα τῶν βαρβάρων ἐπὶ τὸ δεξιὸν ἡμῶν ἐλαύνουσιν, ὥστε, ὦ Λυκῖνε, αὐτός τε ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνου, καὶ τοῖς μὲ σαυτοῦ κελεύου δέχεσθαι τὴν ἐπέλασιν.

36. SAM. Aggredimur ſane, ſi tibi videtur. Et *mementote*, ut viri fortes ſitis in periculis, nec prodatis ſenſum illum patrium: jam enim alicubi invadunt hoſtes. Itaque teſſera erit *Mars!* Vos vero cum claſſicum cecinerit tubicen, clamore ſublato, incuſſis in clypeos haſtis, urgete manus conſerere cum hoſtibus, & intra teli jactum venire, ut nec excipiamus ictus jaculandi facultate illis data: & cum ad manus jam venerimus, ſiniſtrum *cornu* & Timolaus jam in fugam verterunt ſibi oppoſitos Medos, ſed meum agmen aequo adhuc marte pugnat: ſunt enim Perſae & rex inter ipſos. Equitatus autem barbarorum univerſus in dextram *aciem* noſtram invehitur: itaque, Lycine, & ipſe vir fortis eſto, & tuis, ut impetum excipiant, impera.

ΛΥΚ. Ὦ τύχης, ἐπ' ἐμὲ γὰρ οἱ ἱππεῖς ἅπαντες, καὶ μόνῳ μοὶ ἐπιτήδειος αὐτοῖς ἔδοξα [c] ἐπελαύνειν· καί μοι δοκῶ, ἢν βιάζωνται αὐτομολῆσειν, προσδραμὼν ἐς τὴν παλαίστραν, ἔτι πολεμοῦντας ὑμᾶς καταλιπών. ΣΑΜ. Μηδαμῶς. κρατεῖς γὰρ αὐτῶν καὶ σὺ ἤδη τὸ μέρος· ἐγὼ δὲ ὡς ὁρᾷς, καὶ μονομαχήσω πρὸς τὸν βασιλέα, [d] προκαλεῖται γάρ με, καὶ ἀναδῦναι πάντως αἰ-

37. LYC. Vah fortunam! In me enim equites univerſi: & ſolus idoneus ſum viſus, in quem irruant. Videor mihi, ſi vim faciant, fugere curriculo in palaeſtram, & adhuc pugnantes vos deſerturus. SAM. Nequaquam. Vinces enim jam tu quoque tua in parte. Ego autem, ut vides, jam ſolitariam cum rege pugnam pugnabo. Etenim me provocat, & retrocedere omnino tur-

a Πρόσειμεν] Πρόσιμεν O. b Ἐτρέψαντο] Ἔτρεψαν O. c Ἐπελαύνειν] Ἀπελαύνειν male O. d Προκαλεῖται] Recepi ex *J.* & *V2.* Προσκαλεῖται cett. male.

Καὶ σὺ . . .] Corruptus haud dubie locus, ad quem emendandum nihil in libris auxilii, quippe qui omnes conſentiant; forſan ἰσὸν ἐσίγα vel ſimile quid, ſcriptum fuerat, & πρὸ τοῦ, pro ὥσθ' ἅτε. *M. du S.*

42. Καὶ ὅπως] Subaudi ὁρᾶτε, σκοπεῖτε & ſim. *F. G.* Exempla vid. ap. *L. Bos* de Ellipſ. V. ΣΚΟΠΕΙΝ. Adde infra c. 41. *J. F. R.*

69. Προκαλεῖται] Genuina haec lectio, quam ex Mſſ. Ox. & *Ven.* 2. habemus, vulgata προσκαλεῖται nihili eſt. *M. du S.*

82. Προσκυνήσασαι ὑμῶν] Προσκυνῆσαι ὑμῖν. *Th. M.* Προσκυνήσασαι. ὑμῶν] *Marcilii* emendationem omnino neceſſariam hic amplector, nemo enim dandi caſum cum verbo προσκυνέω conjunctum aut apud hunc alibi, aut apud ullum ſcriptorem Graecum oſtendat. Sed ὑμῶν non ὑμῖν poſtulat ἄρξω, moris autem quem tangit, illuſtre habes apud *Xenophontem* exemplum, quod vid. Anab. 1. p. 154. 17. *M. du S.*

Προσκυνήσασαι. ὑμῶν] Relinquo *Marcilio* ſuum προσκυνήσασαι, etſi προσκυνήσασαι forſan dare voluit, pro eo quod aliter alicubi ſcript. invenit. In ὑμῶν autem pro ἡμῶν ei adſentior, modo ὑμῶν dediſſet. *J. F. R.*

Ibid. Κατὰ τὸν Ἑλλήνων νόμον] Oppoſitionis ratio ſuadet, aliquid hic omiſſum; forte quod nollet librarius Ἑλλήνων bis ponere. Nam ita cenſeo dediſſe Lucianum, Ἑλλήνων δὲ κατὰ τὸν Ἑλλήνων νόμον ἄρξω. *J. M. G.*

86. Αἰ ἄν] Etſi aliquis ſenſus ineſt vulgatae, conjicio tamen αἰ delendum. *J. F. R.*

88. Μετ-

turpe est. LYC. Per Jovem etiam mox ab illo vulneraberis, regium enim hoc etiam, vulnerari in pugna pro imperio. SAM. Bene mones. Leve quidem mihi vulnus, minimeque aperto corporis loco, adeo ut neque cicatrix in posterum deformis futura sit. Verum vides, ut invectus ego ictu uno ipsum cum equo emissa hasta trajeci, ac deinde capite abscisso, ablatoque diademate rex jam factus sum.

38. Ac barbari quidem nos adorent: *Graecis autem* Graeco more unici Praetoris nomine imperabo. Post haec igitur cogitate, quot urbes de meo nomine appellatas conditurus sim, quot contra vi captas sim vastaturus, si qua injuria imperium meum affecerint. Omnium vero maxime Cydiam divitem mulcabo, qui, vicinus meus cum esset, agro me, ingressus paullatim intra fines, expulit.

39. LYC. Desine jam Samippe. Tempus enim est, te jam, qui talem pugnam viceris, Babylone epulari victoriae caussa, (extra stadia enim puto tibi esse imperium) ac Timolaum jam suo loco optare, quidquid voluerit. SAM. Quid ergo, Lycine, qualia optasse tibi videor? Multum, maxime admirabilis regum, laboriosiora & magis violenta *votis* Adimanti, quatenus il-

χρόν. ΛΥΚ. Νὴ Δία, ᾧ τετρῶσθαι αὐτίκα μάλα πρὸς αὐτῷ, βασιλικὸν γὰρ ᾧ τὸ τρωθῆναι περὶ τὴν ἀρχῆς μαχόμενον. ΣΑΜ. Εὖ λέγεις, ἐπιπόλαιον μοὶ τὸ τραῦμα, ᾧ οὐκ εἰς τὰ φανερὰ τοῦ σώματος· ὡς μηδὲ τὴν ὕλην ὕστερον ἄμορφον γενέσθαι· πλὴν ἀλλὰ ὁρᾷς [c] ὅπως ἐπελάσας, μιᾷ πληγῇ αὐτόν τε ᾧ τὸν ἵππον διέπειρα, τὴν λόγχην ἀφείς; εἶτα τὴν κεφαλὴν ἀποτεμών, οὐκ ἀφελὼν τὸ διάδημα, βασιλεὺς ἤδη γέγονα, προσκυνούμενος ὑφ' ἁπάντων.

Οἱ βάρβαροι προσκυνείτωσαν· [f] ὑμῶν δὲ τὸν Ἑλλήνων νόμον ἄρξω, εἰς στρατηγὸς ὀνομαζόμενος. Ὅπου τοίνυν ἄρα ἐννοεῖτε ὅσας πόλεις [g] ἐπωνύμους ἐμαυτοῦ οἰκιῶ, ὅσας δὲ ᾧ καθαιρήσω ἐλὼν κρατῶν, [h] αἳ ἂν ὑβρίσωσί τι εἰς τὴν ἀρχήν· ἁπάντων δὲ μάλιστα Κυδίαν τὸν πλούσιον μελετεύσομαι, ὃς ὅμορος ἤδη ὢν μοι, ἐξέωσε τοῦ ἀγροῦ, ἐπιβαίνων κατ' ὀλίγον ἐς τὸ εἴσω τῶν ὅρων.

ΛΥΚ. Πέπαυσο ἤδη, ὦ Σάμιππε, χαιρὸς γάρ σε ἤδη νενικηκότα τηλικαύτῃ μάχῃ, ἐν Βαβυλῶνι εὐωχεῖσθαι τὰ ἐπινίκια, (ἐκτὸς γὰρ, οἶμαί, σοι ἡ ἀρχὴ) Τιμόλαον δὲ ἐν τῷ μέρει εὔχεσθαι ὅτῳ ἂν ἐθέλῃ. ΣΑΜ. Τί δ' ἂν, ὦ Λυκῖνε, οἷά σοι ἠτῆσθαι δοκῶ; ΛΥΚ. Παραπολὺ, ὦ θαυμασιώτατε βασιλέων, ἐπιπορώτερα ᾧ βαιότερα τῶν Ἀδειμάντου, πρὸς ὅσον ἐκεῖ-

[e] Ὅπως ἐπελάσας] Ὅσον ἐπιπελάσας O. [f] Ὑμῶν] Ἡμῶν, Edd. [g] Ἐπωνύμους ἐμαυτοῦ] Ἐπωνύμους ἐπ' ἐμαυτοῦ O. & *Fl.* cum marg. *A1.* [h] Αἳ] Οἳ male O. & *Fl.* Οἳ sine accentu marg. *A1.* [i] Ἐκτάδος] Recte *B1.2. P.* Ἑκτάδος adspirate *f. B1. Fr. H. S. Ald.* Ἐξτάδος pejus L. *Schol.* & *Fl.*

94. Ἐξτάδος γὰρ οἶμαι σοι] Ἐξτάδιον, ἔφατο γὰρ ἤδη αὐτοῖς ὁπόσον σταδίων [k] ἀπίχοι ἂν ἀφεστώσης ἡ κώμη μακαρία. *V.*

[k] Ἀπίχοι] Ἐπίχοι V.

88. Μετελεύσομαι] Negat *Pollux* in ἦκω, ἐλεύσομαι dici, quod tamen habet *Dion. Halic.* Ant. III. p. 151. *f. Hom.* Il. Θ. 12. & alibi. & compositum μετελεύσομαι etiam Noster non semel, ut forsan parebit ex Indice, ne alios addam, quia nemo negat, quod sciam. Sed ἐπελεύσομαι negat etiam *Th. Mag.* V. ΑΠΕΙΣΙΝ, aliquanto meliore jure, vid. *Hemst.* T. I. p. 10. *J. F. R.*

94. Ἐκτάδος] *Extra stadia tua jam es, stadia imperii tui peracta sunt.* Male Interpres cum ἐξτάδος confundit, *sex stadiorum* vertens. *F. G. Sex stadiorum* etiam Cl. *Gesn.* quod mutavi. *J. F. R.*

Ἐκτάδος] Lege omnino uti edi curavimus, ἐκτάδος, uti recte scribitur in *Ven. 2. B1.* & 2. & *P.* ut ἐκτόνδος. Ἐκπρόθεσμος &c. In L. *Schol.* & *Fl.* ἐξ— In O. vero & reliquis ἐκ— neque Graece neque vere, cum unicuique *decem stadia*, ex ratione supra ad c. 16. inita, assignari oporteat. Et re ipsa assignata ex 35. pateat, cum Luciano remanserint *Decem. M. du S.*

ἐκεῖνος μὲ ἐτρύφα, διτάλαντα χρύσεα ἐκπώματα προτείνων τοῖς [a] συμπόταις, σὺ δὲ, καὶ ἐτιτρώσκου μονομαχῶν, καὶ ἐδεδίεις, καὶ ἐφρόντιζες νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν· οὐ μόνον γὰρ σοι τὰ παρὰ τῶν πολεμίων φοβερὰ ἦν, ἀλλὰ καὶ ἐπιβουλαὶ μυρίαι, καὶ φθόνος παρὰ τῶν συνόντων, καὶ μῖσος, καὶ κολακεία, φίλος δὲ οὐδεὶς ἀληθὴς, ἀλλὰ πρὸς τὸ δέος ἅπαντες, ἢ πρὸς τὴν ἐλπίδα εὖνοι δοκοῦντες εἶναι. ἀπόλαυσις μὴν γε, οὐδὲ ὄναρ τῶν ἡδέων, ἀλλὰ δόξα [b] μόνον, καὶ πορφυρὶς χρυσῷ ποικίλη, καὶ ταινία λευκὴ περὶ τῷ μετώπῳ, καὶ δορυφόροι προιόντες. τὰ δ' ἄλλα κάματος ἀφόρητος, καὶ ἀηδία πολλὴ· καὶ ἢ χρηματίζειν τοῖς παρὰ τῶν πολεμίων ἦκουσι δεῖ ἢ δικάζειν, ἢ καλαπέμπειν τοῖς ὑπηκόοις ἐπιτάγματα. καὶ ἤτοι ἀφέστηκέ τι ἔθνος, ἢ ἐπελαύνουσί τινες τῶν ἔξω τῆς ἀρχῆς. δεδιέναι οὖν δεῖ πάντα, καὶ ὑφορᾶσθαι. καὶ ὅλως ὑπὸ πάντων μᾶλλον ἢ ὑπὸ σεαυτοῦ εὐδαιμονίζεσθαι.

Καὶ γὰρ οὖν καὶ τόδε πως οὐ ταπεινὸν, ὅτι καὶ νοσεῖς τὰ ὅμοια τοῖς ἰδιώταις, καὶ ὁ πυρετὸς οὐ [c] διαγιγνώσκει σε βασιλέα ὄντα, οὐδὲ ὁ θάνατος δέδιε τοὺς δορυφόρους, ἀλλ' ἐπιστὰς ὁπόταν αὐτῷ δοκῇ, ἄγει οἰμώζοντα, οὐκ αἰδούμενος τὸ διάδημα; σὺ δὲ ὁ ὕπτιος ὑψηλὸς καλαπεσὼν, ἀνάσπαστος ἐκ τοῦ βασιλείου θρόνου τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἄπει, τοῖς πολλοῖς ἰσότιμος, ἐλαυνόμενος ἐν τῇ ἀγέλῃ τῶν νεκρῶν, χῶμα ὑψηλὸν ὑπὲρ γῆς, καὶ στήλην μακρὰν, ἢ πυραμίδα εὔγραμμον τὰς γωνίας ἀπολιπὼν, ἐκπρόθεσμα καὶ ἀνεπαίσθητα φιλοτιμήματα· εἰκόνες δὲ ἐκεῖναι, καὶ νεὼς, οὓς ἀνιστᾶσιν αἱ πόλεις θεραπεύσασαι, καὶ τὸ μέγα ὄνομα,

Ille quidem luxuriose vivebat, aurea binorum talentorum pocula propinans convivis: at tu & vulneratus es in pugna solitaria, & metuisti, & solicitus noctes diesque fuisti. Neque enim ab hoste tibi solo metuendum erat, sed insidiae sexcentae, & invidia a familiaribus, & odium, & adulatio: amicus autem nemo verus, sed ad metum omnes aut ad spem benevoli qui esse videantur. Fructus rerum suavium ne per somnum quidem, sed gloria sola, & distincta auro purpura, & taenia circa frontem alba, & praecedentes satellites: caeterum labor intolerabilis & multum injucunditatis; cum aut opera danda sit his qui ab hostibus veniunt, aut jus dicendum, aut mittenda civibus imperia. Et aut defecit gens aliqua, aut externi quidam imperium invadunt. Metuere ergo oportet omnia & suspicari, atque in universum omnibus potius, quam tibi ipsi, videri beatum.

40. Etenim illud etiam qui non humile, quod aegrotabis non minus quam privati, nec febris te regem esse internoscit, neque metuit mors satellites; sed cum ipsi visum fuerit supervenientes, plorantem nihil diadema reveritus abducit. Tu vero de loco ita excelso delapsus detractusque de throno regio, eandem abis viam, aequatus vulgo, abactus cum grege mortuorum, tumulum in terra relinquens excelsum, & columnam longam, aut accurate descriptam angulis pyramidem, in quibus fere homines, cum nihil jam inde ad sensum ipsorum perveniat, superbiunt. Statuae autem illae & templa, quae excitant colendi causa civitates, & ma-

a Συμπόταις] Συμπολίταις male O. b Μόνον] Ita Ox. Fl. Fr. &c. Μὸν J. cum V2. c Διαγιγν.] Διαγιν. O.

12. Ταινία λευκὴ] Hoc erat, quod Diadema vocabant, insigne Regium. M. du S.

35. Νεὼς] Νεὼ plurale corrigit Gujet. certiore jure, quam supra c. 23. λαγὼ pro λαγώς. Nam quum οὓς hic addatur, facile suspiceris etiam νεὼ plurale dedisse auctorem. Et quamvis mascul. plurale οὓς per syllepsin alii dicent accipiendum, comprehenso εἰκόνες, eos hic non audio, quia plures civitates non erexere unum sed plura templa. Adeoque vix a me impetro, quin Gujeti emendationem, invitis Edd. recipiam. J. F. R.

38. Ἐπὶ

magnificum illud nomen, paullatim defluunt omnia, & neglecta abeunt. Si vero vel maxime ad longissimum tempus permaneant, quis adhuc fructus ad eum pervenire potest, qui nihil sentiat? Vides, quas molestias vivus adhuc sis habiturus, metuens, solicitus, laborans; & quis post mortem status futurus sit?

41. Sed jam optare tuum est, Timolae, & ut illos superes, ut *factorum* probabile est virum prudentem, & uti rebus scientem. TIM. Vide igitur, Lycine, si quid reprehensione dignum optaturus sim, & quod corrigere aliquis possit. Aurum proinde ac thesauros, & modios numûm, aut regna, & bella & metus pro imperio, quae merito reprehendisti, non poscam. Nam ista quidem infirma, & insidiis exposita multis, & plus, quam suavitatis, in iis molestiarum inest.

42. Ego autem optem ab occurrente mihi Mercurio anulos dari quosdam, qui virtutem habeant hujusmodi: unum, ut valeat semper corpus & salubre sit, & vulneri nulli, aut morbo penetrabile; alterum, cujus auxilio non videatur qui induit, qualis erat ille Gygis: alium rursus, ut plus decies mille hominum robur habeam, & quod onus vix decies mille homines moliri simul queant, hoc ut facile solus transferre possim: insuper volare ut possim, multum elatus de terra, ad hoc quoque sit mihi anulus. Verum somno sopire *ut quem* quoscumque volueto, & janua mihi unaquaeque accedenti sua sponte ut aperiatur, laxato claustro, remoto pessulo; ad hoc utrumque unus idemque valeat anulus.

πάντα κατ' ὀλίγον [d] ἀποῤῥεῖ, καὶ ἄπειστα ἀμελούμενα. ἦν δὲ καὶ ὅτι μάλιστα ὑπὲρ πλείστον [e] βιωμένῳ, τίς ἔτι ἀπόλαυσις ἀναδήτῳ [f] αὐτῷ γενομένῳ; ὁρᾷς οἷα μὲ ζῶν ἔτι ἕξεις πράγματα δεδιὼς, καὶ φροντίζων, καὶ κάμνων, οἷα δὲ καὶ μὴ ἢ ἀπαλλαγὴν ἔσται.

Ἀλλ' ἤδη σοὶ αἰτεῖν, ὦ Τιμόλαε, καὶ ὅπως ὑγιὴς τούτοις, ὥσπερ εἰκὸς ἄνδρα συνετὸν, καὶ πράγμασι χρῆναι εἰδότα. TIM. Σκόπει γῶν, ὦ Λυκῖνε, εἴ τι ὀπτιλήψιμον εὔξομαι, καὶ ὅ, τι ἂν εὐθύναι τις δυνηθείη. χρυσὸν μὲν ὢν, καὶ θησαυρὸς, καὶ μεδίμνους νομίσματος, ἢ βασιλείας, καὶ πολέμους, καὶ δείματα ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, ἃ εἰκότως διέβαλες, [g] οὐκ αἰτήσομαι, ἀβέβαια γὰρ ταῦτά γε, καὶ πολλὰς τὰς ὀπιθενλὰς ἔχοντα, καὶ πλέον τοῦ ἡδέος τὸ ἀπαρὸν ἐν αὐτοῖς ἔνι.

Ἐγὼ δὲ βέλομαι τὸν Ἑρμῆν ἐντυχόντα μοι δοῦναί τινας δακτυλίους τοιούτους τὴν δύναμιν, ἕνα μὲν, ὅστε ἀεὶ ἐῤῥωμένος καὶ ὑγιαίνειν τὸ σῶμα, καὶ ἄτρωτον εἶναι, καὶ ἀπαθῆ· ἕτερον δὲ, ὃς μὴ ὁρᾶσθαι τὸν περιθέμενον, οἷος ἦν ὁ τοῦ Γύγου· τὸν δέ τινα, ὡς ἰσχύειν ὑπὲρ ἄνδρας μυρίους, καὶ ὅ, τι ἂν ἄχθος ἅμα μυρίοι κινῆσαι μόλις δύναιντο, τοῦτό με ῥᾳδίως μόνον ἀνατίθεσθαι· ἔτι δὲ καὶ πέτεσθαι, ὅλον ἀπὸ τῆς γῆς ἐρθέντα· καὶ πρὸς [h] τοῦτό μοι εἶναι δακτύλιόν τινα, καὶ μὴν καὶ εἰς ὕπνον καλασπᾶν, ὁπόσους ἂν ἐθέλω, καὶ ἅπασαν θύραν προσιόντι μοι ἀνοίγεσθαι, καλωμένου τοῦ κλείθρου, καὶ τοῦ μοχλοῦ ἀφαιρουμένου. ταῦτα ἀμφότερα εἰς δακτύλιον δυνάσθω.

Τὸ

d Ἀποῤῥεῖ] Ὑποῤῥεῖ male *Fl.* *e* Βιωμένῳ] Βιουμένου O. *f* Αὐτῷ] Αὐτοῦ O. & *Fl.* cum marg. *A1.* Sed vulgatum bonum. *g* Οὐκ αἰτήσομαι] Omisit O. *h* Τοῦτό μοι] Τοῦτο male O. & sine μοι.

38. Ἐπὶ πλεῖστον] Glossema videtur τοῦ ὅτι μάλιστα. *F.G.*

42. Ἀπαλλαγὴν] *Mutationem* dederunt. Redde, *decessum.* *F.G.*

44. Καὶ ὅπως] Subaudi ὄψα, σκόπει, & sim. *F.G.* Habuimus supra, c. 36. pr. *J F.R.*

57. Δακτυλίους] Veterum ea erat superstitio, ut annulis magicis multas & miras virtutes inesse putarent; vid. & Φιλοψ. *M. du S.*

Τὸ δὲ μέγιστον, ἄλλος τις ἔστω ὁπόσων ὁ ἥδιστος, ὡς ἐράσμιον εἶναί με, ἐσθῆτι κοσμούμενον παισὶ τοῖς ὡραίοις, καὶ γυναιξί, καὶ δήμοις ὅλοις, καὶ [a] μηδένα εἶναι ἀνέραστον, καὶ [b] ὅτῳ μὴ σφοδρότατος ἐγὼ, [c] καὶ ἀνὰ στόμα· ὥστε πολλὰς γυναῖκας ὑπὸ φερούσας τὸ ἔρωτα, καὶ ἀναρτᾶν ἑαυτὰς, καὶ τὰ μειράκια ἐπιμεμηνέναι μοι, καὶ εὐδαίμονα [d] εἶναι δοκεῖν, εἴ τινα καὶ μόνον προσβλέψαιμι αὐτῶν, εἰ δ' ὑπερορῴην, κἀκεῖνα ὑπὸ λύπης ἀπολλύοιτο. καὶ ὅλως, ὑπὲρ τὸν Ὑάκινθον, ἢ [e] Ὕλαν, ἢ Φάωνα τὸν Χῖον εἶναί με.

43. Quod vero caput eſt, ſit etiam alius omnium ille jucundiſſimus, quo induto amabilis ſim formoſis pueris, & mulieribus, & totis populis, ut nemo ſit quin me amet, deſideret, in ore habeat; adeo ut multae mulieres amoris impatientia ſe ſuſpendant, & prae amore mei inſaniant adoleſcentuli, beatusque videatur, ſi quem illorum modo adſpiciam; ſi vero negligentius tractem, hi quoque prae dolore pereant: atque in univerſum ſupra Hyacinthum, aut Hylan, aut Chium Phaonem ego ſim.

Καὶ ταῦτα πάντα ἔχειν, μὴ ὀλιγοχρόνιον ὄντα, μηδὲ κατὰ μέτρον ζῶντα τὸν ἀνθρωπίνης βιοτῆς, ἀλλ' ἔτη χίλια νέον ἐκ νέου [f] γιγνόμενον διαβιῶναι, ἀμφὶ τὰ ἑπταικαίδεκα ἔτη ἀεὶ ἀποδυόμενον τὸ γῆρας, ὥσπερ οἱ ὄφεις. [g] οὐδὲν γὰρ δεήσει με ταῦτα ἔχοντα· πάντα γὰρ ἐμὰ ἦν ἂν τὰ τῶν ἄλλων, ἐς ὅσον ἀνοίγειν τε τὰς θύρας ἐδυνάμην, καὶ κοιμίζειν τοὺς φύλακας, καὶ ἀθέατον εἶναι εἰσιών. εἰ δέ τι ἐν Ἰνδοῖς ἢ Ὑπερβορέοις θέαμα ἔνδοξον, ἢ κτῆμα τίμιον, ἢ ὅσα ἐμφαγεῖν ἢ πιεῖν ἡδέα, οὐ μελαγχολάμενος, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιπετόμενος, [h] ἀπέλαυον ἁπάντων ἐς κόρον. καὶ ἐπεὶ γρὺψ, ὑποπτερον θηρίον, ἢ φοῖνιξ, ὄρνεον ἐν Ἰνδοῖς ἀθέατον τοῖς ἄλλοις, ἐγὼ δὲ καὶ

44. Et omnia haec habeam, non parvae aetatis homo, neque ad menſuram vitae humanae vivens; ſed annos mille juventutem unam poſt alteram vivam, interjectis ſeptendecim quibusque annis exuens ſenectutem inſtar ſerpentum. Haec ſi habeam, nihil mihi defuerit. Mea enim fuerint, quae aliorum ſunt omnia, in quantum aperire poſſem januas, & cuſtodes ſopire, & oculos omnium effugere dum intro. Si quod vero apud Indos aut Hyperboreos ſpectaculum nobile, aut pretioſa poſſeſſio, aut quaecumque in cibo vel potu jucunda ſunt, ea non adferri demum curarem, ſed advolans ipſe ad ſatietatem illis fruerer. Et quando Gryps alata belua, aut Phoenix avis apud Indos ſpectata nemini; ego etiam iſta

a Μηδένα] Μηδένι. ἴσως L. b Ὅτῳ] Εἴτω L. O. Nil mut. Edd. c Καὶ] Non eſt in O. d Εἶναι] Non habet *Fl.* e Ὕλαν] Ὕλλαν male O. f Γιγνόμενον] Γινόμενον O. g Οὐδὲν γὰρ δεήσει με ταῦτα ἔχοντα] Sic Edd. omn. & O. h Ἀπέλαυον] Ἀπελαῦν *Fl.* male.

75. Μηδένα] In L. ἴσως μηδένι. Quocumque modo legas, aliquid in ſequentibus erit mutandum. Ego μηδένα ὅτως εἶναι ἀνέραστον ὅτῳ &c. exiſtimo a Luciani manu profectum. Quamvis enim raro ἀνέραστος activve ponatur, ſic etiam uſurpari monent grammatici. *M. du S.*

79. Εἶναι] Non adderem, ſi in pluribus abeſſet. Jam vero non omittendum duxi; quia vel magis abundat alibi, ut T. I. *Necyom.* §. 16. τὸ δὲ τῶν καλῶν ὧν εἶναι ἐκόσμησα. Conf. & *de Calum.* hoc T. c. 16. ac 20. & *Pſeudol.* c. 6. ubi ὃν, ἅτε, & εἶναι redundare, pluribus vidimus. *J. F. R.*

82. Υἱὸς τὸν Ὑάκινθον] His utitur Rev. *Jac. Elſner.* ad exponenda D. Apoſtoli verba in 2. Ep. ad *Corinth.* XI. 23. ubi ὑιὸς ἐγὼ, interpretatur ἐγὼ ὑιὸς αὐτούς. Sed ut ellipſis iſta rarior, ita Lucianeum illud ubique obvium. *J. F. R.*

90. Δεήσει με ταῦτα ἔχοντα] Corrupta ſunt haec verba; qua enim ratione quaeſo qui Graece ſcit, inde eliciat, quod dici oportuit, *hoc enim unum ſupereſt, eum alia ſuppetant omnia?* *M. du S.*

Ibid. Οὐδὲν γὰρ δεήσει με ταῦτα ἔχοντα] Conf. μηδὲν δεῖν ad *Rhet. Praec.* c. 18. f. Et οὐδὲν δεήσει *Dial. Meret.* 2. *Aelian.* V. H. 2. c. 14. κατίμωσεν οὐδὲν τι δεόμενος com-

ista viderem: & fontes Nili viderem solus; & quantum telluris inhabitabile est; & si qui conversis ad nos vestigiis australe telluris hemisphaerium habitant. Insuper vero stellarum naturam & Lunae, ipsiusque adeo Solis facile cognoscerem, in quem nihil ignis valeat. Quodque omnium suavissimum, eodem die nunciare possem Babylonem, Olympia quis vicerit; & pransus forte in Syria, in Italia coenare. Si quis vero inimicus sit, ulcisci eum quoque ex occulto liceret, impacto in caput illius saxo, quo conteratur ipsi cranium; contra benefacere amicis, affuso dormientibus auro. Quin si quis contemtor sit, aut tyrannus, dives, contumeliosus, sublatum ad viginti stadia, demitterem casurum per praeceps. Amoribus autem meis frui nemine prohibente liceret: ingressus quippe nemine vidente sopirem omnes, praeter illos solos. Quale autem illud fuerit, inspectare praeliantes ultra jactum teli sublatum? Et, si videretur mihi, accedens ad victos, sopitis victoribus, victoriam fugientibus tribuerem de fuga reversis. Atque in universum, lusum mihi haberem vitam hominum, mea essent omnia, & Deus reliquis viderer. Haec summa est felicitas, quae perire, quae

τῦτο ἑώρων ἂν, καὶ τὰς πηγὰς δὲ τὰς Νείλε μόνος ἂν ἠπιστάμην, καὶ ὅσον ἡ γῆς [i] ἀοίκητον, καὶ εἴ τινες ἀντίποδες ἡμῖν οἰκῦσι, τὸ νότιον τῆς γῆς ἡμίτομον ἔχοντες. ἔτι δὲ καὶ ἀστέρων φύσιν, καὶ σελήνης, καὶ αὐτῦ ἡλίυ, ῥᾳδίως [k] ἂν ἔγνων, ἀπαθὴς ὢν τῷ πυρί. καὶ τὸ πάντων ἥδιστον, αὐθημερὸν ἀγγεῖλαι [l] εἰς Βαβυλῶνα τίς ἐνίκησεν Ὀλύμπια· καὶ ἀριστήσαντα, εἰ [m] τύχοιμι ἐν Συρίᾳ, δειπνῆσαι ἐν Ἰταλίᾳ. εἰ δέ τις ἐχθρὸς εἴη, ἀμύνασθαι καὶ τῦτον ἐκ τῦ ἀφανῦς, πέτρον ἐμβαλόντα τῇ κεφαλῇ, ὡς ὀπτελρίφθαι τὸ κρανίον. τύς τε αὖ φίλυς εὖ ποιεῖν, [n] ὀπιχέαντα κοιμωμένοις αὐτοῖς τὸ χρυσίον. καὶ μὴν εἴ τις ὑβριστὴς εἴη, ἢ τύραννος πλύσιος ὑβριστὴς, δράμοντα αὐτὸν ὅσον ὀπὶ σταδίυς εἴκοσιν, ἀφῆκα φέρεσθαι κατὰ τῶν κρημνῶν. τοῖς παιδικοῖς δὲ ὁμιλεῖν ἀκωλύτως ἂν [o] ἐξῇ, εἰσιόντα ἀθέατον, [p] κοιμίσαντα ἅπαντας, ἄνευ ἐκείνων μόνων. οἷον δὲ καὶ ἐκεῖνο ἦν, τύς πολεμῦντας ἐπισκοπεῖν ἔξω βέλυς ὑφαιρούμενον, καὶ εἰ δόξειέ μοι προσιέμενος ἂν τοῖς ἡττημένοις, κοιμίσας τύς κρατῦντας, νικᾶν παρείχον τοῖς φεύγυσιν, ἀναστρέψασιν ἀπὸ τῆς τροπῆς. καὶ τὸ ὅλον, παιδιὰν ἐποιύμην ἂν τὸν ἀνθρώπων βίον, καὶ πάντα ἐμὰ ἦν, καὶ θεὸς ἐδόκυν τοῖς ἄλλοις. τῦτο ἡ ἄκρα εὐδαιμονία ἐστὶ, μήτε ἀπολέσθαι, μήτε ἐπιβυλευθῆναι δυ-

i Ἀοίκητον] Εὐοίκητον O. k Ἂν ἔγνων] Ἔγνων ἂν O. l Εἰς] Ἐν O. prave. m Τύχοιμι] Τύχοι O. melius. n Ἐπιχέαντα] Ἐπιχύντα O. o Ἐξῇ] Ἔξειν O. & Fl. p Κοιμίσαντα] Κοιμύσαντα male O.

commoratus est sine ulla necessitate; structura quidem ab hac diversa. At vide anne propius accedat, quod *Dial. Meretr.* 2. ante med. est, ὑδὲν δεήσει τὴν συγκατάξαι ἰδίᾳ. Nondum enim persuadet *Solan.* vulgatum hic esse corruptum; ut enim Latini, *dies deficit me*, id est destituit, aeque dicunt, ac *tela nostris deficiunt*, ap. Caes. legimus, ita δεῖ & δεῖταί quoque interdum cum accusativo personae construi, non ᾠδυσσεῖον videtur. Sensus certe ex analogia perspicuus, *nihil me destituet haec habentem*; cum accusativo person. *Steph.* ex *Eurip.* notavit: Δεῖ σε μακροῦ λόγυ, & accus. rei, ex eod. ἓν δεῖ μόνον μοι. Certe dativus personae non inusitatus, Noster *de Salt.* c. 3. pr. σοι δεήσει. *Amor.* c. 3. f. Ἀλλὰ σοὶ — δεήσει & δεῖ τοῖς γάμοις *Alciphr.* III. Ep. 49. f. *Lys.* p. 53. Ed. *Lond.* νῦ ἐκείνοις δεήσειν χιλίων ταλάντων. Quod si quis igitur hic legat: μοὶ ἔχοντι, nihil quidem difficultatis restaret; sed quia & accus. pers. & accus. rei vidimus separatim, nihil analogiae repugnat, hic utrumque conjungi. *J.F.R.*

99. Γρῦψ] De gryphis supra dictum est ad ultima verba *Dial.* ut *Marm.* *M. du S.*

8. Αὐθημερὸν ἀγγεῖλαι εἰς Βαβυλῶνα] Τὸ, βούλομαι repetendum ex superioribus. *F.G.*

10. Εἰ τύχοι] Sic Mf. Ox. uti conjeceram; reliqui εἰ τύχοιμι. *M. du S.*

20. Ἂν ἐξῇ] Legendum ἐξὸν. *F.G.*

δυναμένῃ, ᾗ μάλιστα μεθ' ὑγείας ἐν μακρῷ τῷ βίῳ.

Τί ἂν αἰτιάσαιο, ὦ Λυκῖνε, τῆς εὐχῆς; ΛΥΚ. Οὐδέν, ὦ Τιμόλαε, οὐδὲ γὰρ ἀσφαλὲς ἐναντιοῦσθαι ἀνδρὶ ὀρνέῳ, καὶ ὑπὲρ μυρίους τὴν ἰσχύν. πλὴν ἀλλὰ ἐκεῖνο ἐρήσομαί σε, εἴ τινα ἄλλον εἶδες ἐν τοσούτοις ἔθνεσιν, ὅσα ὑφῆπται, γέροντα ἤδη ἄνδρα, ὅτῳ δυσκινήτως τὴν γνώμην, ὀλίγῳ δακτυλίῳ μικρῷ ὀχούμενον, ὅστις ὅλα κινεῖν ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ δυνάμενον, ἐπέραστον πᾶσι, καὶ ταῦτα φαλακρὸν ὄντα, καὶ ῥῖνα σιμόν; ἀτὰρ εἰπέ μοι καὶ τόδε, τί δὴ πολὺ οὐχ εἷς δακτύλιος ἅπαντα ταῦτα δύναταί σοι, ἀλλὰ τοσούτοις πεπημμένῳ βαδίζῃ, τὴν ἀριστερὰν πεφορτισμένῳ καὶ δάκτυλον ἕνα; μᾶλλον δὲ ὑφαιρεῖ ὁ ἀριθμὸς, καὶ δεῖσθαι καὶ δεξιᾶν [a] συνεπιλαβεῖν. καίτοι εἰς τὴν ἀναγκαιοτάτην [b] προσδεῖ, [c] ὃς πεθέμενόν σε παύσει μωραίνοντα, καὶ πολλὴν ταύτην κόρυζαν ἀποξύσας. [d] ἢ τοῦτο μὲν καὶ ὁ ἑλλέβορος ἱκανὸς ποιῆσαι, ζωρότερος πωθείς.

ΤΙΜ. Ἀλλὰ πάντως, ὦ Λυκῖνε, καὶ αὐτὸς [e] εὔξῃ τί ἤδη ποτὲ, ὡς ἂν μάθωμεν οἷα αἰτήσεις ἀνεπίληπτα καὶ ἀνέγκλητα, ὁ συκοφαντῶν τοὺς ἄλλους. ΛΥΚ. Ἀλλ' οὐ δέομαι εὐχῆς ἐγώ. ἥκομεν γὰρ ἤδη πρὸς τὸ Δίπυλον, καὶ ὁ βέλτιστος οὑτοσὶ Σά-

insidiis peti nequeat, cum valetudine praesertim in vita adeo longa.

45. Quid habes, Lycine, in quo votum hoc reprehendas? LYC. Nihil quidquam, Timolae: neque enim tutum fuerit adversari volucri viro, & supra decies mille alios robusto. Verum illud tamen ex te quaeram, Numquid alium vidisti in tot, quas supervolasti, gentibus, senem hominem adeo mente non constantem, qui veheretur parvo anulo, totos qui montes extremo movere digito posset, amabilem omnibus, idque calvus cum sit & simo naso? Verum hoc quoque mihi dicas. Quid tandem est, quod non unus anulus haec tibi potest omnia? Sed tot indutus ambulabis, oneratae sinistrae unoquoque digito; quin excedit numerus, ut dextram subvenire oporteat. Quamquam tamen unus deest maxime necessarius, quo induto ineptire, detersa illa multa coryza, desinas. An hoc idem praestabit potus meracior hellebori?

46. TIM. Sed omnino, Lycine, ipse quoque jam tandem aliquando optabis aliquid, ut videamus quam tu irreprehensibilia, & crimine omni vacantia, petiturus sis, calumniator reliquorum. LYC. Quin nihil voto mihi opus est. Venimus enim jam ad portam geminam: & optimus hic Sa-

a Συνεπιλαβεῖν] Συνεπιλαλεῖν O. b Προσδεῖ] Πρὸς Διὸς O. c Ὃς] Οὓς male Fl. d Ἢ τοῦτο μὲν καὶ ὁ ἑλλ.] Ἢ μὴν καὶ ἑλλ. O. e Εὔξῃ τί] Ἔξῃ J. sola. Εὔξῃ τι O. solo accentu mutato, scribit Solan.

39. Παρακεκινημένον τὴν γνώμην] Οἷον μωραίνοντα. V. δακτυλιοφορούσῃ. V. (δακτύλιον φορούσῃ C. D. M.)
45. Τὴν ἀριστερὰν πεφορτισμένῳ] Ἐπὶ * γὰρ τῆς ἀριστερᾶς

* Γὰρ] Non aderat in Edd. Addidit M. du S.

38. Γέροντα] Non ergo a juniore Luciano hoc scriptum est; aequales enim esse, qui colloquuntur, omnia suadent. M. du S.
46. Κατὰ δάκτυλον ἕνα] Suspecta videntur. F. G.
49. Ὃς ἅπαντά σοι ταύτην παύσει μωραίνοντα] Nescio quid velit Benedictus *qui obductus te a stultitia cohibeat.* Interim probo Micyllum, *qui te indutum a stultitia cohibeat.* J. G.

51. Κόρυζαν ἀποξύσας] Vid. ad *Indoct.* c. 21. & de ἀποξύσας notata Cl. *Hemsterh.* in Edit. minore Dial. Lucian. p. 26. quae in majore non repetiit, quia augere, mutare, alio transponere in animo habuerat, ut mihi nuper indicavit. Ideoque ego manum abstineo. J. F. R.
56. Ἀνεπίληπτα] Hoc Luciani, item ex ejusd. *Pseudom.* & *Reviv.* & ex *Xenoph.* atque Simpl. in *Epict.* idem

Samippus, dum circa Babylonem depugnat; & tu, Timolae, dum pranſus in Syria, in Italia coenas, his etiam quae mihi aſſignata erant ſtadiis, quod gaudeo, abuſi eſtis. Alioqui nolim ego poſt brevem fructum irritarum inaniamque divitiarum moleſte ferre paullo poſt, cum miſera puls devoranda eſt: quale quid vobis paullo poſt eveniet, cum illa vobis felicitas & multae divitiae avolaverint, vos autem a theſauris illis diadematisque delapſi, & tanquam e ſuaviſſimo ſomnio excitati, diſſimilia omnia domi inveneritis, ut illi qui reges egerant Tragoedi, egreſſi de theatro plerumque eſuriunt, idque cum Agamemnones paullo ante aut Creontes fuerint. Delebitis ergo, ut credibile eſt, & diſplicebunt vobis domeſtica, tibi praeſertim, Timolae, cum idem tibi quod Icaro eventurum ſit, ut ſolutis alis de caelo delapſus humi incedas, perditis illis omnibus, qui de digitis defluxerint annulis. Mihi vero hoc etiam pro theſauris omnibus, ipſaque Babylone, ſatis eſt, quod ſuaviter ridere poſſum, quae vos petiiſtis, cum ſint talia! eaque *homines*, qui Philoſophiam laudatis.

ὁμιπ@, ἀμφὶ Βαβυλῶνα μονομαχῶν, ἡ σὺ, ὦ Τιμόλαε, δεῖπνον μὲν ἐν Συρίᾳ, δεῖπνον δὲ ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ τοῖς ἐμοὶ ἐπιβάλλουσι ἡ σταδίοις καλεχρήσασθε, καλῶς ποιοῦντες· ἄλλως τε οὐκ ἂν δεξαίμην πλοῦτόν σας ἐπ' [f] ὀλίγον, ὑπηρέμου τινὸς πλοῦτον, ἀναθῆναι μετ' ὀλίγον φιλὴν τ' μάζαν ἐδτίων, οἷα ὑμεῖς πείσεσθε μετ' ὀλίγον, ἐπειδὰν ἡ εὐδαιμονία μ' ὑμῖν, καὶ ὁ πολὺς πλοῦτ@ οἴχηται ἀποπτάμεν@· αὐτοὶ δὲ ἀναλαβάντες ἀπὸ τ θησαυρῶν τε ἡ διαδημάτων, ὥσπερ ἐξ ἡδίστου ὀνείρατ@ ἀνεγρόμενοι, ἀνόμοια τὰ ὄντ τ οἰκίας εὑρίσκητε· ὥσπερ οἱ τὺς βασιλεῖς ὑποκρινάμενοι τραγῳδοὶ, ἐξελθόντες ἀπὸ τοῦ θεάτρου, λιμώττοντες οἱ πολλοὶ, ἡ ταῦτα πρὸ ὀλίγου Ἀγαμέμνονες ὄντες ἢ Κρέοντες. λυπήσεσθε οὖν, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ δυσάρεστα ἔσεσθε τὰ ὄντ τ οἰκίας, ἡ μάλιστα σὺ, ὦ Τιμόλαε, ὁπόταν δέῃ σε τὸ αὐτὸ παθεῖν τῷ Ἰκάρῳ τ πτερώσεως ἁλωθείσης, καλαπεσόντα ἐκ τοῦ ἠθρίου καμαὶ βαδίζειν, ἀπολέσαντα τοὺς δακτυλίους ἐκείνους ἅπαντας ἀπορρύεντας τ δακτύλων. ἐμοὶ δὲ ἡ τοῦτο ἱκανὸν, ἀντὶ πάντων θησαυρῶν, ἡ Βαβυλῶν@ αὐτῆς, τὸ γελάσαι μάλα ἡδέως ἐφ' οἷς ὑμεῖς [g] ἠτήσασθε, τοιοῦτοι ὄντες, καὶ ταῦτα φιλοσοφίαν ἐπαινοῦντες.

[f] Ὀλίγου] Hoc & ſequentia, ad alterum usque ὀλίγου, omiſſa in O. [g] Ἠτήσασθε] Ἠτήσασθε male O.

idem adjectiv. adfert *Elſn.* quo probet id in I. ad *Timoth.* 2. 15. ſignificare cum *Heſych.* ἀπρεπτον, ἀνεπίτευκτον, *quod reprehenſione caret.* Sed quis de eo dubitat? *J.F.R.*

63. Καὶ ταδίοις] An δίκα ταδ. Bene monuit Cl. *J. J. Wetſtenius.*

65. Ὑπηρέμου] Metaph. ab ovis ſubventaneis. *F.G.*

69. Οἴχηται] *Hom.* Il. B. 71. *M. du S.*

ETAI-

ΕΤΑΙΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. DIALOGI MERETRICII.

I.

ΓΛΥΚΕΡΑ ΚΑΙ ΘΑΙΣ. GLYCERA ET THAIS.

ΓΛΥΚ. GLYC.

Τὸν τραλιώτην, Θαΐ, τὸν Ἀκαρνᾶνα, ὃς πάλαι μὲν [a] Ἀβρότονον εἶχε, μετὰ ταῦτα δὲ ἠράσθη ἐμοῦ, τὸν εὐπάρυφον λέγω, τὸν ἐν τῇ χλαμύδι, οἶσθα αὐτόν, ἢ ἐπιλέλησαι τὸν [b] ἄνθρωπον; ΘΑΙΣ. Οὐκ, ἀλλὰ [c] οἶδα, ὦ Γλυκέριον, καὶ [d] συνέπιε μεθ' [e] ἡμῶν πέρυσιν ἐν τοῖς Ἀλῴοις. τί δὲ τοῦτο; ἐφκεις γάρ τι περὶ αὐτοῦ διηγεῖσθαι. ΓΛΥΚ. Γοργόνα αὐτὸν ἡ πανοῦργος, φίλη δοκοῦσα εἶναι, ἀπέσπασεν ἀπ' ἐμοῦ ὑπαγαγοῦσα. ΘΑΙΣ. Καὶ νῦν σοι μὲν ἐκείνη οὐ πρόσεστι, Γοργόναν δὲ ἑταίραν πεποίηται; ΓΛΥΚ. Ναί, ὦ Θαΐ, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐ μετρίως με ἤλγυνε. ΘΑΙΣ. Πονηρὸν μέν, ὦ Γλυκέριον, οὐκ ἀδόκητον δὲ, ἀλλὰ εἰωθὸς γίγνεσθαι ὑφ' [f] ἡμῶν τῶν ἑταιρῶν. ὥστε χρὴ ὅτε ἀνιᾶσθαι ἄγαν, ὅτε μέμφεσθαι τῇ Γοργόνῃ. ὅθεν γὰρ σὲ Ἀβρότονον ἐπ' αὐτῷ πρότερον ἐμέμφετο, κεῖται φίλαι ὄντε. ἀτὰρ ἐκεῖνο θαυμάζω, τί ποτὲ ἐπήνεσεν αὐτῆς ὁ τραλιώτης οὕτω, ἐκτὸς εἰ μὴ παντάπασι τυφλός ἐστιν, ὃς οὐχ ἑωράκει, τὰς μὲν τρίχας αὐτῷ ψειρίας ἔχουσαν, καὶ ἐπιπολὺ τοῦ μετώπου ἀπηγμένας· τὰ χεί-

MIlitemne iſtum, Thais, Acarnanem, qui Abrotonum quondam habuit, poſtea autem me amavit, purpuratum illum dico, cum chlamyde, illum ergo noſti, an hominis oblita es? THAIS. Quin novi, Glycerium, & potavit nobiscum ſuperiore anno, ſacris arealibus. Quorſum autem hoc? Videris enim aliquid de illo narratura. GLYC. Gorgona illum ſceleſtiſſima, quae amica tum videbatur eſſe, dolo ſubductum a me abſtraxit. THAIS. Nunc igitur tecum non eſt, ſed amicam ſibi adſcivit Gorgonam? GLYC. Ita ſane, Thais, nec mediocriter illa me res movit. THAIS. Malum iſtuc quidem, Glycerium, at nihil praeter opinionem: ſed quod fieri a nobis meretricibus ſoleat. Quare nec aegre nimis ferre par eſt, nec accuſanda Gorgona; quippe nec te Abrotonum illius cauſſa accuſavit olim; quamvis eſſetis amicae. Verum illud miror, quod probaverit in illa hic miles, niſi plane caecus eſt: qui non viderit capillos illam raros habere, & multum a fronte abductos. Labia au-

a Ἀβρότονον] Ἀβροτόνου marg. *A1.* b Ἄνθρωπον] Ἀῶν *f.* per compend. c Οἶδα] Εἶδα *f.* d Συνέπιε] Συνέπινε *Fl.* e Ἡμῶν] Recte *P.* Ὑμῶν *Fl. Fr. H. f. Ald. B1. S.* f Ἡμῶν] Bene ſic *P.* ceteraeque. Ὑμῶν male *f.* cum *V2.*

ΓΛΥΚ.] Nomen perſonae loquentis initio horum Dialogorum in plerisque Impreſſis omiſſum ſedulo addendum duximus. *M. du S.*

4. Ἐπιλέλησαι] *Th. Mag.* v. ἐπιλ. *M. du S.*

7. Ἐν τοῖς Ἀλῴοις] Ἀλῶα Feſtum Athenienſium agricolarum dictum quod in areis hac die convivium perſonabat, ἑορτὴ Ἀθήνησι μυστήριον ἄγουσα Δήμητρος. Tangit (*Dial. Mer.* VII. f.) Cætera hujus Dialogi diligenter expoſui ad *Petron.* *f. B.*

Ibid. Ἀλῴοις] Vide Scholia ad *Dial.* VII. Fecerat Euripides fabulam cui Ἀλωάδες titulus. *Grot. Flor.* 54. *M. du S.*

Ἐν τοῖς Ἀλῴοις] De hoc feſto myſteria Cereris, Proſerpinae & Bacchi complectente, vid. Scholiaſt. ad *Dial.*

autem livida *ei sunt* atque cadaverosa, cervix tenuis eminentibus in ea venis, & nasus longus. Unum modo *habet*, *quod* procera est, & recta, & illecebrosum quiddam ridet. GLYC. Nempe putas, Thais, forma captum Acarnanem? Non nosti veneficam esse Chrysarium illius matrem? Thessalas quasdam incantationes quae sciat, ac deducat Lunam? Ajunt vero, illam etiam volare noctu. Ista in furorem vertit hominem, temperatis quae biberet venenis. At nunc ipsam sibi habent vindemiam. THAIS. Nempe tu, Glycerium, ipsa quoque alium vindemiabis. Hunc quidem valere jube.

25 λη δὲ πελιδνὰ, ϗ νεκρικὰ, ϗ τράχηλος λεπτὸς, ϗ ὀπίσημοι ἐν αὐτῷ αἱ φλέβες, ϗ ῥὶς μακρά· ἓν μόνον εὐμήκης ὄϛι, ϗ ὀρθὴ, ϗ μειδιᾷ πάνυ ἐπαγωγόν. ΓΛΥΚ. Οἴει γὰ, ὦ Θαΐ, τῷ κάλλει ϐ Ἡρῆϊ τ' Ἀκαρνᾶνα; οὐκ οἶδα, ὡς Φαρμακὶς ἡ Χρυσάριον ἡ μήτης αὐτῆς, Θεσσαλάς τινας ᾠδὰς ὀπίσαμεν, ϗ τ' σελήνην κατάγουσα; Φασὶ δὲ αὐτὶν ϗ πέτεα ϛ νυκτός· ἐκείνη ἐξέμηνε τ' ἄνθρωπον, πιεῖν τῆϛ φαρμάκων ἐγχέασα, ϗ νῦν τρυγῶσιν αὐτόν. ΘΑΙΣ. Καὶ σὺ, ὦ Γλυκέριον, ἄλλον τρυγήσεις, τοῦτον δὲ χαίρειν ἔα.

II.

MYRTIUM, PAMPHILUS, ET DORIS.

ΜΥΡΤΙΟΝ, ΠΑΜΦΙΛΟΣ, ΚΑΙ ΔΩΡΙΣ.

M Y R T.

DUcis, Pamphile, Philonis naucleri filiam: & jam duxisse te ajunt: repetitum autem toties jusjurandum, & lacrumae, momento temporis abierunt omnia, & Myrtii nunc oblitus es, idque eo tempore, cum octavum jam mensem fero uterum. Hoc nempe solum amoris tui pretium habeo, quod tantum mihi ventrem conciliasti, & paullo post alendus erit infans, negotium meretrici molestissimum. Neque enim quod natum erit exponam, in primis

M T P T.

ΓΑμεῖς, ὦ Πάμφιλε, τ' Φίλωνος τοῦ ναυκλήρου θυγατέρα, ϗ ἤδη σε γεγαμηκέναι ϩ Φασίν. οἱ ι τοσοῦτοι δὲ ὅρκοι, οὓς ὤμοσας, ϗ τὰ δάκρυα ἐν ἀκαρεῖ πάντα οἴχεϖ, ϗ ἐπιλέλησαι Μυρτίου νῦν, ϗ ταῦτα, ὦ Πάμφιλε, ὁπότε κύω μῆνα ὄγδοον ἤδη. τοῦτο γοῦν ϗ μόνον ἐπριάμην τοῦ σοῦ ἔρωτος, ὅτι μοι τηλικαύτῃ πεποίηκας τ' γαϛέρα, ϗ μὴ μικρὸν παιδοτροφεῖν δέησϑ, πρᾶγμα ἑταίρᾳ βαρύταλον. ἐ γὰ ἐκθήσω τὸ τεχθὲν, ϗ μάλιϛα εἰ ἄρρεν

g Ἡρῆϊ] Ἡρᾷ Fl. h Φασίν] Φασὶν ἐγγύην Fl. i Τοσοῦτοι] Τοσοῦτι male J.

Dial. Mer. VII. Et *Alciphr.* II. ep. 3. p. 224. — οὐ ἄϛυ μισούσῃ ἀφ' τὰ Ἅλῶα τ' Θεσ. Ubi in textu ac nota *Bergleri* laevigatur ἀλῶα, in exemplis autem ab eodem adlatis adspiratur, non addita ibi varietatis caussa. Verum quum etymon a Scholiaste traditum, quod homines tunc in areis, περὶ τὰς ἄλως commorarentur, adspirationem requirat, & ap. Nostrum *Dial. Mer.* VII. aliosque sic inveniam, eam servavi, etsi ex Luciani editt. prioribus non perspicias quo spiritu id scripserint, quia ab A quadrato vocem inchoantes nullum spiritum addunt. Sed ecce ad *Alciphr.* I. ep. 33. Cl. *Bergler.* ἀλῶα δ' ἦν. haec bene jam monuit, dicens: „ Festum Cereale. ἀπὸ τ' ἄλω, *ab area horrei.* „ Tunc ubi venerabantur Cererem Ἀλωάδα. de qua „ *Theocr.* in Thalysiis, quae sunt itidem *Haloa*, v. „ 135. Βωμῷ παρ' Δάματρος Ἀλωάδος. Meminit „ noster (*Alciphr*) aliquoties hujus festi. Sed semper „ spiritu leni scriptum. ut saepe & alibi. *J. F. R.*

35. Καὶ νῦν τρυγῶσιν αὐτὸν] Sic *Aristoph.* in fine *Pacis.* Τρυγήσωμεν αὐτὴν, τρυγήσωμεν αὐτήν. *L. Bos.*

Ibid. Τρυγῶσιν αὐτόν] Gallice *plumer.* *M. in S.*

41. Ἐν ἀκαρεῖ πάντα οἴχεται] Proverb. *J. B.*

ρεν γένοιτο, ἀλλὰ Πάμφιλον ὀνομάσασα, ἐγὼ μὲ ἔξω τοῦ μύθου τῆ ἔρωτος· σοὶ δὲ ὀνειδιεῖ ποτε προσελθὼν ἐκεῖνος, ὡς ἄπιστος γεγένησαι περὶ τ' ἀθλίαν αὐτῆ μητέρα. γαμεῖς δ' ὁ καλὴν παρθένον. εἶδον γὰρ αὐτὴν ἔναγχος ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις μετ' τῆς μήτρος, ὀδέπω εἰδυῖα ὅτι δι' αὐτὴν οὐκέτι ὄψομαι Πάμφιλον. ἀλλὰ σὺ δ' ἢν πρότερον ἴδῃ αὐτὴν, καὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἴδε, μή σε ἀνιάτω, εἰ πάνυ γλαυκοὺς ἔχει αὐτούς, μηδὲ ὅτι παράστροφοί εἰσι, καὶ ἐς ἀλλήλους ὁρῶσι· μᾶλλον δὲ τ' Φίλωνα ἑώρακας τ' πατέρα τ' νύμφης, τὸ πρόσωπον αὐτῆ οἶδα, ὥστε ὀδὲν ἔτι δεήσει τ' θυγατέρα ἰδεῖν. ΠΑΜΦ. Ἔτι σε ληρύσης, ὦ Μύρτιον, ἀκούσομαι, παρθένους καὶ γάμους ναυκληρικοὺς διεξιούσης. ἐγὼ δὲ [a] ἢ σιμήν τινα ἢ καλὴν νύμφην οἶδα; ἢ ὅτι Φίλων ὁ Ἀλωπεκῆθεν (οἶμαι γὰρ ἐκεῖνον λέγειν σε) θυγατέρα ὅλως εἶχεν ὡραίαν ἤδη γάμου, ἀλλ' ὀδὲ φίλος ἐστὶν οὗτος τῷ πατρί. μέμνημαι γὰρ ὡς πρώην ἐδικάσατο περὶ συμβολαίου ναυλικοῦ. τάλαντον γάρ, οἶμαι, ὀφείλων τῷ πατρὶ, οὐκ ἤθελεν ἐκτίνειν· ὁ δὲ τοὺς ναυλοδίκας ἀπήγαγεν αὐτὸν, καὶ μόλις ἐξέτισεν αὐτὸ, ὀδ' ὅλον, ὡς ὁ πατὴρ ἔφασκεν. εἰ δὲ καὶ γαμεῖν [b] ἐδέδοκτό μοι, τ' τῆ Δημέου θυγατέρα τ' [c] τῆ πέρυσιν ἐκπαλαιγηκότος ἀφεὶς, καὶ ταῦτα πρὸς μητρὸς ἀνεψιὰν οὖσαν, τ' Φίλωνος ἐγάμουν ἄν; σὺ δὲ πόθεν ταῦτα ἤκουσας; ἢ συντέθηκας αὐτὴ, ὦ Μύρτιον, καινάς τινας ζηλοτυπίας σκιαμαχοῦσα; ΜΥΡΤ. Οὐκοῦν [d] ὁ γαμεῖς, ὦ Πάμφιλε; ΠΑΜΦ. Μέμηνας, ὦ Μύρτιον, ἢ κραιπαλᾷς. καίτοι χθὲς ὁ πάνυ ἐμεθύσθημεν. ΜΥΡΤ. Ἡ Δωρὶς αὕτη ἐλύ-

si virile secus erit: sed Pamphilum nominabo, habitura illum amoris mei solatium: tibi vero aliquando ad te accedens objiciet, quam perfidus in miseram ipsius matrem fueris. Duces autem non pulchram tu quidem virginem. Vidi enim illam nuper Thesmophoriis cum matre, cum nondum scirem, illius me opera non amplius visuram Pamphilum. Igitur tu quoque prius illam contemplare, & faciem, & oculos adspice; nec aegre ferto, si plane caesios habet, neque quod strabi sunt, & se invicem respiciunt. Quin Philonem vidisti, patrem sponsae: faciem illius nosti: itaque nihil opus erit videre filiam. PAMPH. Adhuc te delirantem, mea Myrtium, audiam, virgines mihi & nauclericas nuptias narrantem? Ego vero simamne an pulchram sponsam novi? aut Philoni Alopecia, illum enim puto te dicere, filiam esse maturam nuptiis scio? Sed neque amicus est patri. Memini enim nuper illum de nautico negotio litem cum ipso habere. Cum enim talentum, credo, deberet patri, solvere noluit. At ille ad eos, qui nautis jus dicunt, traxit hominem, & aegre solvit; ac ne sic quidem totum, ut pater dicebat. Si vero uxorem ducere mihi decretum esset, relicta nempe Demeae filia, ejus, qui superiore anno duxit exercitum, eaque consobrina mea, Philonis *puellam* ducerem? Tu vero unde ista audisti; an ipsa tibi, Myrtium, finxisti novas, quibus cum zelotypia tua deinde pugnet, larvas? MYRT. Igitur uxorem non ducis, Pamphile? PAMPH. Furis, Myrtium, an ebria es? Certe heri non plane fuimus ebrii. MYR. Doris me ista

a Ἢ] Omittit *J.* addit *H. P. Fl.* b Ἐδέδοκτο] Ἐδέδοκτό μοι marg. *AzW.* c Τῆ] Artic. caret *Fl.* d Οὐ] Abest a *Fl.* Adest in aliis.

67. Ὁ Ἀλωπεκῆθεν] Δῆμος τ' Ἀντιοχίδος φυλῆς. δῆμος Ἀττικὸς ἡ Ἀλωπεκίς. *V.*

62. Οὐδὲ — δύσει] Conf. de hac structura *Rhet. Praec.* c. 18. f. & *Navig.* c. 44.

J. F. R.

70. Πε-

iſta in dolorem conjecit. Miſſa enim, ut lanas mihi emeret ad ventrem, & votum pro me Lucinae nuncuparet, Lesbiam ait ſibi obviam factam . . . Quin tute huic, Doris, quae audiiſti dicito, niſi ea confinxiſti. DOR. At ego diſpeream, hera, ſi quid mentita ſum. Cum enim prope Prytaneum eſſem, obviam mihi fuit Lesbia, quae ſubridens dicebat, *Amator veſter Pamphilus Philonis ducit filiam.* Si vero non crederem, jubebat me veſtrum in angiportum inſpicere, ac videre ſertis exornata omnia, & tibicinas, ac tumultum, & Hymenaeum canentes aliquos. PAMPH. Quid ergo? Num inſpexiſti, Doris? DOR. Omnino, & vidi omnia, ut praedixerat. PAMPH. Diſco, quid erraveritis. Non omnia apud te, Dori, mentita eſt Lesbia: & tu vera narraſti Myrtio. Verum turbatae fruſtra eſtis. Neque enim apud nos nuptiae. Verum jam recordor quod heri e matre audivi, cum a vobis domum rediſſem. Dicebat enim, *Tuus, Pamphile, aequalis, Charmidas, vicini noſtri Ariſtaeneti filius, uxorem jam ducit, & frugi eſt. Tu vero quam diu es cum meretrice?* Haec aure parum attenta cum ex illa audiſſem, obdormivi: deinde mane domo egreſſus ſum: itaque nihil eorum vidi, quae Doris deinde vidit. Si vero fidem mihi non habes, rurſus abi, Dori, & accurate inſpice, non angiportum, ſed januam, utra coronata ſit. Invenies enim *eſſe* vicinorum. MYRT. Servaſti me, Pamphile. Suſpenderem enim me, ſi quid tale fieret. PAMPH. Sed nihil factum eſt. Neque ita ego inſaniam, ut obliviſcar Myrtii, idque ferentis ex me uterum.

85 πησέ με. πεμφθεῖσα γὰρ ὡς ἔρια ὠνήσαιτό μοι ὅπως τὴν γαστέρα, καὶ εὐξαίλο τῇ λοχείᾳ ὡς ὑπὲρ ἐμοῦ, Λεσβίαν ἔφη ἐντυχοῦσαν αὐτῇ. . . . μᾶλλον δὲ σὺ αὐτῷ, ὦ Δωρὶ, λέγε, ἅπερ ἀκήκοας, εἰ γε μὴ ἐπλάσω αὐτά.

90 ΔΩΡ. Ἀλλ' ὀπτριβείην, ὦ δέσποινα, εἴ τι ἐψευσάμην· ἐπεὶ γὰρ κατὰ τὸ Πρυτανεῖον ἐγενόμην, ἐνέτυχέ μοι ἡ Λεσβία μειδιῶσα, καί φησιν, ὁ ἑταῖρος ὑμῶν ὁ Πάμφιλος γαμεῖ τὴν Φίλωνος θυγατέρα· εἰ δὲ ἀπιστοίην, ἠξίει με παρακύψασαν εἰς τὸ γειτνιῶν ὑμῶν ἰδεῖν πάντα καλλιστεμμένα, καὶ αὐλητρίδας, καὶ θόρυβον, καὶ Ὑμέναιον ᾄδοντάς τινας. ΠΑΜΦ. Τί οὖν; παρέκυψας, ὦ Δωρί; ΔΩΡ. Καὶ μάλα, καὶ εἶδον ἅπαντα, ὡς ἔφη. ΠΑΜΦ. Μανθάνω τὴν ἀπάτην. ὅτε πάντα ἡ Λεσβία, Δωρὶ, πρὸς σὲ ἐψεύσατο, καὶ σὺ ταληθῆ ἀπήγγελκας Μυρτίῳ· πλὴν μάτην γε ἐταράχθητε· ὅτε γὰρ ἡμῖν οἱ γάμοι· ἀλλὰ νῦν ἀνεμνήσθην ἀκούσας τὸ μήρυος, ὁπότε χθὲς ἀνέστρεφα παρ' ὑμᾶς· ἔφη γὰρ, ὦ Πάμφιλε, ὁ μὲν ἡλικιώτης σοι Χαρμίδης, ὁ τῶν γειτόνων Ἀρισταινέτου υἱὸς, γαμεῖ ἤδη, καὶ σωφρονεῖ, σὺ δὲ μέχρι τίνος ἑταίρᾳ σύνει; τοιαῦτα πρὸς αὐτῆς, ἐς ὕπνον καλινέχθην· εἶτα ἕωθεν προῆλθον ἀπὸ τῆς οἰκίας, ὥστε οὐδὲν εἶδον ὧν ἡ Δωρὶς ὕστερον εἶδεν· εἰ δὲ ἀπιστεῖς, αὖθις ἀπελθοῦσα, ὦ Δωρὶ, ἀκριβῶς ἰδὲ, μὴ τὴν γειτνιῶν, ἀλλὰ τὴν θύραν, ποτέρα ὅστιν ἡ καλλιστεμμένη· εὑρήσεις γὰρ τὴν τῶν γειτόνων. ΜΥΡΤ. Ἀπέσωσας, ὦ Πάμφιλε· ἀπηγξάμην γὰρ ἂν, εἴ τι τοιοῦτο ἐγένετο. ΠΑΜΦ. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐγένετο, μηδ' οὕτω μανείην, ὡς ἐκλαθέσθαι Μυρτίου· καὶ ταῦτα ἤδη μοι κυούσης παιδίον.

e Ἐπεὶ] Ἐπὶ male *F.* sola. f Ὁ] Omittit *Fl.* g Ἰδὶ] Εἶδε marg. *Ar.*

70. Περὶ συμβολαίου ναυλικοῦ] Leg. Ulp. ad *Demoſth.* περὶ Ἀλοπεκ. *F.B.*

79. Σωτίθηκας] Malim σωίθηκας, aut σωτίθεις. *F.F.R.*

86. Τῇ λοχείᾳ] Ἀρτέμιδι, quae praeſidet λοχείαις γυναικείοις. *F.B.*

III.

ΜΗΤΗΡ ΚΑΙ ΦΙΛΙΝΝΑ.

MATER ET PHILINNA.

ΜΗΤ.

Ἐμάνης, ὦ Φίλιννα, ἢ τί ἔπαθες ἐν τῷ ξυμποσίῳ χθές; ἦκε γὰρ πρωΐ παρ' ἐμὲ Διφίλου κλαίων, καὶ διηγήσατό μοι ἃ ἔπαθεν ὑπὸ σοῦ. μεμεθύσθαι γάρ σε, καὶ ἐς τὸ μέσον ἀναστᾶσαν, ὀρχήσασθαι αὐτῷ ἀγκωλύοντος, καὶ μὴ ταῦτα φιλῆσαι Λαμπρίαν τὴν ἑταίρον αὐτοῦ, καὶ ἐπεὶ ἐχαλέπηνέ σοι, καλαλιπεῖν αὐτὸν, ἀπελθεῖν πρὸς τὴν Λαμπρίαν, καὶ περιβαλεῖν ἐκεῖνον, ἑαυτὸν δὲ ἀποπνίγεσθαι, τούτων γιγνομένων. ἀλλ' οὐδὲ τὴν νυκτὸς, οἶμαι, συνεκάθευδες. καλαλιποῦσα δὲ δακρύουσα, μόνη ὑπὸ τῷ πλησίον σκίμποδος κατέκεισο ᾄδουσα, καὶ λυπεῦσα ἐκεῖνον. ΦΙΛ. Τὰ γὰρ αὐτῆς σοι, ὦ μῆτερ, οὐ διηγήσαλο. οὐ γὰρ ἂν [a] συνηγόρευες αὐτῷ ὑβριζῇ γε ὄντι, ὃς ἐμοῦ γε [b] ἀφέμενος ἐκοινολογεῖτο Θαΐδι τῇ Λαμπρίᾳ ἑταίρᾳ, μηδέπω ἐκείνης παρούσης· ἐπεὶ δὲ χαλεπαίνουσαν εἶδέ με, καὶ διένευσα αὐτῷ οἷα ποιεῖ, τῇ ὠτὸς ἄκρᾳ ἐφαψάμενος, ἀναπλάσας τὸν αὐχένα τῆς Θαΐδος ἐφίλησεν οὕτω προσφυῶς, [c] ὥστε μόλις ἐπέσπασε τὰ χείλη, εἶτ' ἐγὼ μὲν ἐδάκρυον, ὁ δὲ ἐγέλα, καὶ πρὸς τὴν Θαΐδα πολλὰ πρὸς τὸ ὦς ἔλεγε, κατ' ἐμοῦ δηλαδὴ, καὶ ἡ Θαὶς ἐμειδία, βλέπουσα πρὸς ἐμέ· ὡς δὲ [d] προσιόντα ἡδοκ-

MAT.

31. Τῷ πράγματος ἀλγεινῇ] Corrig. δράματος. Metaphora enim perpetua a theatris, & artificibus ſcenicis, ducta utitur; quippe ſubjungit, τὸν μὲ ποιητὴν εἶδα, & mox, ἐτραγῴδει ὑπὲρ Σοφοκλέα, & inferius paulo, καὶ γὰρ τοῦτο πρὸς τὴν τραγῳδίαν ἦν, ἡ μισημβρία, & ſub finem libelli (c. 37.) αὖθις ὁρῶ γελῶντά σε, ὦ καλὲ Κρόνιε, τὴν καταγροφὴν τοῦ δράματος. Itaque adeo

quae dicere de talibus ſolemus. Ac tu quidem e longinquo iſta & multo ſecurius: at ego apud ipſum ignem, & prius adhuc in magna audientium multitudine iſta dixi, graviter ferentibus quibusdam, quotquot amentiam ſenis admirarentur. Erant autem, qui & ipſi illum riderent. Sed parum abfuit, quin diſcerptus tibi fuiſſem a Cynicis, ut a canibus Actaeon, aut ipſius Pentheus conſobrinus a Maenadibus.

3. Totus autem actionis apparatus hic fuit. Ipſum auctorem fabulae noſti, qualis fuerit, quasque tota vita dederit Tragoedias, ſupra Sophoclem & Aeſchylum. Ego vero cum primum veni in Elidem, ſtatim audiebam per Gymnaſium illorum Cynicum quendam, magna atque aſpera voce, conſueta illa, & iſtam de trivio vir-

δὲ λέγειν εἰώθαμεν περὶ αὐτοῦ. σὺ μὲν ἐν πόρρῳ ταῦτα, καὶ μακρῷ ἀσφαλέστερον. ἐγὼ δὲ παρὰ τὸ πῦρ αὐτὸ, καὶ ἔτι πρότερον ἐν πολλῷ πλήθει τῶν ἀκροατῶν εἶπον αὐτά· ἐνίων μὲν ἀχθομένων, ὅσοι ἐθαύμαζον τὴν ἀπόνοιαν τοῦ γέροντος. ἦσαν δέ τινες, οἱ καὶ αὐτοὶ ἐγέλων ἐπ' αὐτῷ, ἀλλ' ὀλίγου δεῖν, ὑπὸ τῶν Κυνικῶν ἐγώ σοι διεσπάσθην, ὥσπερ ὁ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν κυνῶν, ἢ ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ ὁ Πενθεὺς ὑπὸ τῶν Μαινάδων.

Ἡ δὲ πᾶσα τοῦ [a] δράματος παρασκευὴ, τοιάδε ἦν· τὸν μὲν ποιητὴν οἶδα οἷός γε ἦν, καὶ ἡλίκα ἐτραγῴδει παρ' ὅλον τὸν βίον, ὑπέρ τε τὸν Σοφοκλέα, καὶ τὸν Αἰσχύλον. ἐγὼ δ' ἐπεὶ τάχιστα εἰς τὴν Ἦλιν ἀφικόμην, παρὰ τῷ γυμνασίῳ αὐτῶν ἐπήκουον ἅμα Κυνικοῦ τινος, μεγάλῃ καὶ τραχείᾳ τῇ φωνῇ τὰ συνήθη ταῦτα, καὶ [b] ἐκ τριόδου τὸν ἀρετὴν βοω-

a Δράματος] Πράγματος Edd. haec priores. b Ἐκ τριόδου τὴν ἀρετὴν] Τὴν οὖν τρ. ἀρ. *T. Fabr.* Nihil juvant libri.

32. Τὸν μὲν ποιητὴν οἶδα] Οὐχ ὅτι ποιητὴς ἦν Περεγρῖνος, παρὰ τοῦτο ποιητὴν τὸν αὐτὸν καλεῖ. ἀλλ' ἐπειδὴ τραγικόν τι πρᾶγμα διέφυγεσαι μεγάλης συμφορᾶς αἴτιον ἑαυτῷ, καὶ οἷα οἱ τραγῳδιοποιοὶ γράφουσι· διὰ τοῦτο ὁ Δημώνδης ἐμπεμπόμενος σκηνικοῦ πράγματος, καὶ αὐτὸν ποιητὴν εἶπεν, ὡς τοιαύτης τραγῳδίας εἰσαγωγέα. *V.*

adeo non eſt quod quis de emendatione noſtra poſſit dubitare. *T.F.*

Ibid. Δράματος] Hanc *T. Fabri* emendationem in textum, invitis libris noſtris omnibus recepimus, in quibus eſt πράγματος vid. c. 37. *M. du S.*

35. Διὰ τῆς γυμνασίης αὐτῶν] Διὰ τῶν γυμνασιῶν αὐτοῦ. Αὐτῆς pro ἐκεῖ. Sic inferius p. 741. Ἀκούειν ὀφόμενος τοὺς ἀθλητάς. *Th. M.*

Διὰ τῆς γυμνασίης αὐτῶν] *Illorum gymnaſio illectus*, ait interpolator veteris interpretis, doctus, Jupiter, τὴν ἀρακιδᾶ. Sed fallitur μανικὸν ὅσον. Non vidit, Lucianum, dum Olympiam venit, *per Eleorum gymnaſium tranſiſſe*. Pauſanias in Eliacis (p. 201. 44.) inter ea quae ἄξια μνήμης putat, hujus gymnaſii, quod ipſe vetus gymnaſium vocari ait, mentionem facit, additque, καὶ ὅσα ἐς τοὺς ἀθλητὰς πρὶν ἢ ἐς Ὀλυμπίαν ἀφικνεῖσθαι, ἐν τούτῳ σφίσι τῷ γυμνασίῳ δρᾶν καθέστηκε. *T.F.*

Διὰ τῆς γυμνασίης αὐτῶν] Suſpecta videntur. Scribendum erat alioquin παρὰ τὸ γυμνάσιον αὐτῶν, ſeu potius παρὰ τὰ γυμνάσια αὐτῶν. *F.G.*

Διὰ τῆς γυμν. &c.] Pag. ad quam *Marcil.* remittit, aut male eſt expreſſa, aut ex Edit. deſumta, quam nos non poſſidemus; ſed invenitur hac Diſſert. c. 31. *J. F. R.*

38. Ἐκ τριόδου τὴν ἀρετὴν] Emenda, τὴν ἐν τριόδῳ ἀρετὴν, longe enim aliud eſt, ἐπιβοᾶσθαι τὴν ἀρετὴν ἐν τριόδῳ, & τὴν ἐν τριόδῳ ἀρετὴν ἐπιβοᾶσθαι. Prius illud nihil ad hunc locum facit. Vocat autem Lucianus τὴν ἐν τριόδῳ ἀρετὴν, quia nil niſi de virtute loquebantur iſtaec ἐκτρώμαλα σοφίας. Inde eſt quod in *Timone* (c. 9. f.) Jupiter perquam facetiſſime dicit, ὥστε ἢ ἐπιδυσάμενον καὶ τὰ ὅπλα καθῆσθαι, ἢ ἐπιτρέπειν πρὸς αὐτὸν (Φιλοσόφων) ΑΡΕΤΗΝ ΤΙΝΑ, καὶ ἀσώματα, καὶ λήρους μεγάλῃ φωνῇ ξωιερόντων. Quo loco vocula haec ΤΙΝΑ innuit tritum quid & tralatitium. Ita & in *Gallo* (c. 11.) Micyllus de Philoſopho neſcio quo loquens ait: καὶ ΑΡΕΤΗΝ ΤΙΝΑ πρὸς μὲ διεξιὼν ἐδιδάσκων, &c. Niſi quod non lubet ἐν ᾧ δηοτι σοφίζεσθαι, locum illuſtriſſimum *Plauti*, qui a nemine hactenus intellectus eſt, poſſem emendare:

— *conferunt ſermones inter ſeſe drapeta,*
Obſtant, obſiſtunt, incedunt cum ſuis ſententiis;

Verum id alibi a me praeſtitum eſt. Quippe legendum demonſtravi,

— *conferunt ſermones inter ſeſe de arete.*

T.F. Ibid.

βοωμένῳ, καὶ ἅπασιν ἁπλῶς λοιδορουμένῳ, εἶτα κατέληξεν αὐτῷ ἡ βοὴ ἐς τὸν Πρωτέα· καὶ ὡς ἂν οἷός τε ὦ, πειράσομαί σοι αὐτὰ ἐκεῖνα ἀπομνημονεῦσαι, ὡς ἐλέγετο. σὺ δὲ γνωριεῖς δηλαδή, πολλάκις αὐτοῖς ξυμβοηθήσας βοῶσι.

tutem inclamantem, maledicentemque simpliciter omnibus. Tum exibat illi clamor in Proteum: & quantum potero, ſtudebo ipſa tibi illa, uti prolata ſunt, referre. Tu vero agnoſces nimirum, qui ſaepe clamantibus adſtiteris.

Πρωτέα γάρ τις, ἔφη, κενόδοξον τολμᾷ λέγειν, ὦ γῆ, καὶ ἥλιε, καὶ ποταμοί, καὶ θάλατται, καὶ πατρῷε Ἡράκλεις; Πρωτέα, τὸν ἐν Συρίᾳ δεθέντα, τὸν τῇ πατρίδι ἀνέντα πεντακισχίλια τάλαντα, τὸν ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἐκβληθέντα, τὸν τοῦ Ἡλίου ὀψιμώτερον, τὸν ἀνταγωνισάμενον καὶ αὐτῷ τῷ Ὀλυμπίῳ δυνάμενον. ἀλλ' ὅτι μὲν πυρὸς ἐξάγειν τοῦ βίου διέγνωκεν ἑαυτόν, εἰς κενοδοξίαν τινὲς τοῦτο ἀναφέρουσιν. ὁ γοῦν Ἡρα-

4. *Proteum ergo*, inquit, *vanae cupidum gloriae dicere quisquam audet? o terra, & ſol, & flumina, & mare, & familiaris Hercules! Proteum illum vinctum in Syria, illum condonantem patriae ſuae quinquies mille talenta? illum Romanorum urbe ejectum, ſole illum inſigniorem, illum qui cum ipſo certare poſſit Olympio. Sed quod per ignem educere ſe de vita decrevit; ad vanam gloriam nonnulli hoc referunt. Nonne enim ſic Her-*

cu-

Ibid. Ἀρετὴν] Adde locis a *T. Fabro* allatis, Διογ. c. 11. ἀκούω γε αὐτῶν ἀεὶ κεκραγότων, καὶ ἀρετήν τινα, καὶ ἐθίας, καὶ φύσιν, καὶ ἀσώματα διεξιόντων, ἄγνωστα ἐμοὶ ⊖ ξένα ὀνόματα. Pan autem loquitur. *M. du S.*

43. Σὺ δὲ γνωριεῖς] Interpres, *Tu vero haec plane ita ſe habere cognoſces.* Atqui non ita eſt, ſed uti dicam. Metuit Lucianus ne ſibi a quoquam oratio Cynici adſcribatur; id quo ne fiat, ait, ὡς ἐλέγετο, additque, *Quam orationem facile agnoſces, qui hujusmodi canes ſaepe latrantes audieris.* Quae ſententia longe alia eſt. *T. F.*

46. Ὦ γῆ ⊖ ἥλιε] Ridet Lucianus, τὴν ὀγκηρὰν φλυαρίαν τῶν ἐπιφωνημάτων. *T. F.*

47. Πατρῷε Ἡράκλεις] Videlicet Herculem quaſi πατριάρχην, ſeu familiae ſuae principem haberi volebant Cynici, ſeque veluti Ἡρακλίσκους τινὰς jactitabant. *T. F.*

48. Δεθέντα] Ob Chriſtianiſmum. vid. c. 11. & 12. *M. du S.*

Ibid. Τῇ πατρίδι] Vide c. 15. & veram ſummam c. 14. Haec autem Cynici ſumma efficit fere integrum quem vocant *millionem* librarum Anglicanarum, id eſt, decies centena millia. *M. du S.*

49. Πεντακισχίλια τάλαντα] Ἐπιτραγῳδῶν Theagenes. Peregrini enim facultates, ut ⊖ τὸ μὴ ταῦτα conſtabit, xv. talenta non exſuperabant. *T. F.*

Πεντακισχίλια] Ὑπερβολικῶς. Inferius Lucianus c. 14. πεντακαίδεκα τάλαντα dixit. *F. G.*

Ibid. Ἀπὸ — ἐκβλ.] Vide cap. 18. *M. du S.*

51. Τῷ Ὀλυμπίῳ] Subaudi Διΐ. *F. G.*

54. Οὐ γὰρ Ἡρακλῆς ἄτως;] Igne mori multi glorioſum putarunt, inter quos etiam fuit Calanus, qui ſe ultro incendio obtulit, cum jam mori decreviſſet. *Nicolaus Damaſcenus* & Philoſophus & Hiſtoricus ſcribit a ſe viſum Zarmanochegam Indum, qui ſatis fortunatus Athenis ſe cremavit, quod abunde vixiſſet, in cujus tumulo ita inſcriptum fuit. Ζαρμανοχηγὰς Ἰνδὸς ἀπὸ Βαργόσης κατὰ τὰ πάτρια Ἰνδῶν, αὐτὸν ἀποθανατίσας κεῖται. *G. C.*

55. Διόνυσ⊖] Unde Antipater Sidonius de Hercule & Baccho,

— αἱ δ' ἀπὸ γαίης
Ἦλθον ἐς ἀθανάτους ὀκρυόεις ἀμφότεροι.

T. F.

Διόνυσ⊖] De Aeſculapio vid. Θ. Δ. XIII. De Baccho quid adferat *T. Faber* legiſti. Ego alibi de eo me legere nihil memini, praeter combuſtam fulmine matrem ſervatumque a Jove infantem; nec ad aliud alludi exiſtimo. *M. du S.*

58. Θεαγένης] Philoſophus Cynicus. *T. F.*

Ibid. Τοῦτο γὰρ — ἐκαλεῖτο] Sic & *Long. Paſt.* 2. p. 74. Ed. *Jung.* & IV. 112. Ed. *Moll.* Item *Alciphr.* III. p. 406. *J. F. R.*

64. Πῶς] Haud facile crediderim Lucianum tam curioſum & jam Philoſophorum acrem ſpectatorem, ignoraſſe quae Olympiade proxime antecedente a Peregrino deſignata eſſent & promiſſa, etiamſi ludis ipſe non interfuiſſet, quod tamen haud temere ſtatuendum eſt ob rationes deinde adducendas. Quid ergo? Nempe, ut ſcenae ſerviat haec nunc quaerit, ut res tota melius & plenius ob oculos Lectorum mox ponatur. Quod & adhibito mox larvato oratore, ſub quo ipſe latere voluit, abunde praeſtitum leges. *M. du S.*

66. Ἐπῆκουον δὲ τὰ λοιπὰ] Verba haec plane amittunt elegantiam, ſi reddantur cum interprete *verum audiebam reliqua cum verba funderet, ac mirificis laudibus Proteum extolleret.* Narrat hic Lucianus, ſe audiviſſe quendam Theagenem φωνῇ μεγάλῃ ⊖ τραχείᾳ in trivio virtutes latrantem, & deinde de Proteo ſeu Peregrino dixiſſe, ſane qui clamat voce magna & aſpera, gravate verba, & non niſi magno cum labore niſuque pronuntiat; *fundere verba* ii dicuntur qui prompta, facili, atque plena oratione utuntur; ſic *fluentia* ver-

culeſ? Non enim Aeſculapius ac Bacchus ful-
mine? Non enim ultima aetate in crateras
Empedocles?

5. Cum vero dixiſſet iſta Theagenes, hoc enim clamoſo illi nomen erat, interrogo adſtantium aliquem, *Quid vellet ſibi illud de igne, aut quid ad Proteum Herculeſ atque Empedocles?* Ille, *Non ita multo poſt*, inquit, *cremabit ſe ipſe Proteus Olympiis. Quomodo*, inquam, *aut, qua de cauſſa?* Tum ille reſpondere parabat; clamabat autem Cynicus, ut alium exaudire non poſſes. Audivi igitur profundentem reliqua, & admirabiles quosdam dicendi exceſſus de Proteo proferentem. Nam Sinopenſem il-

λχλῆς ἔτως; ὁ γὰρ Ἀσκληπιὸς ὁ Διόνυσος κεραυνῷ; ὁ δὲ τὰ τελευταῖα Ἐμπεδοκλῆς εἰς τὰς κρατῆρας;

Ὡς δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ Θεαγένης (τοῦτο γὰρ ὁ κεκραγὼς ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο) ἠρόμην τινὰ τῶν παρεστώτων, τί βούλεται τὸ πῦρ τοῦτο, ἢ τί Ἡρακλῆς καὶ Ἐμπεδοκλῆς πρὸς τὸν Πρωτέα; ὁ δὲ, Οὐκ εἰς μακρὰν, ἔφη, καύσει ἑαυτὸν ὁ Πρωτεὺς Ὀλυμπιάσι. Πῶς, ἔφην, ἢ τίνος ἕνεκα; εἶτα ὁ μὲ ἐπειρᾶτο λέγειν· ἐβόα δὲ ὁ Κυνικὸς, ὥστε ἀμήχανον ἦν ἄλλου ἀκούειν. ἐπήκουον οὖν τὰ λοιπὰ, ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ, καὶ θαυμαστάς τινας ὑπερβολὰς διεξιόντος περὶ τοῦ Πρωτέως· τὸν μὲν γὰρ Σινωπέα, ἢ τὸν διδάσκαλον

verba apud Auctorem carminis ad Piſon. Et *fluens cantus* apud *Valer. Flacc.* lib. 3. Argonaut. v. 158. ῥοῦν λόγων apud *Ælian.* lib. 8. c. 12. ποικ. occurrunt. vix habent Latini, quo elegantiam illam, quæ in verbis Luciani eſt, exprimant; niſi circumlocutione utantur, ut, exaudiebam *cum magno conatu reliqua dicentem.* Quo reſpiciunt etiam illa quæ ſequuntur: ταῦτα ξὺν πολλῷ ἰδρῶτι διεξελθὼν ἐδάκρυσι γελοίως. Et p. 43. ἐγὼ δ' ἀφεὶς αὐτὸν ἀλοφυρόμην. *ego relinquens illum, qui ſe vociferatione rumpebat.* Adde quod ἐξαντλέω ſemper de re moleſta & gravi dicatur. *Euripid.* Med. v. 79.

Ἀπωλόμεθ' ἄρ' εἰ κακὸν προσείσομεν
Νέον παλαιῷ, πρὶν τὸ δ' ἐξαντληκέναι.

Priuſquam illud malum exhauſtum ſit. Et *Alceſt.* v. 354.

— ἀλλ' ὅμως βάρος ψυχῆς ἀπαντλοίην ἂν.

Quomodo *exhaurire dolorem* & alia apud Latinos paſſim leguntur. *Gisb. Cuperus* Obſerv. l. 3. c. 2. *Almel.* Ἐπήκουον οὖν τὰ λοιπὰ, ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ & θαυμαστάς τινας ὑπερβολὰς διεξιόντος κατὰ Πρωτέως.] Clariſſimus quidam & Ampliſſimus Vir, ut patet ex ejus nota *Amſt.* editioni pag. 562. allita, videtur in Luciano legiſſe ἐξαντλοῦντος, cujus cauſſam nullam video. Et tamen tota Viri Cl. animadverſio in ἐξαντλέω eſt poſita: At ἐξαντλέω & ἐπαντλέω ſunt diverſiſſima; illud eſt *exhaurio*, hoc *infundo.* Id quod patet ex triſſimo proverbio, εἰς Δαναΐδων πίθον ἐπαντλεῖν. quo & utitur Noſter; apud quem etiam in *Timone* c. 18. ait Plutus, ὥστε εἰς τὸν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ, καὶ μάτην ἐπαντλήσειν, τῆς κύστεως μὴ σῴζουσης. *Quare in Danaidum dolium aquam ingeſturus mihi videor, & incaſſum infuſurus, fundo non continente.* Male quoque culpatur hic Interpres, qui ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ vertit, *quum verba funderet.* Interpretem ſatis defenderit *Budaeus*, ex *Syneſio* proferens ἐπαντλεῖν τὸν λόγον, idque cum Cicerone *fundere*; cum Plauto *funditare verba* interpretans. Caeterum nimis crebro haec loquendi forma, ἐπαντλεῖν λόγους, *verba fundere, copioſe de re quapiam dicere*, ab ipſo Luciano noſtro eſt uſurpata, quam ut ea ignorari, multo minus damnari debuerit. In *Jove Tragoedo* c. 50. Τιμοκλῆς τὰ κοινὰ ταῦτα & καθ' ἡμέραν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις ὑπερίτριπτα πάντα ἐπαντλεῖ. *Timocles vulgaria haec & quotidiana, alia ſuper alia, omnia refutatu neutiquam difficilia, ingerit.* Sic Charon ſermoni ſuo multos immiſcens verſus Homeri, dicitur πολλὸν τὸν Ὁμηρον ἐπαντλεῖν, in *Contemplantibus* c. 23. Pro ἐπαντλέω eodem uſu poſuerunt Graeci & καπαντλέω. in *Demoſthenis Encomio* c. 16. ἢ ποῦ γε ἀφεψὴ καλαχεῖν μου τὸν ὦτον, ὥσπερ βαλανεὺς καταντλήσας τὸν λοιπὸν λόγον; *Num in animum inducis implere mihi aures, inſtar balneatoris, reliquum ſermonem exhauſtum in me fundens?* In *Lexiphane* c. 17. τοσοῦτον βόρβορον συνῳκίσας, καταντλήσας μου μηδὲ σὲ δινὸν ἐργασάμενον. (male in Salmurienſi hic ἐργασμένον excuſum.) *Tantum coeni undiquaque corraſum in me, qui nullam tibi intuli injuriam, effudiſti* Paulo ante pro eo dixerat κατασκεδάσαι· ait enim illic, Καὶ ἢν μὴ τάχιστα ἐξεμέσω ταῦτα πάντα, ὁπόσα διεξεληλύθας, οὐ δοκῶ, κομψευτιάσειν μοι δοκῶ, φλεγμονούμενον, ὑφ' ὧν κατεσκέδασάς μου ὀνομάτων. *Ac niſi quamprimum omnia illa, quae recitaſti, evomuero, certo ſcias, videor mihi mox inſania fore correptus, circumſtrepentibus me illis nominibus, quae in me modo effudiſti.* Sic in *Eunucho* c. 2. ὅλας ἀμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀκηλέων. *Integra convitiorum plauſtra invicem in ſe effuderunt.* Caeterum τὸ ἐπαντλέω verbum reſtituendum eſt Scholiaſtae anonymo *Homeri*: apud quem quum ad Il. A. vſ. 176. ἀφύξειν exponitur per ἐπαντλήσειν, lege ἐπαντλήσειν. idque congruens eſt cum verbo ſequenti προσαυξήσειν, *accumulaturum eſſe*, quod ab Scholiaſta expoſitionis cauſa additur. *J. J.*

67. Ἐπαντλοῦντος] Ἐπαντλεῖν contrarium eſt τῷ ἐξαντλεῖν. Alibi εἰς Δαναΐδων πίθον ἐπαντλεῖν. *F. G.*

69. Σινωπέα] Diogenem. *M. du S.*

λον αὐτῷ Ἀντισθένη, οὐδὲ προσβάλλειν ἠξίου αὐτῷ, ἀλλ' οὐδὲ τὸν Σωκράτη αὐτόν· ἐκάλει δὲ τὸν Δία ὅπως τὴν ἅμιλλαν. εἶτα μέντοι ἔδοξεν αὐτῷ ἴσως σῴζειν αὐτούς, καὶ οὕτω κατέπαυσε τὸν λόγον.

lum, aut illius magistrum Antisthenem ne comparare quidem illi dignabatur, sed nec ipsum Socratem: Jovem potius ad certamen illud provocabat. Deinde tamen visum illi est aequo aliquatenus fastigio utrumque servare, atque ita orationem finiit:

Δύο γὰρ ταῦτα, ἔφη, ὁ βίος ἄριστα δημιουργήματα ἐθεάσατο, τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον, καὶ Πρωτέα· πλάσται δὲ καὶ τεχνῖται, τοῦ μὲν Φειδίας, τοῦ δὲ ἡ φύσις· ἀλλὰ νῦν ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς τὸ ἄγαλμα τοῦτο οἰχήσεται, ὀχούμενον ὑπὸ τοῦ πυρός, ὀρφανοὺς ἡμᾶς καταλιπόν. ταῦτα ξὺν πολλῷ ῥώτῳ διεξελθὼν, ἐδάκρυε μάλα γελοίως, καὶ τὰς τρίχας ἐτίλλετο, ὑποφειδόμενος μὴ πάνυ ἕλκειν, καὶ τέλος ἀπῆγον αὐτὸν λύζοντα μέλαξυ τινες τῶν Κυνικῶν, παραμυθούμενοι.

75 6. *Haec nempe duo*, inquit, *opera praestantissima spectavit orbis, Olympium Jovem & Proteum. Fictores & artifices alterius Phidias, alterius vero natura. At nunc de hominibus ad Deos hoc simulacrum abibit, invectum igni, nobis relictis orphanis.* Ista multo cum sudore ubi pronunciasset, ploravit ridicule, & crines sibi vellit, *aliquantum* tamen parcens, ne nimis traheret. Tandem gannientem adhuc Cynicum quidam velut consolantes abducunt.

Μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος εὐθὺς ἀναβαίνει, ὁ Θερσείνας ἁλυθῆναι τὸ πλῆθος, ἀλλὰ ἐπ' αἰθομένοις τοῖς προτέροις ἱερείοις ἐπέχει τὰ σπονδῶν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ πολὺ ἐγέλα, καὶ δῆλος ἦν νεισόθεν αὐτὸ ῥῶν· εἶτα ἤρξατο ὧδέ πως· ἐπεὶ ὁ κατά-

7. Post hunc vero alius statim escendit, dilabi multitudinem non passus, sed ardentibus adhuc prioribus extis infundens libamina. Ac primo quidem multum risit, quod ex imis illum praecordiis facere, appareret. Tum ita fere exorsus est: *Quando-*

71. Σωκράτη] Nihil variare Edd. addiderat *Solan.* An quia Σωκράτην quaesivit? Ut supra *Paras.* c. 19. (ubi tamen *Fl.* etiam Σωκράτη) sed utramque terminationem probam esse ostendimus l. d. *J.F.R.*

76. Δία τὸν Ὀλύμπιον] Opus Phidiae, ex ebore & auro. Describitur a Pausania. *T.F.*

79. Τὸ ἄγαλμα τοῦτο] Nota duriorem metaphoram, sed Cynico convenientem. Peregrinum enim intelligit, quem cum Jovis Olympii simulacro comparavit. Ita & mox. *T.F.*

80. Ὀρφανοὺς ἡμᾶς καταλιπ.] Respondent haec verbis *Evang. Joan.* XIV. 18. Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς: ad quae Rev. *Elsner.* ὀρφανοὺς tam parentes quam liberos *orbos* dici probat. *J.F.R.*

83. Τὰς τρίχας ἐτίλλετο] *Th. Mag.* v. τίλλω. *M. du S.*

87. Μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος] Hic anonymus, quo vehit ὑποκριτῇ utitur Lucianus, ὁ τῷ ῥάμματι διδύσκαλος, Peregrinum suis coloribus depinget. *T.F.*

88. Ἀλλὰ ἐπ' αἰθομένοις] Metaphora a sacris ducta: non poterat χαριέστερον hic noster. *T.F.*

89. Ἐπ' αἰθομένοις] Μεταφορικῶς. *F.G.*

Ἐπ' αἰθομένοις] Non damnaverim repetitionem Praepositionis, ἐπ' αἰθομένοις ἐπίχει, sed fine fraude etiam fuerit, quod interpretatus sum, ac si legeretur mutatione tenuissima ἔτι αἰθομένοις. *J.M.G.*

90. Ἐπὶ πολὺ] Delerat *Solan.* ἐπὶ. Ego nondum, nisi auctoritas accesserit; etsi ἐπὶ πολὺ, *diu*, hic revera minus placet, quam simplex πολὺ, multum, i. e. *effuse* risit. *J.F.R.*

91. Νεισόθεν] Homericum. *J.B.*

Νεισόθεν] Poëtica vox est. Videlicet alludit ad locum *Homeri*, primulo initio Iliad. K.

Νεισόθεν οἵ τε πρόσθεν —— *T.F.*

Νεισόθεν] *Homer.* Il. K. 10. *M. du S.*

94. Τὰ Ἡρακλείτου δάκρυα] *Juvenalis* X. de Democrito & Heraclito,

Jamne igitur laudas, quod de sapientibus alter
Ridebat, quoties de limine moverat unum
Protuleratque pedem; flebat contrarius alter?

T.F.

5. Οἷόν τι τὸ ἄγαλμα] Iterum ridet φαῦλον illam metaphoram Theagenis. Eodem mox spectat, cum de Canone Polycleti loquitur. *T.F.*

11. Ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανὼν Ἐπεί] Ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανὼν, ἐπεί. *Th. M.*

Ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανὼν] *Plinius* XXIV. *Idem* (Polycletus) & *Doryphorum viriliter puerum fecit, & quem Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut a lege quadam.* Hujus Canonis meminit quo-

doquidem execrabilis ille iſte Theagenes finem impuriſſimae orationis ſuae Heraclitі fecit lacrimas ; ego e contrario a Democriti riſu incipiam , & denuo riſit tantum , ut etiam noſtrum plures ad riſus ſocietatem pertraheret.

8. Dein ſe convertens , *Aut quid enim aliud* , inquit , *viri , faciendum eſt , ubi audimus dictiones adeo ridiculas , videmus autem viros ſenes deſpuendae cujusdam gloriolae cauſſa tantum non ſaltare in caput in publico. Ut autem ſciatis , quale ſimulacrum ſit jam comburendam , me audite , qui diligenter obſervavi illius animum , & vitam exploravi : quaedam vero de civibus iſtius exquirendo cognovi , iisque , qui neceſſitate quadam recte iſtum noſſe debebant.*

9. *Hoc enim fictum naturae manibus ſimulacrum , hic Polycleti canon , cum ad virilem aetatem perveniſſet , in Armenia deprehenſus in adulterio plagas accepit ſane multas , ac tandem ſaltu de tegulis effugit , obturatum raphano podicem auferens. Deinde adoleſcen-*

ρατ☉ Θεαγένης τέλ☉ τ̃ μιαρωτάτων αὐτ̃ λόγων τὰ Ἡρακλείτ̃ δάκρυα ἐποιήσαλο , ἐγὼ χ τ̀ τὸ ἐναντίον ἀπὸ τ̃ Δημοκρίτ̃ γέλωτ☉ ἄρξομαι· χ ἐκ αὖθις ἐγέλα [a] ὀπίπολυ , ὥσ ε χ ἡμ̃ς τ̀ς πολλὰς ἐπὶ τὸ ὅμοιον ἐπεσπάσαλο.

Εἶτα ἐπισ ρέψας ἑαυτὸν , Ἢ τί γ̀ ἄλλο , ἔφη , ὦ ἄνδρες , χρὴ ποιεῖν ἀκούονλας μ̀ ὕτω γελοίων ῥήσεων , ὁρῶνλας δὲ ἄνδρας γέροντας δοξαρίου καλαπτύσ ου ἕνεκα , μονονοχὶ κυβισ ῶνλας ἐν τῷ μέσῳ ; ὡς δὲ εἰδῆτε οἷόν τι τὸ ἄγαλμά ἐσ τὸ καυθησόμενον , ἀκούσατέ μου , ἐξαρχῆς ἁπ̃σα φυλάξαν☉ τ̀ γνώμην αὐτ̃ , χ τ̀ βίον ἐπιτηρήσαν☉· ἔνια δὲ χ ἀπὸ τ̃ πολιτ̃ν αὐτ̃ ἐπυνθανόμην , χ οἷς ἀνάγκη ἦν ἀκριβῶς εἰδέναι αὐτόν.

Τὸ γ̀ δ Φύσεως τ̃το πλάσμα χ δημιούργημα , ὁ τ̃ Πολυκλείτ̃ κανὼν , [b] ἐπεὶ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἤρξαλο , ἐν Ἀρμενίᾳ μοιχεύων ἁλὼς , μάλα πολλὰς πληγὰς ἔλαβε , χ τέλ☉ χ τ̃ τέγους [c] ἁλόμεν☉ διέφυγε , ῥαφανίδι τ̀ πυγὴν βεβυσμέν☉ εἰ-

a Ἐπισπολὺ] Jam & ſic P. cum ante divideret. b Ἐπεὶ] Recte B. S. Aliae Ἐπεὶ, quaſi nova periodus inciperet. c Ἁλόμεν☉] Sic omnes. Malim ἁλόμεν☉.

4. Κυβισῶντας] Κυβιόντας. G. Lege κολυμβῶντας.
15. Διέφυγε, ῥαφανίδι] Τοὺς μοιχοὺς γ̀ τοιούτ☉ δόπτουσίν τοῖς παλαιοῖς ὅθ☉ ποιήσ. ἐκὼν γ̀ ἑκὼν μ̀ [*] πολλὰς [†] ἄλλας , παλαστῶντες , ῥαφανίδα τ̃ῃ πυγῇ τ̃ μοιχοῦ πάνυ ἀδρὰν ἔνιμεν. V.

[*] Πολλὰς] Lege πυκνὰς. J. Gron. Sed ſi ita legas, poſt ἄλλας reponito. M. du S.

[†] Ἄλλας] Ἄλλας ἁλίας Voſſ. ad Catull. p. 42. ubi non intellexit παλαστῶντες. J. Gron.

quoque in lib. *de Saltatione* (c. 75.) Lucianus. τὸ δὲ σ̃μα κατὰ τ̀ Πολυκλείτ̃ Κανόνα οὐκ ἐπιδείξω μοι δοκ̃. T.F.

15. Ῥαφανίδι τ̃ πυγὴν βεβυσμέν☉] Supplicium deprehenſorum in adulterio. τοὺς μοιχοὺς ταῖς ῥαφανίσιν ἔλαυνον κατὰ τὰς ἕδρας. *Heſych.* huic ſupplicio inſuper addit depilationem & cineris calidi aſperſionem Scholiaſt. *Ariſtophan.* ad nubes. J.B.

Ῥαφανίδι τ̃ πυγὴν βεβυσμέν☉] Catullus:

At tum te miſerum , malique fati ,
Quem attractis pedibus , patente porta

(hoc loco idem eſt ac πρωκτὸς)

Percurrent raphanique mugilesque.

Sed rem omnem optime deſcribit *Ariſtophanis* Schol. in πρίλαις ad hunc verſum,

τί δ' ἢν ῥαφανιδωθ̃ῇ γε πυιθόμ̃ός σου , τίφρα τ πιλθῇς

ὕτω γὰρ, ait ὕτ☉, &c. Neque enim vacat tranſcribere. Ceterum mihi obiter monendus eſt lector, verſum illum corruptum eſſe. Qui pote , inquies, cum ita planus ſit; ita facilis ſit? Atqui ita eſt. Nonne unâ ſyllabâ modulum ſui generis excedit ? Lege itaque,

τί δ' ἢν ῥαφανιδωθ̃ῇ γε πυιθμ̃ός σου , τίφρα τ πιλθῇς ; T.F.

εἶτα μειράκιόν τι ὡραῖον ἀμφθείρας, τριχιλίων ἐξωνήσαλο τὸν τ γονέων τῦ παιδὸς, πενήτων ὄντων, μὴ ὅπι τ ἁρμοστὴν ἀπαχθῆναι τ Ἀσίας.

tulum formosum cum corrupisset, tribus millibus redemit se a parentibus pueri pauperculis, ne ad Praesidem Asiae deduceretur.

Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐάσειν μοι δοκῶ· παιδίον γὰρ ἔτι ἄπλαστον ἦν, καὶ ὀλέπω ἐντελὲς ἄγαλμα ἡμῖν ἐδεδημιούργηλο. ἃ δὲ τ πατέρα ἔδρασε, καὶ πάνυ ἀκῦσαι ἄξιον, καίτοι πάντες ἴστε, καὶ ἀκηκόαλε ὡς ἀπέπνιξε τ γέροντα, οὐκ ἀναχόμενον αὐτὸν ὑπὲρ ἑξήκονλα ἔτη ἤδη γηρῶντα. εἶτα ἐπειδὴ τὸ πρᾶγμα διεβεβόητο, φυγὴν ἑαυτῦ

10. *Haec, & quae sunt in hoc genere, placet omittere: argilla enim adhuc erat informis, nondum inde perfectum nobis simulacrum efficium fuerat. Quae autem patri fecerit, audire omnino operae pretium est. Quamquam nostis omnes & audiistis, ut senem suffocaverit, non passus illum ultra sexaginta annos jam senescere. Deinde cum pervulgatum esset facinus, exilio*

16. Τριχιλίων] Subaudi δραχμῶν. *F.G.*

Τριχιλίων ἐξωνήσαλο] Vertunt *tribus nummorum millibus redemit*, in quibus vocem secundam subducta linea notavit Pater, qui haud dubie voluit intelligi τριχιλίων δηναρίων. Et merito. Quum manifeste hic intelligere appareat ipsum Lucianum ex *D. Meretr.* XI. ubi Charmides ait, καί τοι τοσαῦτα παρ' ἐμοῦ λαμβάνουσα, καὶ νῦν ἐπειδὴ χιλίας αὐτούσης οὐκ εἶχον δοῦναι, ubi interpres simpliciter *mille petenti*, quum intelligat δραχμὰς, quomodo vertit in *Pseudologista* cap. 30. πεντήκονλα καὶ ἑπλακοσίας ἑξέτισα *septingentas & quinquaginta drachmas*: & ex Asini loco manifestiore, καὶ πιπράσκει με πάντε καὶ εἴκοσιν Ἀττικῶν, ubi idcirco vertere etiam potuerunt *quinque & viginti drachmis Atticis*. Sic ergo debuerunt quoque cap. 8. in *Saturnalibus*, περὶ ταλάντων γε καὶ μυριάδων, ubi vertunt *talentis & decem nummum millibus*. *J.G.*

18. Ἐπὶ τ ἁρμοστὴν ἀπαχθῆναι τ Ἀσίας] Vox ἁρμοστὴς olim nomen fuit magistratus apud Spartiatas, qui mittebatur praefectus alicujus urbis aut regionis. At tempore Luciani pridem desierat usus ejus magistratus & vocis, nam ἀνθύπατος a Graecis, *Proconsul* a Latinis vocabatur magistratus, qui Roma missus Asiam regebat. Nec video, quare hanc vocem a tanta antiquitate revocaverit Lucianus, ut designaret Romanum proconsulem, penes quem erat jus gladii ad punienda crimina. *Palm.* Intelligit Proconsulem. *Diodorus Siculus* lib. 13. existimavit vocem esse Laconicam, vel Laconibus peculiarem. ὁ δ' ὲν τῇ πόλει καθεσάμῳ ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἡγεμὼν (ὃν οἱ Λάκωνες ἁρμοστὴν ἐκάλων) &c. At ego de Laconibus dici ἁπλῶς non puto. *Xenophon* enim de Thebanis lib. VII. Ἑλληνικῶν usurpavit, ut & *Plutarchus* in vita Demetrii, ubi Hieronymum historicum ait ἐπιμελητὴν καὶ ἁρμοστὴν Thebarum ab eo fuisse constitutum. Harmostae aliter dicebantur ἁρμοστῆρες. *Xenoph.* lib. IV. alibi autem ἁρμοζόντες, quemadmodum ὁ πειράζων pro πειρασὴς, & sexcenta alia. *T.F.*

21. Πηλὸς] Legend. *Casaub.* ad illud Persii, *udum & molle lutum es*. *J.B.*

28. Ἄλλο ἄλλοτι ἀμείνων] Id aliter Graeci dicunt, γῦν πρὸ γῦς ἐλαύνειν. *T.F.*

30. Θαυμαστὴν σοφίαν τ Χριστιανῶν ἐξέμαθε] Athenagoras Apologia. *Th. M.* Εἰρωνικῶς. *T.F.*

Θαυμαστὴν σοφίαν τ Χριστιαν.] Ironice hoc dici, non est, quod moneam. sed vel sic sanctitatem Christianae Religionis huic scurrae agnitam satis patet, qui neque hic neque in sequentibus ullius eam sceleris cum ignaro illius aetatis vulgo ream arguat. Non, ut *Tacitus*, *per flagitia invisos, & odio humani generis novissima meritos*, dicit, (Ann. XV. 44.) aut *exitiabilem superstitionem*. Ipsi postea Christiani suam religionem *Philosophiae* nomine saepe appellarunt, uti apud Chrysostomum passim, aliosque Patres, videre est. *M. du S.*

32. Ἱερεῦσι καὶ γραμμ.] Christianorum Doctores Judaeorum titulis, vir apud priores minime versatus ornat; quorum posteriorem Aegyptiis etiam alibi tribuit B. πρ. c. 14. Φιλοψ. 34. & Μακρ. c. 4. Γραμματεῦς nullos apud nostros illa aetate invenimus. Apud Christianos illius temporis *Presbyteri*, vel *Episcopi* tantum audiebant. *M. du S.*

33. Καὶ τί γὰρ] Non vidit Interpres harum vocularum venustatem. *T.F.*

Ibid. Παῖδας αὐτοὺς ἀπέφηνε] Ita *Xenophon* in luculentissima illa de Agesilao rege oratione, παῖδα ἀπέδειξε τ Τισσαφέρνην τῇ ἀπάτῃ. *T.F.*

34. Προφ. καὶ διασάρχης, καὶ ξυναγ.] Et hi, excepto secundo, a Judaeis petiti tituli. De quibus singulis haec paucis accipe. Duplex apud Christianos *Prophetarum* genus fuit; priores quibus a Spiritu sancto actis futura praedicere dabatur. Cessasse hi cum Apostolis videntur. Posteriores, doctores tantum, nullis extraordinariis spiritus donis instructi, quibus illi priores. Utrumque genus hoc prophetandi agnoscunt, non perfunctorie legenti, sacrae novi Testamenti scripturae. Quosnam, cum secundo loco διασάρχης dicitur, indicare voluerit, incertum; vox enim a sacris Ethnicorum desumpta, in quod Christianum munus quadret, non satis constat. Cum tamen ipsi Christiani nomen διάσου de suis conventiculis non respuerint, *principem Ecclesiae*, sive *Episcopum* voluisse, vero abhimile non est. Συναγωγεὺς idem ferme ei sub alio nomine designat. *M. du S.*

35. Πάν-

exilio a ſe damnatus oberravit aliam alia terra permutans.

11. *Quo quidem tempore etiam admirabilem Chriſtianorum ſapientiam edidicit, in Palaeſtina cum ſacerdotibus illorum & ſcribis verſatus. Et, quid multa? Brevi tempore, ut pueri juxta ſe viderentur omnes, effecit, Propheta ipſe, & chori illorum praeſul, & concionator, & ſolus omnia. Ac librorum alios interpretatus eſt, ac declaravit, multos ipſe conſcripſit: itaque Dei inſtar ipſum habebant, & utebantur legiſlatore, & ſuum ſcribebant antiſtitem. Nempe magnum illum ad-*

καὶ διδιχάσας ἐπλανᾶτο, ἄλλην ἄλλοσε ἀμείβων.

Ὅτε δὴ καὶ τὴν θαυμασὴν σοφίαν τῶν Χριστιανῶν ἐξέμαθε, δὴ καὶ τὴν Παλαιστίνην τοῖς ἱερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν αὐτῶν ξυγγενόμενος. καὶ τί γάρ; ἐν βραχεῖ παῖδας αὐτὸς ἀπέφηνε, προφήτης, καὶ διδασκάρχης, καὶ συναγωγεὺς, καὶ πάντα μόνος αὐτὸς ὤν. καὶ τῶν βίβλων τὰς μὲν ἐξηγεῖτο, καὶ διεσάφει, πολλὰς δὲ αὐτὸς καὶ συνέγραφε, καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν ἐκεῖνοι [a] ἡγοῦντο, καὶ νομοθέτην ἐχρῶντο, καὶ προστάτην ἐπέγραφον. τὸ μέγαν γοῦν

[a] Ἡγοῦντο] Sic Mſ. RG. Ἐδηγοῦντο Edd. male.

30. Θαυμασὴν σοφίαν τῶν Χριστιανῶν] Θαυμασὴ μὲν ἴσως, ὦ μιαρὲ, καὶ πάντως * ἐπίκτητα θαύματος· εἰ δὲ σοὶ τοῦτο φίλον ὅτι δὲ ἀλαζόνι τὸ κάλλος αὐτῆς ἀνεπίσκεπτον καὶ ἀθέατον. V.

* Ἐπίκτητα] Scripſit, credo, ἐπιπλᾶ. M. du S.

35. Πάντα μόνος] Dixerunt ad *Petron.* Apparet ex hoc Dialogo, fruſtra eos eſſe qui Lucianum noſtrum contenduut olim fuiſſe Chriſtianum. *J. B.*

Πάντα μόνος αὐτὸς ὤν] *Alciphr.* II. 3. p. 236. ἐγὼ γὰρ αὐτῆς εἰμι πάντα. Ubi *Bergl.* plura ſimilia. Sed habuimus etiam ap. Noſtrum in *Tyrannicid.* c. 4. *J. F. R.*

36. Τῶν βίβλων] Hinc diſce quanta veneratione ſacros tum proſequerentur Libros; quibus explicandis tam inſignem ſui cultus partem, ut vel alienis res innoteſceret, tribuerent. De *ſacris* enim *cum veteris tum novi Teſtamenti libris* hoc intelligendum minime dubium videri debet. At, inquies, nullo diſcrimine libros Peregrini ipſius mox his annumerat, cum addit, *& ab eo multos ſcriptos.* Quid mirum ſi vir ab his ſacris prorſus alienus diſcrimen illud ignorarit? Nec tamen eodem loco a Chriſtianis habitos diſerte ait: aut, ſi diceret, tam imperito harum rerum facile credendum fuit. Libros a ſe conſcriptos Peregrinus, hoc palam auctore, ut ſuos edidit; nec, ſi pro ſacris obtrudere voluiſſet, tam oſcitanter circa has res verſabantur Chriſtiani, quin mox fraudem & ſenſuri fuiſſent, &, ut par erat, reſpuituri. Nam quod liber unus aut alter ad tempus eis pro ſacro obtruſus eſt, paulo poſt, re rite ad examen revocata, rejectos ſcimus; nec quemquam in Canonem admiſſum, de quo non abunde Divinum eſſe conſtaret. *M. du S.*

37. Καὶ ὡς θεὸν αὐτ. ἐκ. ἡγοῦντο] Ultima vox ex Mſ. R. G. eſt; omnes enim impreſſi ἐδηγοῦντο corrupte. Genuinam eſſe quam ſequimur ſcripturam, ex ſequentibus patet. Putavit enim levis homuncio, Chriſtianae fidei prorſus ignarus, omnes a Chriſtianis pro Diis cultos, qui Religionis ſuae ſtrenuos ſe gererent aſſertores; quia conditorem ejus Chriſtum adorari ab iis compertum erat. Qua in re ratio eum & conjectura mirum quantum fefellit. *M. du S.*

38. Ἐκεῖνοι ἐδηγοῦντο] Reſtitue ad fidem Mſ. R. ἡγοῦντο. Res per ſe patet. *T. F.*

39. Προστάτην ἐπίγραφον] Veri hic aliquid dictum puto. Sed cum Chriſtianis fere ignota ſit vox προστάτης, deceptum credo Lucianum προστάτην audiviſſe, quem illi προεστῶτα dixerant; quo titulo inſignitos ſcimus illius aetatis Epiſcopos. Retinenda itaque vulgata ſcriptura, ſi genuinam Luciani ſcripturam velis; ſed de iis quos dixi, praeter uſum, intelligenda mens ſcribentis. Occurrit quidem προστάτις *Rom.* XVI. 2. & apud *Cyrillum* Cat. 6. Petrus & Paulus, τῆς Ἐκκλησίας προστάται, dicuntur. *M. du S.*

Ibid. Τὸν μέγαν γοῦν] Iſtaec vocula γοῦν, & ſenſus repente abruptus ſatis indicant, multa hic a Luciano adverſus Chriſtum ſcripta fuiſſe; quae a majoribus noſtris, hominibus nimium piis, ſublata fuere. Hinc itaque eſt quod dixerat *Suidas*, Lucianum καθάπτεσθαι τῷ χριστιανισμοῦ, καὶ αὐτὸν βλασφημεῖν τὸν Χριστὸν ἐν τῷ τοῦ Περιγρίνου βίῳ, (melius dixiſſet ἐν τῇ τοῦ Περιγρίνου τελευτῇ) hinc factum, ut in plerisque Mſſ. Codd. non amplius extet Peregrinus. Bene tamen, quod hic non itidem fecere, ut apud Joſephum, quem (quod mirere) Origenes duobus tribusve locis aſſerit contra Chriſtum ſcripſiſſe, & tamen hodie laudat. Quî factum? Nil enim facilius. In locum παιδηγορίας ſuffecere ἐγκώμιον. O timidam pietatem! *T. F.*

Τὸν μέγαν γοῦν] Lege γὰρ. *F. G.*

Τὸν μέγαν γοῦν] De hujus loci integritate dubitat vir inter Criticos nobilis, cujus notam praemiſimus, eo praecipue inductus quod vocula γοῦν, nexum orationis indicare ſolita, nihil quo referatur habere ei viſa eſt. Non ego is ſum qui de rebus leviusculis ultro con-

γῶν ἐκεῖνον ἔτι σέβουσιν ἄνθρωπον, τὸν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα, ὅτι καινὴν ταύτην τελετὴν εἰσήγαγεν ἐς τὸν βίον.

Τότε δὴ καὶ συλληφθεὶς ὑπὸ τούτου ὁ Πρωτεὺς, ἐνέπεσεν εἰς τὸ δεσμωτήριον. ὅπερ καὶ αὐτὸ μικρὸν αὐτῷ ἀξίωμα περιποίησε πρὸς τὸν ἔξης βίον, καὶ τὴν περιστίαν, καὶ δοξοκοπίαν, ὧν ἐρῶν ἐτύγχανεν. ἐπεὶ δ' ὧν ἐδέδητο, οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποιούμενοι τὸ πρᾶγμα, πάντα ἐκίνουν, ἐξαρπάσαι πειρώμενοι αὐτόν. εἶτ' ἐπεὶ τοῦτο μὴν ἀδύνα-

hunc venerantur hominem, illum cruci in Palaestina, ob introducta in vitam haec mysteria, affixum.

12. *Tum quidem deprehensus eo in crimine Proteus in vincula conjectus est: quae ipsa res non parvam illi futurae vitae dignitatem conciliavit, & praestigiarum gloriaeque studium, quae jam ante amabat. Cum igitur in vinculis esset, communem eam calamitatem rati Christiani, nihil intentatum relinquunt, ut illum eripiant. Deinde ubi hoc fieri non poterat, mis-*

40. Σέβουσι τ' ἄνθρωπον] Τὸν ἀληθῆ θεὸν, καὶ τίλιον ἄνθρωπον, τὸν τῶ παντὸς, ὃ λόγε, ποιητήν. V.

controversiam movere amem: sed in re praesenti, ne cui fraudi sit Viri Docti auctoritas, in sententiamque non veram de hocce Luciani loco abripiantur, cavere hisce visum est. Duo terme praestat, pro loco, vocula γοῦν. Aut enim dictum novo exemplo argumentove confirmat; aut artificiose rem quasi in medio relinquens, partem aliquam causae suo sibi jure vendicat. Utrumlibet delige; quadrabit hic. Nam sive argumentum inde peti velis; quia Christum colunt Christiani, vero simile fiet cultum etiam ab eisdem Peregrinum: quamvis enim dispar sit, longe dispari causa, nescivere id Ethnici, similemque ab omni parte putarunt. Sive rem quasi in medio relinquens, id saltem de Christianis asserere, in alio factitatum, voluerit; & sic etiam optime sibi constat oratio. Duplicem autem hunc vocis γοῦν usum, apud nostrum, ne longius abeam, facile in iis locis deprehendes quae numeri sequentes indicabunt (Θυσ. c. 1. ἀλ. c. 14. & Κρον. c. 4. & alibi passim.) Nihil ergo a nexu cum praecedentibus laborat hic locus. An & sequentia apte cohaereant, restat ut expendamus. Negotium autem facessere videtur, quod mox ab exemplo Christi a suis culti ad historiam Peregrini rediens sic infit; τότε δὴ καὶ συλληφθεὶς ἐπὶ τούτου &c. Quae verba qui festinantius legunt, mox aliquid desiderant, ad quod illud ἐπὶ τούτου referatur; quasi de Peregrino facinus aliquod insigne narrasset, quod simul cum aliis nonnullis (de Christo, ut ille suspicatur) e medio sit a superstitiose piis hominibus sublatum. Verum ut non abnuo, in aliis scriptoribus talia ab iis, quos dixi, male feriatis hominibus designata, quorum opera prorsus e medio sustulerunt, aut manca, imo & quaedam dolo malo subfarcinata, reliquerunt; ita hic sane nihil tale patratum pertendo. Nam quod illud ἐπὶ τούτου, ad scelus aliquod Peregrini, quod nunc exciderit, referri volunt, mox diluemus. Quaestionibus de Christianis habendis uno opus erat hoc crimine, si *Christiani* deferrentur; seu quod adeo invaluissent calumniae, quibus nefanda vulgo perhibebantur inter se scelera patrare; seu quod religionum ubique receptarum subversio, & adeo atheismus falso iis affictus, omnia exsuperans scelera, nefas habebatur. Consule, si lubet, de calumnia quam dixi, *Min. Felicem.* De quaestionibus vero, Plinii *epistolas.* Ἐπὶ τούτου, ergo & hic id solum designat quod supra dixit, nempe quod Christianus & Christianorum doctor maximi nominis: quod per se jam liquidum, ex abundanti tamen lubet confirmare ex sequentibus; dimissus enim a Syriae Praefecto Peregrinus dicitur, quippe cui nihil aliud, quam quod Christianus esset, crimini tunc datum est. *M. du S.*

Τὸν μάγων γοῦν] Non apparet mihi hic lacunae indicium. Particula γοῦν commode lectorem revocat a Peregrino ad ea, quae de Christianis dicere Lucianus voluit. Et quid poterant eradere homines magis contumelioſum his, quae adhuc legimus? Caeterum viderint, qui possunt, an non μάγων hic dederit Lucianus, sed μάγον, pervulgatum crimen, a Judaeis ortum, ut alia. *J. M. G.*

48. Οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποιούμ. τὸ πρ.] Quam observantes fuerint praecepti, quod Apostol. I. ad *Hebr.* XIII. 3. verbis, μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι, dedit, luculentissimo hic Lucianum declarare testimonio, monet Rev. *J. Elsn.* in Obs. Philol. ad h. l. N. T. Conf. & c. 16. hujus Narrationis. *J. F. R.*

49. Πάντα ἐκίνουν] Subaudi λίθον. *F. G.* Nam πάντα λίθον & πέτρον κινεῖ esse Proverb. a Graecis ortum, vid. in *Erasmi* Chiliad. p. 120. Sed & κινῶ pro moliri, tentare, in aliis locutionibus usitatum, ut κινῶ τέχνην, *artem adhibere*, *Aphthon.* Fab. 4. pro *admonere* Noster *Asin.* c. 48. Κινῶ παιδευτὴν. *Magistrum urgueo*, *Liban.* Ep. 18. *J. F. R.*

54. Γραῖδια, χῆρας τινὰς] Duplex hic, & utrumque sane insigne, Christianae tum fortitudinis tum charitatis, documentum ex ipso inimicorum ore audis. Haud exiguum enim erat periculum, cui se sic offerebant Christiani, cum Christianum esse vulgo capitale esset. Immemores tamen periculi accedebant, pars audituri docentem, alii consolaturi, aut necessaria praebituri. Ut nisi superstitio mentes excaecasset, laudaturi fuissent vel ipsi Ethnici Religionem Christianam, quae quod ipsi in perquam paucis, iisque exi-

miis

ministerium omne reliquum non obiter, sed summo studio peragebatur. Et mane quidem statim videres praesto esse ad carcerem vetulas, viduas quasdam & orphanos. Qui vero honoratiores illorum, ii etiam corruptis carceris custodibus intra apud istum pernoctabant. Deinde coenae inferebantur collaticiae, & sacri illorum libri recitabantur, & praeclarus ille Peregrinus (hoc enim adhuc tum nomine censebatur) novus ab illis dicebatur Socrates.

τον, ἤγε ἄλλη θεραπεία πᾶσα ὑπαέργως ἀλλὰ ξὺν σπουδῇ ἐγίγνετο· καὶ ἔωθεν μὲν αὐθις ἦν ὁρᾶν πρὸ τῷ δεσμωτηρίῳ πρεσβυτέρους γραΐδια, χήρας τινὰς, καὶ παιδία ὀρφανά· οἱ δὲ ἐν τέλει αὐτῷ καὶ συνεχάθευδον ἔνδον μετ' αὐτοῦ, διαφθείροντες τοὺς δεσμοφύλακας· εἶτα δεῖπνα ποικίλα εἰσεκομίζετο, καὶ λόγοι ἱεροὶ αὐτῷ ἐλέγοντο, καὶ ὁ Βέλλιος ὁ Περεγρῖνος (ἔτι γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο) καινὸς Σωκράτης ὑπ' αὐτῶν ὠνομάζετο.

Καὶ

miis amicis, mirati sunt, vilissimorum in speciem hominum mentibus Fortitudinem tantam, tantamque amicitiam ingeneraverit. Vide quantis ipse Lucianus officia ejusmodi amicis praestita in suo *Toxari* laudibus extulerit! Qui fit, ut quae in aliis admirantur, in aliis rursus rideant & exsibilent? Summique heroes videantur qui amico in carcere adsint malorum participes, Christiani, eadem aut majora praestantes, dementes habeantur? His autem lectis, quis vecordiam nuperorum quorundam hominum satis mirari possit, qui inter alias multas ejusdem farinae Calumnias, hanc Operi suo inseruerunt, *Quod Christiana Religio nullibi ad Amicitiam hortetur?* Vetulae autem, quas memorat, *Diaconissae* videntur fuisse, de quibus consule *G. Cavum* in libro quem *de primis Christianis* scripsit, quique omnium manibus merito teritur p. 246. Adde *Orig.* c. Cels. II. p. 141. & 144. *M. du S.*

57. Δεῖπνα ποικίλα] Quas coenas vocat varias? an dapsiles, opiparas, & quas Terentianus parasitus, &, post illum, *Horatius*, dubias appellat? Nil tale. Δεῖπνα ποικίλα nil aliud sunt, quam quod primi Christiani ἀγάπας vocitabant; *coenas sacras* recte, opinor, dixeris. Cur autem sit ita intelligendus hic locus, perquam facile potest demonstrari vel hoc uno argumento, quod mox subjungit, καὶ ἱεροὶ λόγοι αὐτῶν ἐλέγοντο, *Sacras ibi conciones habitas fuisse.* Notandus hic locus ab iis fuerat, qui de nascentis Ecclesiae temporibus scripsere. Ridicule vero *Baronius*, qui, dum de Peregrino ageret, vertit, *omnis generis coenas dubias. T. F.*

Δεῖπνα ποικίλα] De Christianorum Agapis haec vulgo intelliguntur: merito; si simul observetur, oratorem illum Lucianeum seu Lucianum ipsum sub larva illa, in malam id trahere partem, quippe cui non satis perspecta Christianorum instituta essent. Arrepta ergo *epularum* occasione, in *comessationes* mox, qui carpendi erat animus, verterit; & nimis laute habitum ab iis Peregrinum palam narrat. Quod a *Baronio* rite observatum qui carpunt, nae illi in clara luce caecutire censendi sunt. Frugi, omnino, sobrii, minimeque luxui dediti primaevi illi Christiani fuere; quis dubitet? At hic, quisquis est, nimis lautos fuisse etsi falso asserat, ut non asseruerit, nemo efficiet. Non secus ac si castam aliquis, homo nequam, stupri insimulaverit; probam, pudicamque esse evincas, mendacii arguas hominem: non ideo efficies, ut ille pudicam castamque dixerit. *Tertullianus* (ad Martyr. c. 1.) alimenta memorat a fidelibus ad eos missa. Quin *Julianus* ipse Apostata (apud *Sozom.* V. 16.) Epistola ad Arsacium Sacerdotem Galatiae αἰσχρὸν γὰρ, εἰ τῶν μὲ Ἰουδαίων οὐδεὶς μέλεται, τρέφουσι δὲ οἱ δυστυχεῖς Γαλιλαῖοι πρὸς τοῖς ἑαυτῶν & τοὺς ἡμετέρους. (Cit. *Vinding.* p. 12.) *M. du S.*

Δεῖπνα ποικίλα] Agapas', adferente unoquoque aliquid, quod una consumerent: hinc ποικίλα, non a luxu. *J. M. G.*

58. Λόγοι ἱεροὶ αὐτῶν] Latius haec verba patent; nec sermonem tantum aut inter familiares solitas confabulationes notant, sed cultum religiosum Luciano alibi etiam designant. (V. *de Dea Syr.* c. 11. ubi *mysteriosum.*) De Christianis itaque hoc loco dicta, sermones primo cognotent necesse est, quibus spem vitae melioris alunt, patientiam, fortitudinemque iis dignam, quos Deus suos agnoscat, ingenerent. Deinde preces, hymnos, verbi Divini meditationes, caeteraque quibus, orationis ope, cultus continetur divinus. His solabantur scilicet Christi causa vinctos; his taedium carceris fallebant. Quo quid praestantius aut laudabilius excogitari potuit? Quid insignius Socratis habuit carcer, Paganismi totius admiratio? Quod ergo huic unico Philosopho eximium fuit, id a Christianis vulgo factitatum videmus; tantoque praestantius, quanto quae hi de immortalitate animae, beatitudineque futura afferebant, certiora iis & majora, quae ille in hanc rem disserebat, fuerunt. At eodem loco habet ridetque Epicureus & Socratem & Christianos. Adde quod Peregrinus iste impostor erat insignis. Sed cur hoc Christianis crimini detur, nulla ratio est. Quasi vero nunquam alias bonis verba dederint callidi & sceleste homines? Nec diu tamen eos, ut ex sequentibus patebit, fefellit. *M. du S.*

59. Ἔτι γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο] Postea enim Proteus pro Peregrino dici coeptus, & adoptivo cognomine venerabilior factus, & quodammodo Σωτήρ. *T. F.*

60. Καινὸς Σωκράτης] Vix quisquam factum credet, qui Christianos illius aetatis norit, qui suos martyres confessoresve longe Philosophis praestantiores ducebant.

Καὶ μὴν ἡ Τ ἐν Ἀσίᾳ πόλεων ἔστιν, ὧν ἦκόν τινες τῶ Χριστιανῶν ἄγγελόντων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, βοηθήσοντες, καὶ ξυναγορεύσοντες, ἢ ὠφελησόμενοι τὸν ἄνδρα. ἀμήχανον δέ τι ὅσον τὸ τάχος ἐπιδείκνυνται, ἐπειδάν τι τοιοῦτον γένηται, δημόσιον. ἐν βραχεῖ γὰρ, ἀφειδῶσι πάντων. καὶ δὴ καὶ τῷ Περεγρίνῳ πολλὰ τότε ἦκε χρήματα παρ' αὐτῶν ὅτι προφάσει τοῦ δεσμοῦ, καὶ πρόσοδον οὐ μικρὰν ταύτην [a] ἐποιήσατο. πεπείκασι γὰρ αὐτοὺς

13. *Quin etiam ex Asiaticis quibusdam urbibus, Christianorum missu publico, venere quidam, adjuturi virum, & advocati ejus futuri, consolaturique. Incredibilem enim alacritatem ostendunt, si quid tale fiat publice. Ut enim breviter dicam, nulli rei parcunt. Itaque etiam Peregrino tum multae ab illis venere vinculorum causſa pecuniae, eumque reditum habuit sibi non mediocrem. Persua-*

se-

a Ἐποιήσατο] Ἐποιήσαντο Edd. male.

bant. Sed viro alioquin erudito & eloquenti in mentem non potuit hic non venire Socrates; cujus comparatione apud Ethnicos homines haud magno conatu risum erat in Peregrinum conflaturus. *M. du S.*

62. Τῶν ἐν Ἀσίᾳ πόλεων] In Syria erat Peregrinus in vincula conjectus, ut liquido patet ex c. 4. & 11. & mox a Syriae Praefecto emissum audies: quod ideo observo, ne quem itineris ab eis ea causa susceptii fugiat magnitudo, utque, quae deinde de Christianorum celeritate & in universum cura adduntur, melius intelligantur. *M. du S.*

63. Ἀπὸ τοῦ κοινοῦ βοηθ.] Nihil sane magnificentius de Christianorum charitate praedicari potuit, cujus cura ac solicitudo non corpori tantum, etsi corporeis etiam necessitatibus subvenit, sed animo potissimum consulit; quem ratione & consolationibus adversus mala instruit & armat. Quin, quod majus est, ex ore hoc audis hominis id ipsum agentis, ut cum Peregrino Christianos ludum jocumque habeat. Pausanias in *vita Aristomenis* eadem ferme verba usurpat p. 236. Ed. Ox. *Corn. Nep.* cui ea vita subjuncta est. ἄνδρας δὲ Τ ἐν τέλει πέμψαντες Θεμιστίας. &c. *Praemissis civitatum Principibus, qui socios consolarentur.* *M. du S.*

65. Ἀμήχανον] Hoc propter susceptum ab iis iter tam longum nunc addit; ut facilitatem Christianorum, ad suam historiam magnopere facientem, ostendat. Qua in re, dum prae studio detrectandi, ut fit, res in medio positas male interpretando corrumpere enixissime conatur, eximium imprudens Christianorum decus praedicat; & *ut sapere videatur, coelum ipsum*, ut ait ille, *vituperat.* *M. du S.*

67. Γίνηται, δημόσιον] Commate haec distinxit *Solan.* quod aberat ab Edd. *J. F. R.*

Ibid. Ἐν βραχεῖ γὰρ ἀφειδοῦσι πάντων] *Illico enim nulli rei parcunt.* Interp. Male. Vertendum enim fuerat: *Nam, ut paucis absolvam, nulli rei parcunt.* Id παιδιρίων ἔνιοι monemus, nisi tamen ipsi per se viderent. *T. F.* Ego commate post γὰρ addito sensui consului. *J. F. R.*

70. Πρόσοδον οὐ μικρὰν ταύτην ἐποήσαντο] Corruptus locus, sed qui facile potest emendari. Legi quippe debet, ἐποήσατο, referrique ad Peregrinum, qui ex Christianorum caritate *lucrum uberrimum fecit*; cujus causam mox affert, πεπείκασι γὰρ, &c. Cum haec scripsissem, animadverti, non aliter fuisse in codice veteris interpretis: vertit enim, *nec vulgarem rerum proventum lucrifaciebat.* Viden' tu interpolatio quid faciat? *T. F.*

71. Ἐποιήσαντο] Corrige ἐποιήσατο. *F. G.*

Ἐποιήσατο] Emendationem *T. Fabri* ut necessariam in textum admisimus. Quid enim est, quod omnes Libri nostri praeferunt ἐποιήσαντο? *M. du S.*

Ibid. Πεπείκασι γὰρ &c.] Christianorum dogma. *F. G.*

Πεπείκασι] Christianos hucusque levi quasi armatura adortus, totis jam viribus cominus aggreditur; quippe quos primo dementes ac furiosos; mox callido & nequissimo cuique ad fraudem patentes facit. Incipit jam hinc totius Antiquitatis Ethnicae gravissima in speciem Christianorum insectatio, re ipsa praestantissimum testimonium. Quae enim duo ut dementiae stultitiaeque summa proponit argumenta, ea ipsa, rem recte putantibus, summa laus & eximia videbuntur merito sapientia. Prius enim illud de Fide Christianorum quantum sit vide; quos ait *mortem ideo contempsisse.* Non id agam sane nunc, ut Fidei nostrae sanctissimae certissimaeque fundamenta, quam solide jacta sint, ostendam: majoris id quam harumce notarum est molis, neque hujus instituti; id modo mecum observes velim, nihil a nostris magnificentius de Fide, Patientia, ac Fortitudine suorum unquam dici aut praedicari potuisse, quam ea sunt quae huic veritatis extorsit vis, cum dicit *adeo mente captos, ut mortem immortalitatis spe contemnerent, eique ultro ferre sese offerrent.* (Hujus Constantiae meminit & *Plinius* ad Trajanum X. & Antoninus etiam Imp. apud *Euseb.* IV. 13. Nostros enim hic non allegabimus.) *Vinding.* p. 13. *M. du S.*

74. Ἐκόντες ἑαυτοὺς ἀποδίδοασιν] Martyres nostros designat, quos Epictetus vel Arrianus ajebat id facere ὑπὸ μανίας ἢ ὑπὸ ἔθους; quos enim ibi Galilaeos vocat, nullus dubito quin sint Christiani, lib. IV. c. VII. *T. F.*

Ἐκόντες] Non itaque verbis tantum, ut vani Sophistae, & ipsi graviores Philosophi, contemptum mortis prae se ferebant; quorum pauci cum in rem praesentem ventum est, erectum illum atque imper-

ter-

ſerunt enim ſibi miſeri in univerſum quidem ſe futuros eſſe immortales, & perpetuo tempore victuros: unde etiam contemnunt mortem vulgo, ſuaque ſe ſponte occidendos praebent. Deinde vero primus illis legiſlator perſuaſit, omnes eſſe invicem fratres, poſtquam ſemel transgreſſi, Graecos Deos abnegaverint, adoraverint autem affixum illum cruci ſuum Sophiſtam, atque ex ipſius legibus vivant.

οἱ κακοδαίμονες, τὸ μὲν ὅλον ἀθάνατοι ἔσεσθαι, καὶ βιώσεσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον. ὅθεν ὁ καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου, καὶ ἑκόντες [b] αὐτοὺς ἐπιδιδόασιν οἱ πολλοί. ἔπειτα δὲ ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος ἔπεισεν αὐτοὺς, ὡς ἀδελφοὶ πάντες εἶεν ἀλλήλων· ἐπειδὰν ἅπαξ παραβάντες, θεοὺς μὲν τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀπαρνήσωνται, τὸν δὲ ἀνεσκολοπισμένον ἐκεῖνον σοφιστὴν αὐτὸς προσκυνῶσι, καὶ κατὰ τοὺς ἐκείνου

[b] Αὐτοὺς] Ἑαυτοὺς *Fab.* Αὐτοὺς Edd.

78. Τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀπαρνήσωνται] Μικρὰ κεφαλὴ, ὦ πρὸ βραχέος αἰτοὺς ϵ ταύρους * καὶ χρυσοῦς θυσιῶν ϵ ὁρμων ἀξίους, καὶ μὲ ϵ τ ἄλλον ὃν κατέχεας λῆρον περὶ τ † Ἑλληνικῶν θεῶν, νῦν τοὺς τοιούτους οὐκ ἀξίους φῆς παραβάσεως. *V.*

79. Τὸν δὲ ἀνεσκολοπισμένον] Οἷα ληρεῖς, ὦ κατάρατε, κατὰ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ; ὃς ‡ σε ϵ τούτοις ἔνικεν, § ἀθανάτου δοξάσαι κολάσει, ὡς ¶ δοξάζεται, καὶ τὰ ἡμέτερα ἀφυρόεντα. ὦ τ ἀπεράντου συγχύσεως ϵ βδελυρίας πάσης γεμούσης εὐτραπελίας, μιαρὲ, καὶ ἀκάθαρτε, ἀλλότριε τ ζωῆς, καὶ μέτοχε τ αἰωνίου κολάσεως. *V.*

* Καὶ χρυσοῦς θυσ.] [Haec corrupta cenſeo. Reſpicit autem inprimis c. 5. θυσ. *M. du S.*

† Ἑλληνικῶν Ἑλλανίων. V.

‡ Ὃς σε] Σε huc inſeruit *Solan.* cum id ante editum legeretur poſt ἀθανάτου.

§ Ἀθανάτου — κολάσει] Ἀθανάτου - κολάσιος V.

¶ Παραβάτην &c.] Παραβάτη - διεσύρθη V. Sed emendationem primi Editoris ſecutus ſum. *M. du S.*

territum obtinuerunt animum. Non ita, inquam, Chriſtiani; apud quos mortis contemptus ex ipſa morte conſpiciebatur, non ex ſermonibus orationibusve ad pompam fere & a periculo procul habitis: quibus ſcilicet inimicorum inſana & impotenti prorſus rabie, ſupplicia omnisque generis tormenta imminebant. His non delati ſolum ac deprehenſi cervices alacriter ſubdebant; facile, ſi libuiſſet, abnegando Chriſtum ſubtracturi; verum reperti etiam qui ſeſe morti ultro, ut hic vere ait, offerrent. Cujus rei exempla apud Chriſtianos qui illius aetatis hiſtoriam proximi ipſi ſcripſere, invenias non pauca; unum tamen in his eximium, ad quod reſpexiſſe hunc noſtrum putem, narrat in *Apologia priore*, (anno uno aut altero ante hoc opus edita) *Juſtinus Martyr*, quem vide. De eodem argumento conſule etiam *M. Aurelium Anton.* XI. 3. & in eum locum *Gatakeri* notas, qui ex *Clemente Alex.* alluto loco probare nititur, hoc ab iis factitatum quos Eccleſia ut temerarios reſpuebat. Sed caute hic, ſi usquam alibi, judicandum cenſeo: ut enim temeritatis culpa abſolvi non poſſe arbitror, qui ſe ultro, nulla cogente neceſſitate, morti offerant: ita, ut heroicam quorumdam non poſſum quin ſuſpiciam fidem, qui ſe palam Chriſtianos, nullo cogente, profeſſi ad ſupplicia mox rapti ſunt. *M. du S.*

75. Ἔπειτα] Quemnam voluerit *primum Chriſtianorum Legiſlatorem* eſſe, qui verba hic facit, aut ſub ejus perſona Lucianus, haud multum ſane noſtra intereſt; cum utrique parum nota fuerit Chriſtianorum diſciplina. Sive enim *Moſem* ſive *Chriſtum* innuere voluerit, quos ſolos Legiſlatores agnovere unquam Chriſtiani, aut imperitum ſe prodiderit, aut ſibi non ſatis conſtabit. Moſes enim *pro fratribus habendos* eos ſolos ſancivit, qui ex eodem genere oriundi, aut, per circumciſionem aliosque Chriſtianis jam abrogatos ritus, inſititii eſſent: Chriſtus autem hujus dogmatis *verus Auctor*, idem ille eſt qui adorandus Chriſtianis proponitur; cum ille diverſos faciat. Unde & nonnullis Paulum deſignare viſus eſt. Sed fruſtra laborant qui quod neſcivit qui dicebat, facere volunt ut ſciverit. Sed pergamus. Chriſtianorum eam fuiſſe dicit diſciplinam, ut ſe pro fratribus mutuo haberent, idque legiſlatoris ſui, quisquis demum ille fuerit, charitatis mutuae jactum fundamentum. Hoc qui ait fando inaudierat; ut fors tulit, veriſſime. Quid dixerit vides: quid veri ſubſit minime monendus, quisquis Chriſtianus haec legis. *M. du S.*

Ibid. Ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος] Quis hic primus legiſlator Chriſtianorum? ipſemet Chriſtus, inquies. At non ita ſentit Lucianus. Quippe legiſlatorem hunc alium eſſe vult ab ἀνεσκολοπισμένου ἀνδρὸς, quod ſane in primis conſiderandum videtur. Paulum Apoſtolum deſignari exiſtimo, rationibus iis adductus, quae neminem latent, hac etiam non leviter commotus, quod toties apud Paulum fratrum appellatio, qua de hic agitur, occurrit. Aliud ſi intelligat Lucianus, fortaſſe alluſerit ad aliquod Pſeudo-Euangelium, ex eorum numero, quorum nomina, & aliquando teſtimonia, memini me apud Epiphanium legere. *T. F.*

78. Παραβάντες] Quid facias homini ſibi tam turpiter obloquenti? En tibi Lucianum illum, tam acrem Deorum ſuorum in omnibus opuſculis inſectatorem, nunc ſub neſcio cujus perſona Chriſtianos in invidiam ſummam idem ob factum adducentem? *M. du S.*

79. Ἀνεσκολοπ. — σοφιστὴν] Duplex his verbis crimen continetur; quod *ſophiſta*, quod *ut maleficus crucifixus*. Ad prius quod attinet; toto coelo, quod ajunt,

ἐκείνῳ νόμῳ βιῶσι. καταφρονοῦσιν οὖν ἁπάντων ἐξίσης, καὶ [a] κοινὰ ἡγοῦνται, ἄνευ τινὸς ἀκριβοῦς πίστεως τὰ τοιαῦτα παραδεξάμενοι. ἢν τοίνυν παρέλθῃ τις εἰς αὐτοὺς γόης, καὶ τεχνίτης ἄνθρωπος, καὶ πράγμασι χρῆσθαι δυνάμενος, αὐτίκα μάλα πλουσίως ἐν βραχεῖ ἐγένετο, ἰδιώταις ἀνθρώποις ἐγχαιρών.

Quare omnia reliqua aeque contemnunt, & arbitrantur communia, quae quidem nullo idoneo argumento receperunt. Si quis ergo ad illos veniat impostor, & callidus homo, & uti rebus qui sciat, ilicet brevi statim tempore dives factus homines imperitos albis dentibus deridet.

Πλὴν ἀλλ' ὁ Περεγρῖνος ἀφείθη ὑπὸ τοῦ τότε τῆς Συρίας ἄρχοντος, ἀνδρὸς φιλοσοφίᾳ χαίροντος, ὃς συνεὶς τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ, καὶ ὅτι δέξαιτ' ἂν ἀποθανεῖν, ὡς δόξαν ὅτι τούτῳ ἀπολίποι, ἀφῆκεν αὐτὸν,

14. *Verum Peregrinus ab eo, qui tum praesidebat Syriae, dimissus est, viro, qui philosophiam amaret, quique intellecta istius amentia, eumque mortem optaturum, uti famam eo nomine relinqueret, hominem, ne di-*

[a] Κοινὰ] Sic & *Fl.* cum cett. Κενὰ *T. Fab.* male.

ajunt, errat Orator iste, qui *Sophistae* titulum Christo affingat, ab iis artibus alieniſſimo, quibus Sophistarum natio hominibus imponit: nec doctus, nec eruditus humanave facundia spectandus noster Jesus fuit, ut in invidiam hac de causa adducatur. At id cum ignorarent isti, simulque Christianis orbem jam plenum conspicerent, nec qua ratione tot hominibus persuaderi doctrina, a recepta immane quantum abhorrens, intelligerent, ad id quod promptum erat decucurrere, ut dicerent Auctorem illius doctrinae *Sophistam insignem*. Quibus si notior paulo fuisset, miracula potius, quibus fere suam invexit religionem, carpenda fuissent: carpendae prophetiae, quarum implemento se Messiam esse, tot ante seculis humano generi a Deo promissum, demonstravit: carpenda praeceptorum sanctitas, quae, lenociniis verborum procul, mentes hominum suo splendore illustrat & trahit. Haec Celsus aliique, sed frustra, tentarunt, a Christianis doctoribus solidissime, & a rebus ipsis refutati. *M. du S.*

82. Κοινὰ ἡγοῦνται] Etsi verti potest, eo significatu accipiendo κοινὸς, quo locis aliquot novi foederis usurpatur, mihi tamen ipse probat emendatio, nempe κενὰ ἡγοῦνται, *vana & futilia esse existimant*. Neque enim Graeci, quod quidem commemineri, ita usurpant κοινός. *T. F.*

Κοινὰ ἡγοῦνται] Hujus loci sensum, scripturaeque hujus veritatem jam pridem in dissertatiuncula asseruì, quam *de stylo novi Testamenti* in Academia Franequerana editam, aliis ejusdem argumenti adsuere dignatus est Cl. *Jac. Rhenferdius* in eo *syntagmate*, quod ejus opera an. 1701. prodiit. Quo cum amandare lectorem possem, ne tamen hac in parte operam nostram desideret, in pauca conferam quae fusius illic a me sunt jam dudum observata. De emendatione, ut vides, cogitavit *Tan. Faber*; quibus inductus rationibus, vix satis adsequor; nihil enim huic loco voce κοινὸς convenientius. Missio namque priore illo accusationis capite, ad posterius se jam accingens, a legislatore monet edoctos Christianos, sese mutuo *pro fratribus* habere. *IDCIRCO*, inquit jam, *omnia contemnunt*, (sua bona, scilicet, suas facultates) & eadem illa omnia *COMMUNIA habent* vel *ducunt* (ut inter *fratres* decet.) Egregium sane encomium primis illis Ecclesiae temporibus debitum, & ab infensissimis Christianae Religionis hostibus vi veritatis extortum. Agnoscis jam germanam eorum progeniem, quos in *Act. Apost.* II. 44. *omnia habuisse communia* legis. (Inter Ethnicos primus Pythagoras κοινὰ τὰ τῶν φίλων esse pronuntiavit, & reapse inter suos comprobavit. Vide *Porphyr.* No. 33.) At in sequiorem id mox partem insectator trahit noster, cum continuo ait; *si itaque transeat ad ipsos impostor, callidus, versutus, quique foro sciat uti & suis consulere rebus, repente dives fiet, usus hominibus facilibus, largis, & simplicibus*. Quae cum ita sint, & omnia usque adeo liquida & aperta, quid emendatione opus fuit, qua depravatur textus, non juvatur? Fuit etiam repertus qui vocem κοινὸς hoc in loco de *impuritate* contenderet intelligendam. Quo quid absurdius aut insscitius excogitari possit, non video. In G. tamen Pasoris codice qui forte ad manus pervenit meas, notatum video, κοινὰ *impura*. Hujus discipulus *Pfochenius* arripuit. Sed his missis de re ipsa vide *Just. mart.* dial. cum Tryph. 308. *M. du S.*

Κοινὰ ἡγοῦνται] Propter spem immortalitatis, propter amorem mutuum, *contemnunt reliqua*, opes, divitias, & *communia putant*, ut aquam, ut aërem. Nimis nota est vetus illa bonorum communio, nimis aperte eodem referuntur sequentia, quam ut vel de illa Hellenistica notione τῷ κοινῷ h. e. *profani*, vel de emendatione in κενὰ, in mentem venire nobis debeat. *J. M. G.*

Ibid. Ἀνδ τινὸς ἀκρ. πίστ.] Christianorum tam effusam in suos beneficentiam cum elevare aliter non posset, stultam fuisse ex eo ostendere conatur, quod quae-

dignum quidem poena ratus, dimisit. At ille in patriam reversus deprehendit flagrantem adhuc illam de patre interfecto famam, & multos accusationem intentantes. Verum etiam pleraeque ipsius opes per illam peregrinationem direptae fuerant, solis relictis agris quindecim circiter talentorum. Tota enim, quam reliquerat senex, substantia triginta forte talentorum fuerit; non quinquies mille, ut ridiculus iste dixit Theagenes. Tanti enim nec universa Parianorum urbs, si vicinas sibi quinque alias assumat, forte vendatur, ipsis cum

ὑδὲ τ κολάσεως ϛ παλαιῶν ἄξιον. ὁ δὲ εἰς 95 τ [b] οἰκείαν ἐπανελθών, καλαλαμβάν τὸ ϖερὶ τῦ ϖατρῴυ φόνυ ἔτι φλεγμαῖνον, ϗ ϖολλὰς τὰς ἐπαναλειυομένας τ καθηγορίας. διήρπαστο δὲ τὰ ϖλεῖστα τ τ κτημάτων ϖρὸ τ ἀποδημίαν αὐτῦ, ϗ μόνοι ὑπελείποντο οἱ ἀγροὶ ὅσον εἰς ϖενταικαίδεκα τάλαντα· ἦν γ ἡ ϖᾶσα ὐσία τριάκοντά ϖου ταλάντων ἀξία, ἣν ὁ γέρων κατέλιπεν, ὐχ ὥσϖερ ὁ ϖαγγέλοι Θεαγένης ἔλεγε, ϛ ϖεντακισχιλίων. τοσύτυ γ ὐδὲ ἡ ϖᾶσα τ Παριανῶν ϖόλις, ϖέντε σὺν αὐτῇ τὰς γειτνιώσας ϖροσλαβῦσα, ϖραθείη ἄν, αὐτοῖς ἀν-

[b] Οἰκείαν] Sic Mſ. RG. Οἰκίαν Edd.

6. Τῶν Παριανῶν πόλις] Παριανὸς ὡς ἔοικεν Περιηγητ, ἀλλὰ Πάριος τ ἦσυ. V.

quaeſtoribus aerarii ſui temere pecuniam publicam committant, nec ſatis ſibi ab eorum fraude caveant. Qua in re quamquam a Chriſtianis peccatum fuiſſe nullibi lego, caviſſe tamen videntur Apoſtoli ne committerent ut huic crimini unquam ipſi paterent, cum menſarum a ſe ablegata cura, verbi ſibi ſolius miniſterium reſervarunt; Eccleſiisque, ut ſibi viros quam probatiſſimos in eam rem quaeque praeficerent, auctores fuerunt. V. *Act.* VI. V. *Celſ.* ap. *Orig.* I. 8. & *Cav. Praef.* a 3. *M. du S.*

86. Αὐτίκα μάλα ϗ βραχεῖ] Nemo non videt iſtud ϗ βραχεῖ poſſe eſſe gloſſema τῦ, αὐτίκα μάλα: ſed ut Graeci dicunt αὖ πάλιν & βάσκ' ἰδι, &c. ita hoc quoque ſtare poteſt. *T. F.*

87. Ἰδιώταις ἀνθρώποις ἐγχανὼν] *Simplicibus hominibus inhians*, ait Interpolator, ſed plane ſimpliciter. Vertere enim debuerat, *Simplices homines illudens.* Ita *Ariſtophanes* ϗ Νεφέλαις.

Μάτην ἐμοὶ κεκλαύσετ, ϗ σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξει.

quo loco quia, ſi ſatis memini, nil Graecus Scholiaſtes dixerat, turpiter vero ſe dedit *Nicodemus Friſchlinus, tum neque a me flebitur, tu vero morieris ore hianti.* bis peccat. Verte. *Fruſtra ego tum flevero, tu enim me illuſo morieris.* Locum ipſum adire operae pretium erit. Eum ſi legiſſet *H. Stephanus*, non credidiſſet lexicographis quibusdam male conciliatis, imo eos refutaſſet. Ceterum non hic tantum ea vox eſt ab *Ariſtophane* uſurpata, ſed in Ἱππεῦσι quoque tribus ante act. v. verſibus,

— ἐγχανεῖται τῇ πόλει.
— *urbem illuſerit.*

ubi Schol. ἐνυβρίσει. Iterum ϗ Σφηξίν.

Κ' ὐκ ἐγχανεῖται —

Scholiaſtes ἐγελάσει. Ita enim uſurpaſſe τὸ ἐγχάσκω arbitror. Locus non ſuccurrit. Cæterum interpretem depravavit interpolator; ille enim ſenſum viderat. *Quippe qui*, ait, *hominum idiotarum ſimplicitate abuti queat.* Eat nunc juventus & ſpecioſae librorum fronti credat. *T. F.*

Ibid. Ἐγχανὼν] Credebam olim eodem ſenſu hic uſurpaſſe, quo N. Δ. VI. ἀκκοπρίοις ἐπιχαίνετε dixit, & hic ἐπιχανὼν ſcribendum eſſe; ſed emendatione opus non eſt, vide quid ex *Ariſtophane* ad eam rem attulerit *T. Faber*, & confer Μισ. c. 14. ἀπιστί σοι πλατὺ ἐγχανών, emuncta ſc. pecunia. *M. du S.*

94. Οὐδὲ τ κολάσεως] Humanitati Praeſidis tribuit, quod fortaſſe reſcripto imperatoris referri debuit. Conſule *Euſeb.* IV. 13. qui mihi ad manum nunc non eſt. *M. du S.*

95. Οἰκίαν] In Mſ. Cod. Bibl. Reg. legitur planiſſime, οἰκείαν, *patriam*, ſcil. γῆν. *T. F.*

Οἰκίαν] Ex Mſ. Reg. G. In Impreſſis enim omnibus erat οἰκίαν. Vid. c. 30. *M. du S.*

6. Παριανῶν πόλις] Στέφανος. Πάριον, πόλις ϗ Ἑλλησπόντυ &c. τὸ ἐθνικὸν Πάριος. ὁ πολίτης Παριανός. *F. G.*

Παριανῶν πόλις] Peregrini haec itaque patria, quod & *Athenagoras* confirmat, quem vid. p. 72. & 73. & *Scaligeri* notas, ad *Euſeb.* Chron. p. 220. & 221. Ubi errat vir ſummus, dum oblatam eam Apologiam *M. Aurelio* & L. Vero adſtruere conatur; eo ipſo quo ſe Peregrinus combuſſit anno. Vid. Ἀλεξ. c. 2. Optime autem hic ridet magnitudinem ſummae a Theagene dictae, quae, ut ſupra monitum eſt, ad decies ferme centena millia librarum Anglicanarum redibat: cum verus ejus Cenſus octo ad ſummum millia efficeret. *M. du S.*

ἀνθρώποις, καὶ βοσκήμασι, καὶ τῇ λοιπῇ παρασκευῇ.

hominibus, & pecudibus, & apparatu reliquo.

Ἀλλ' ἔτι γε ἡ καταγορία καὶ τὸ ἔγκλημα θερμὸν ἦν, καὶ ἐῴκει οὐκ εἰς μακρὰν ἐπαναστήσεσθαί τις αὐτῷ. καὶ μάλιστα ὁ δῆμος αὐτὸς ἠγανάκτει, χρηστὸν, ὡς ἔφασαν οἱ ἰδόντες, γέροντα προπεμπόντες, ὅτως ἀσεβῶς ἀπολωλότα. ὁ δὲ σοφὸς οὗτος Πρωτεὺς πρὸς ἅπαντα ταῦτα σκέψασθε οἷόν τι ἐξεῦρε, καὶ ὅπως τὸν κίνδυνον διέφυγε. παρελθὼν γὰρ εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Παριανῶν (κόμα δὲ ἤδη, καὶ τρίβωνα πεπαρὸν ἠμπείχετο, καὶ πήραν παρήρτητο, καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἦν, καὶ ὅλως μάλα τραγικῶς ἐσκεύαστο.) τοιοῦτος ὢν ἐπιφανεὶς αὐτοῖς, ἀφεῖναι ἔφη τὴν οὐσίαν, ἣν ὁ μακαρίτης πατὴρ αὐτῷ κατέλιπε, δημοσίαν εἶναι πᾶσαν. τοῦτο ὡς ἤκουσεν ὁ δῆμος, πένητες ἄνθρωποι, καὶ πρὸς εὐνομίας κεχυμένοι, ἀνέκραγον εὐθὺς ἕνα φιλόσοφον, ἕνα φιλόπατριν, ἕνα Διογένους καὶ Κράτητος ζηλωτήν. οἱ δὲ ἐχθροὶ ἐπεφίμωντο. κἂν εἴ τις

15. *Verum tamen accusatio illa & crimen adhuc calebat, videbaturque futurum, ut non ita multo post aliquis contra illum consurgeret. Et maxime ipse indigne ferebat populus, bonum senem, uti dicebant, qui viderant, impie adeo periisse lugentes. At sapiens iste Proteus ad haec omnia videte quid invenerit, & qua ratione effugerit periculum. Progressus nempe in Parianorum concionem (jam autem comam aluerat, & pallium induerat sordidum, & suspenderat peram, & in manu fustis erat, & tragicum omnino habitum sumserat.) Sic ergo in conspectum illorum prodiens, permittere se ait, ut universa patris sui felicis memoriae substantia sit publica. Hoc ut populus audivit, homines pauperes & inhiantes largitionibus, statim exclamant,* Unum Sapientiae, unum patriae amatorem! unum Diogenis & Cratetis aemulum! *Inimicis autem os jam obturatum erat, & si quis caedis*

18. Παριανῶν] Πάριον urbs in Hellesponto. vid. *Steph.* περὶ πόλεων. *M. V. La Croze.*

19. Κόμα δὲ ἤδη] Corrupta esse haec verba existimo. Reliqua enim omnia Cynicum sapiunt, sola illa *coma* abhorret a reliquo cultu. In descriptione autem caetera huic simili cum χρῷ κυρίας differre dicitur, Δραπ. c. 27. cui statim additur σὺν γενείῳ βαθεῖ. Mox ibidem cap. 28. additur ἐκόμα δὲ καὶ τὸ γένειον ἐτίλλετο, sed ego levi mutatione scrupulum illum sustuli, dum, ut illic ostendam, doceo legendum esse ἐκόμα δὲ τὸ γένειον, καὶ ἐτίλλετο. Certe apud nullum scriptorem κομᾶν simpliciter prolatum de barba, quod hic oportuit, dictum invenietur. Apud *Xenoph.* quidem, quod huc apprime facere mihi videtur, haec verba extant p. Ed. *Steph.* 516. l. 15. πρὶν ἂν τὸ γένειον τῇ κεφαλῇ ὁμοίως κομήσῃ. Et hic itaque de barba aliquid additum oportuit, quod sine Mss. ope ut conjicere non adeo difficile est, ita cum aliqua audacia conjunctum, si frequenter id fiat, videri possit. De locis ex *Cynico* ad hanc rem spectantibus vide nos ad illius opusculi cap. 1. *M. du S.*

23. Ἀφεῖναι — τὴν οὐσίαν] Gymnosophistas aliosque, ut liberius philosopharentur, itidem interdum relinquere suas opes solitos, quod & discipuli Christi fecitarunt, ad *Evang. Matth.* XIX. 27. compluribus exemplis, non omisso hoc Luciani, probat Rever. *J. Elsner.* l. d. p. 90. 91. *J. F. R.*

24. Εἶναι] Ἀφεῖναι εἶναι. Hunc pleonasmum verbi εἶναι vide etiam supra *de Calum.* c. 20. & 16. Et *Pseudol.* c. 6. & 25. *Necyom.* §. 16. *Eustath.* ad *Hom.* Il. A. 20. *Hemst.* ad Judic. vocal. fin. *Diog. Laërt.* vit. *Plat.* p. 168. φάναι — ἰατροὺς εἶναι. *J. F. R.*

33. Ἐφόδια τοὺς Χρις. ἔχων] Quam memores Christiani fuerint hospitalitatis, ex acerbissimorum hostium *Juliani* & Luciani testimoniis adparere, tradit Rev. *J. Elsner.* in Ep. ad *Hebr.* XIII. 2. *J. F. R.*

34. Δορυφορούμενον] Ut Nigr. c. 14. & N. Δ. VI. sic etiam usus est *Philostratus* V. Soph. p. 582. in *Aristid.* *M. du S.*

Ibid. Ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις ἦν] Optime. Sed hinc emendandus locus qui in *Fugitivis* (c. 17.) occurrit, σὺν ἅπασιν ἀφθόνως βιοῦντας. leg. ἀφθόνοις. *T. F.*

Ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις ἦν] Conf. infra *Saturn.* c. 19. σὺν οἷς εἶην. *J. F. R.*

35. Εἶτα θεραπεύσας τι καὶ εἰς ἐκείνους (ὤφθη γάρ του, ὡς οἶμαι, ἰδίων τῶν ἀπορρήτων αὐτοῖς)] Impius Lucianus & qui Christianos saepe suggillat, licet eos & eorum legem sanctissimam non noverit. Hoc loco manifeste confundit Judaicos ritus cum Christianorum lege. Judaei enim erant ii, qui offendebantur quodam ciborum genere, at Christianis (ut Petrus Apostolus docet) cibi nulli polluti existimabantur. *J. P. a G.*

Ibid. Παρανομήσας] Tandem ergo vanum hunc & scelestum hominem deprehenderunt Christiani. *M. du S.*

36. Ὤφθη

dis injicere mentionem conaretur, lapidibus statim petebatur.

16. *Iterum ergo in aliud exilium atque errorem egressus est, satis luculenti viatici instar habens Christianos, quorum satellitio instructus copiis omnibus abundabat. Atque aliquamdiu ita alebatur. Deinde migratis etiam illorum legibus, visus enim, puto, fuerat prohibito illis cibo uti; cum non amplius eum admitterent, ad indigentiam redactus aequum censebat, retractata donatione, a civitate repetere bona sua: datoque libello recipere illa Imperatoris jussis postulabat. Deinde, missis contra ipsum a civitate Legatis, frustra fuit, jussusque in his, quae nemine cogente constituisset, manere.*

17. *Post haec tertia ab illo suscepta in Aegyptum peregrinatio ad Agathobulum, ubi admirabilem illam exercitationem suscepit, ut rasa dimidia capitis parte, oblita laeto facie, in multo circumstantium populo, fricando pudendo, illud quod indifferens ab istis vocatur,*

ἐπιχειρήσειε μεμνῆσθαι τοῦ Φίλου, λίθοις εὐθὺς ἐβάλλετο.

Ἐξῆλθεν οὖν τὸ δεύτερον πλανησόμενος, ἱκανὰ ἐφόδια τοὺς Χριστιανοὺς ἔχων, ὑφ' ὧν διαφορούμενος, ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις ἦν. καὶ χρόνον μέν τινα οὕτως ἐβόσκετο. εἶτα νομίσας τι καὶ ἐς ἐκείνους (ὤφθη γάρ τι, ὡς οἶμαι, ἐδίων τῶν ἀπορρήτων αὐτοῖς) οὐκ ἔτι προσιεμένων αὐτὸν ἀπορούμενος, ἐκ παλινῳδίας ᾤετο δεῖν ἀπαιτεῖν πάλιν τὰ τῆς πόλεως τὰ κτήματα, καὶ γραμματεῖον ἐπιδοὺς, ἠξίου ταῦτα κομίσασθαι, κελεύσαντος βασιλέως. εἶτα τῆς πόλεως ἀντιπρεσβευσαμένης, οὐδὲν ἐπράχθη, ἀλλ' ἐμμένειν ἐκελεύσθη, οἷς ἅπαξ διέγνω, μηδενὸς καταναγκάσαντος.

Τρίτην ὅπι τούτοις ἀποδημίαν εἰς Αἴγυπτον πάλιν τὴν Ἀγαθόβουλον, ἵνα τὴν θαυμαστὴν ἄσκησιν διήσκησε, ξυρόμενος μὲν τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς, χριόμενος δὲ πηλῷ τὸ πρόσωπον, ἐν πολλῷ δὲ τῷ περιεστώτων δήμῳ ἀναφλῶν τὸ αἰδοῖον, καὶ [a] τὸ ἀδιάφορον δὴ τοῦτο

[a] Τὸ ἀδιάφορον] Sic Edd. omnes. Τῶν ἀδιαφόρων — καλυμμάτων *Tan. Fab.* Ἀδιάφθορον Mſ. RG. male.

42. Εἶτα τῆς πόλεως ἀντιπρεσβευσαμένης] Καὶ πῶς, εἰ πατραλοίας Περεγρῖνος, οὐκ ἀντεκλήθη ὥσπερ τῶν Παριανῶν [*] τῆς παιδροκτονίας, ἀπαιτεμένων τὸν ἀγῶνα τὸν παιδροκτονίαν, ὡς ἔφης, ἀφειμένων τούτοις ἀγρῶν; ἀλλ' εἰς πάντας συνοφαντεῖς, πάσης ἀρετῆς σκῶπτε, καὶ ἀβδόλου. *V.*

[*] Τῆς πατροκτονίας] Τὴν πατροκτονίαν. V.

36. Ὤφθη γάρ τι; ὡς οἶμαι, ἰδίων τῶν ἀπορρήτων αὐτοῖς] Accusat hic *Tanaq. Faber* Auctorem, quod Christianorum legem non noverit, & confuderit Judaicos ritus cum Christianorum lege. Verum ego quidem illud heic non video: quoniam per illa ἀπόρρητα τοῖς Χριστιανοῖς, quae ederit Peregrinus ille, intelligi possunt εἰδωλόθυτα, aut αἷμα, aut πνικτόν: quae primis Christianis ex decreto Apostolorum erant ἀπόρρητα. Et ab illis diligentissime sese abstinuisse Christianos primævos, docent Patres veteres. Certe *Justinus*, *Minutius Felix*, *Tertullianus* aliique ab εἰδωλοθύτοις sedulo sibi cavisse Christianos, tradunt. *L. Bos.*

42. Βασιλέως] Imperatorem Romanum intellige, non regem aliquem, quod quidam facit. *T. F.*

47. Ἀγαθόβουλον] Eundem esse existimo, cujus in *Demonactis* vita meminit cap. 3. vid. Chron. *Euseb.* A. C. 122. *M. du S.*

48. Ξυρόμενος] *Plut.* 627. f. *M. du S.*

49. Χριόμενος δὲ πηλῷ τὸ πρόσωπον] Sic de Crescente Cynico *Tatianus* orat. ad Græcos: ἀβδὸ πηλίνης ὄψεως δαιμονῶντα. Sordidi enim erant Cynici. *L. Bos.*

Χριόμενος δὲ πηλῷ] Meminit & *Tatianus* πηλίνης ὄψεως de crescente Cynico loquens, p. 81. Quo vero consilio id egerint Cynici, non satis assequor, non enim *sordes* tantum notant. *M. du S.*

51. Ἀναφλῶν τὸ αἰδοῖον] Qui id faciunt, Cynicam Venerem exercere dicuntur, ii videlicet, *qui pellicem lava utuntur*, ut ait hominum omnium impudentissimus *Martialis*. Allusio facta ad Ἀναφλῶν locum dedit joco *Aristophanis* ὁ Ἐκκλησιαζούσαις,

Ἀναφλύσιον ζητῶν τιν' ἄνθρωπον ——

quem optime animadvertit Græcus Interpres; ait enim, Ἀναφλύσιον, παρὰ τὸ, ἀναφλᾶν, πάσχειν. Quod equidem non video cur *Meursio* displicuerit. *T. F.*

τοῦτο καλούμενον ἐπιδεικνύμενος. εἶτα παίων, ἢ παιόμενος νάρθηκι εἰς τὰς πυγὰς, ἢ ἄλλα πολλὰ νεανικώτερα θαυμαλοποιῶν.

in se ostenderet; deinde vel pulsaret ipse, vel pulsandas ferula nates aliis praeberet, aliaque vehementiora etiam spectacula ederet.

55

Ἐκεῖθεν δὲ οὕτω παρεσκευασμένος, ἐπὶ Ἰταλίαν ἔπλευσε, καὶ ἀποβὰς τῆς νεὼς, εὐθὺς ἐλοιδορεῖτο πᾶσι, καὶ μάλιστα τῷ βασιλεῖ, πραότατον αὐτὸν καὶ ἡμερώτατον εἰδώς· ὅτε ἀσφαλῶς ἐτόλμα. ἐκείνῳ γὰρ, ὡς εἰκὸς, ὀλίγον ἔμελε τῶν βλασφημιῶν, καὶ οὐκ ἠξίου φιλοσοφίαν ὑποδυόμενόν τινα χολάζειν ἐπὶ ῥήμασι, καὶ μάλιστα τέχνην τινὰ τὸ λοιδορεῖσθαι ποιούμενον. τούτῳ δὲ καὶ ἀπὸ τούτων τὰ τῆς δόξης ηὐξάνετο· πᾶσι γὰρ τοῖς ἰδιώταις καὶ περιβλεπτος ἦν ἐπὶ τῇ ἀπονοίᾳ, μέχρι δὴ ὁ τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένος ἀνὴρ σοφὸς ἀπέπεμψεν αὐτὸν ἀμέτρως ἐντρυφῶντα τῷ πράγματι, εἰπὼν μὴ δεῖσθαι τὴν πόλιν τοιούτου φιλοσόφου.

18. *Hinc autem sic instructus navigavit in Italiam, & egressus navi maledicere statim coepit omnibus, Imperatori maxime, quem mitissimum sciret maxsuetissimumque: quo majori confidentia ausus est. Parum enim ille, ut par erat, curabat maledicta, neque dignum se censebat, hominem philosophiae larvam indutum propter verba punire, cum praesertim, qui sibi artem ipsum illud maledicere fecisset. Isti vero etiam inde fama crevit. Apud imperitos enim propter ipsam hanc amentiam erat conspicuus, donec Praefectus urbis, vir sapiens, nimis se petulanter ea in ore gerentem ejecit, praefatus, non indigere urbem*

58. Καὶ μάλιστα τῷ βασιλεῖ] Βέλτιον ἡ Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ, οἶμαι, λέγει. *V.*

Ibid. Καὶ τὸ ἀδιάφορον δὴ τοῦτο καλούμενον ἐπιδεικνύμενος] Corrigendus Interpres, sed Graeca prius. Legendum enim καὶ τὴν ἀδιαφόρων δὴ τοῦτο καλουμένων ἐπιδεικνύμενος, *oratione habita probans* (id enim est ἐπιδεικνύμενος) *hoc esse ex eorum numero quae ἀδιάφορα, seu indifferentia apud Philosophos vocitantur.* Quod autem in Mſ. Regio legitur ἀδιάφθορον, neminem sanae mentis morari debet. *T. F.*

Καὶ τὸ ἀδιάφορον] An scribendum καὶ τὴν ἀδιαφόρων δὴ τοῦτο καλουμένων ἐπιδεικνύμενος; *F. G.*

Ibid. Τὸ ἀδιάφορον] Cynicum illud ἀδιάφορον ea sententia accipiendum, qua *Sext. Empir.* Pyrrh. I, 152. Καὶ παρ' ἡμῖν μὲν τὸ μοιχεύειν ἀπειρῆσθαι, παρὰ δὲ Μασσαγέταις ἀδιαφορίας ἴδιον παραδίδοσθαι. Caeterum foedissimum illud ἀναιδείαν ipsi habitum esse ἀδιάφορον, disertius quam vellem ostendit Dio ille hac parte κοπρόσομος, non *Chrysostomus*, Orat. VI, ſ. de Tyrannide p. 96. *J. M. G.*

53. Νάρθηκι] *Hieronymus* in Marcellae viduae Epitaphio; *nec mirum si in plateis & in foro rerum venalium fictus uriolus stultorum verberet nates, &c.* sed hoc prorsus diversum. *M. du S.*

54. Νεανικώτερα] Dedi *vehementiora.* Haec saepe verbi vis est, illustrata a Gevartio ad *Statii Sylv.* I, 4, 51. ſ. Papin. lectt. I, 32. itemque a *Joh Andr. Bosio* Diſſ. ad 2. *Tim.* II, 22. ſ. νεωτερικὰς ἐπιθυμίας. *J. M. G.*

Ibid. Θαυματοποιῶν] Adi *Casaub.* ad Athenaeum & *Theophr.* Id vocat θαυματουργεῖν Xenophon ὁ Συρακούσιος. *T. F.*

58. Βασιλεῖ, πραότατον] Temporis ratio de *M. Aurelio* ut intelligatur, non sinit, cui haec alioquin optime conveniant; nam octo utique anni intercesserint oportet, cum duas ante hanc Olympiades memoret praeter tempus, quod Romae ab eo actum incertum est. Antoninum ergo Pium designat, in quem etiam optime quadrant. *M. du S.*

59. Πραότατον] Designat imperatorem Marcum. Alii Vespasianum esse volunt. Mihi non placet. *T. F.*

62. Φιλοσοφίαν ὑποδυόμενον] I. e. induentem, suscipientem philosophiam. *F. G.*

63. Τέχνην] Cynicorum enim ars erat conviciari. De Phrasi vide Mich. c. 30. Ὀρχ. 9. & 21. *M. du S.*

67. Ἀπονοίᾳ] *Astutiam* Interp. pessime, alioqui esset ἀβουλίᾳ. *T. F.*

Ibid. Ὁ τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένος] *Reipublica Procurator.* Interpr. sed ridicule. Quippe vertendum fuit, *Praefectus urbis.* Si sub Vespasiano factum hoc intelligas, de Muciano loquitur. Sed mihi secus videtur. *T. F.*

Ibid. Τὴν πόλιν] Romanam rempubl. fortasse. Nam τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένος, *urbis praefectus.* *F. G.*

Τὴν πόλιν ἐπιτ.] Quis ille ex Historia, mihi non constat. *M. du S.*

74. Καὶ προσίλαυνε κατὰ τοῦτο τῷ Μουσωνίῳ] *Et tunc temporis profectus est ad Musonium*, &c. Interp. Sed longe a vero abit. Videlicet ignoratio τῷ προσιλαύνειν homini imposuit. Sic autem intelligendus est locus: κατὰ τοῦτο (scilicet τῆς πόλεως ἐκβληθῆναι, id est, exilium,

bem tali Philoſopho. Verum enim vero hoc ipſum celebriorem reddidit, cum in ore eſſet omnium Philoſophus propter dicendi fiduciam & nimiam libertatem urbe exactus: idque ipſum admovit hominem ad Muſonium, & Dionem, & Epictetum, & ſi quis alius ſimili conditione fuit.

19. *Ita certe in Graeciam cum veniſſet, jam Elienſibus maledicebat: jam ſuadebat Graecis, uti arma contra Romanos caperent: jam virum doctrina pariter & dignitate eminentem, quod praeter caetera hoc beneficium Graeciae praeſtiterat, ut aquam perduceret Olympiam, & prohiberet ne porro ſibi perirent ſpectatores, maledictis inceſſebat, velut qui effeminaret Graecos; cum deceret ſitim ferre ſpectatores Olympiorum, quin, ita me Jupiter, perire multos illorum a morbis vehementibus, qui tum propter regionis ſiccitatem, in*

ωλὴν ἀλλὰ ϗ τοῦτο κλεινὸν αὐτῷ, ϗ ἀφ' ϛόματος ἦν ἅπασιν, ὁ Φιλόσοφος ἀφ' ἡ παῤῥησίαν, ϗ ἡ ἄγαν ἐλευθερίαν ἐξελαθείς. ϗ ϖροσήλαυνε χ[ρ]ι[α] τοῦτο τῷ Μυσωνίῳ, ϗ Δίωνι, ϗ Ἐπικτήτῳ, ϗ εἴ τις ἄλλος ἐν ϖαραϛάσει τοιαύτῃ ἐγένετο.

Οὕτω δὴ ὅτε ἡ Ἑλλάδα ἐλθὼν, ἄρτι μὲ Ἠλείοις ἐλοιδορεῖτο, ἄρτι δὲ τοὺς Ἕλληνας ἔπειθεν ἀνταράξαι ὅπλα Ῥωμαίοις, ἄνδρα ϖαιδείᾳ ϗ ἀξιώμασι ϖρέχοντα, διότι ϗ ἐν τοῖς ἄλλοις εὖ ἐποίησε τὴ Ἑλλάδα, ϗ ὕδωρ ἐπήγαγε τῇ Ὀλυμπίᾳ, ϗ ἔπαυσε διψῇ ἀπολλυμένους τοὺς ϖανηγυριϛὰς, κακῶς ἠγόρευεν ὡς καλαθηλύναντα τοὺς Ἕλληνας, δέον τοὺς θεατὰς τῶν Ὀλυμπίων ἀφθόνως διψῶντας, ϗ νὴ Δία γε ϗ ἀποθνήσκειν ϖολλοὺς αὐτῶν ὑπὸ σφοδρῶν τῶν νόσων, αἱ τότε ἀφ' τὸ ξηρὸν τοῦ χω-

a Τοῦτο] Τούτῳ *Schol.* Ταὐτὸ *Guj.* melius.

74. Τούτῳ τῷ Μυσωνίῳ] Κυνικοὶ Ϲ ὄντες, ἢ ϗ ἄλλως φιλόσοφοι ἐλέγχειν ἔργον ϖεϖοιημένοι. Ἐπίκτητον μὲ οὖν Στωϊκὸν οἶδα, Δίωνα δὲ τὸν Πρυσαέα, ᾧ Ϲ *ἰπώνυμον ὁ Χρυσόϛομος, ὃς Ϲ λόγως ἐκδέδωκε † ἰκανοὺς, σπουδαίως τῷ ὄντι Ϲ ϖαιδείας ἀφιλείας μισεῖν. *V.*

* Ἐπώνυμον] Hoc recepi ex V. cum *Solano*; nam ἰπώνυμος male Edit. *Cler.* eſt enim ἐπώνυμος, cui etiam cognomentum erat. *J. F. R.*

† Ἱκανὸς) Et hoc recepi ex V. pro edito ἱκανῶς. *J. F. R.*

ilium, de quo loquitur) ϖροσήλαυνε τῷ Μυσωνίῳ, &c. *hac re fiebat ut ad gloriam Muſonii* (qui ſub Nerone pulſus in exilium fuerat) *acceſſiſſet aut perveniſſe videretur*, vel, ſi ita mavis, *Hac re adaquabat Muſonios, Dionas*, &c. Ne quis autem dubitandi locus ſit, conſtat ea tempeſtate Muſonium exulem non fuiſſe. Teſtem ſi vis, *Xiphilinum* dabo, qui nominatim Muſonium excipit, Καὶ ϖάντας αὐτίκα τοὺς φιλοσόφους ὁ Οὐεσϖασιανὸς, ϖλὴν τοῦ Μυσωνίου, ἐκ ϖόλεως ἐξέβαλεν. *T. F.*

Ibid. Κατὰ τοῦτο] Ταὐτὸ ſcribend. videtur, i. e. & eodem tranſibat quo Muſonius, Dio, Epictetusque & ſi quis alius, &c. *eodem*, i. e. in eundem ſtatum veniebat. *F. G.*

Ibid. Μυσωνίῳ] Apollonio Tyaneo hic coætaneus. Vid. infra Νιφ. c. 1. & *Philoſtr.* p. 125. cum notis, & 187. *M. du S.* Muſonius Rufus Epicteti praeceptor fuit, de quo multa *Tacit. Arrian. Stob.* *J. J. Wetſt.*

75. Δίωνι] Sub Domitiano etiam hic notus, exul, quamvis ſponte exulaſſe dicatur a *Philoſtr.* p. 488. *M. du S.*

Ibid. Ἐπικτήτῳ] Cujus etiamnum ſcripta ſuperſunt. *M. du S.*

77. Ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐλθὼν] Poſt iter in Italiam in Graecia quae mox ſequuntur geſta ſunt, VIII. annis ante ultimam illam qua ſe combuſſit Olympiadem, unde conficitur de *Antonino Pio* intelligenda ſuperiora. *M. du S.*

80. Ἄνδρα] Herodem Atticum deſignat. Adi omnino *Philoſtratum* vit. Soph. p. 551. ubi inter alia ejus opera magnifica ait Ἀνέθηκε δὲ ϗ τῷ Πυθίῳ τὸ Πυθοῖ ϛάδιον, ϗ τῷ Διὶ τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ ὕδωρ. unde huic loco lux magna affulget. Ex *Aeliano* etiam diſcas, quam gravis Olympiae ſpectantibus fuerit ſol; apud quem herus ſervo cum minari graviſſima vult, ſpectatum ſe Olympiam miſſurum dicit; V. H. XIV. 18. Idem *Philoſtratus* diſertis verbis ait, ἐπηκολούθει δὲ τῷ Ἡρώδῃ κακῶς ἀγορεύων αὐτὸν ἡμιθαφθέντα γλώττῃ p. 563. *M. du S.*

Ἄνδρα — ϖρεῦχοντα] Herodes Atticus. Vid. *Philoſtr.* vit. Sophiſt. L. 2. §. 5. p. 551. 13. it. ibid. §. 13. p. 563. Vide notas *Olearii*. *M. V. La Croze.*

82. Ὕδωρ ἐπήγαγε τῇ Ὀλυμπίᾳ] Qui vertunt, *Adduxit aquam in Olympiam*, poterant illi eadem ratione dicere, *venit in Romam, in Athenas ivit.* Deliciae & lautitias hominum! *T. F.*

95. Τοι-

χωρίς, ἐν πολλῷ τῷ πλήθει ἐπεπόλαζον· καὶ ταῦτα ἔλεγε, πίνων τοῦ αὐτοῦ ὕδατος. ὡς δὲ μικροῦ κατέλευσαν αὐτὸν, ὑποδραμόντες ἅπαντες, τότε μὲν ὑπὸ τὸν Δία καταφυγὼν ὁ γεννάδας, εὗρε τὸ μὴ ἀποθανεῖν.

magna multitudine frequentes erant. Et haec dicebat bibens ipse de eadem aqua. Cum vero parum abessent, quin lapidibus illum, concursu omnium facto, obruerent: tum ad Jovem confugiens vir fortis, mortem evitavit.

Ἐς δὲ τὴν ἑξῆς Ὀλυμπιάδα, λόγον τινὰ μετὰ τεττάρων ἐτῶν συνθεὶς τὸν μετὰ μέσον, ἐξήνεγκε πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἔπαινον ὑπὲρ [a] τοῦ τὸ ὕδωρ ἐπαγαγόντος, καὶ ἀπολογίαν ὑπὲρ τοῦ τότε φυγῆς. ἤδη δὲ ἀμελούμενος ὑπ' ἀπάντων, καὶ μηκέθ' ὁμοίως θεώμενος ὤν, ἕωλα γὰρ ἦν ἅπαντα, καὶ οὐδὲν ἔτι καινουργεῖν ἐδύνατο, ἐφ' ὅτῳ ἐκπλήξει τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ θαυμάζειν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπειν ποιήσει, ὅθεν ἐξαρχῆς ὁρμήν τινα ἔρωτος ἐρῶν ἐτύγχανε, τὸ τελευταῖον τοῦτο τόλμημα ἐβουλεύσατο περὶ τὴν πυρᾶν, καὶ διέδωκε λόγον ἐς τοὺς Ἕλληνας εὐθὺς ἀπ' Ὀλυμπίων τοῦ ἔμπροσθεν, ὡς ἐς τὸ πρόσθιον καύσων ἑαυτόν.

95. Ἐς δὲ τὴν ἑξῆς Ὀλυμπιάδα, λόγον τινὰ μετὰ τεττάρων ἐτῶν συνθεὶς τὸν μετὰ μέσον, ἐξήνεγκε πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἔπαινον ὑπὲρ [a] τοῦ τὸ ὕδωρ ἐπαγαγόντος, καὶ ἀπολογίαν ὑπὲρ τοῦ τότε φυγῆς. ἤδη δὲ ἀμελούμενος ὑπ' ἀπάντων, καὶ μηκέθ' ὁμοίως θεώμενος ὤν, ἕωλα γὰρ ἦν ἅπαντα, καὶ οὐδὲν ἔτι καινουργεῖν ἐδύνατο, ἐφ' ὅτῳ ἐκπλήξει τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ θαυμάζειν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπειν ποιήσει, ὅθεν ἐξαρχῆς ὁρμήν τινα ἔρωτος ἐρῶν ἐτύγχανε, τὸ τελευταῖον τοῦτο τόλμημα ἐβουλεύσατο περὶ τὴν πυρᾶν, καὶ διέδωκε λόγον ἐς τοὺς Ἕλληνας εὐθὺς ἀπ' Ὀλυμπίων τοῦ ἔμπροσθεν, ὡς ἐς τὸ πρόσθιον καύσων ἑαυτόν.

95. *Olympiade proxima, orationem quatuor interjectis annis a se compositam ad Graecos attulit, laudem ejus qui aquam perduxit, & fugae superioris excusationem. Sed cum jam negligeretur ab omnibus, nec amplius ita conspicuus esset; obsoleta quippe erant omnia, nec novum quidquam poterat proferre, quo percelleret audientes, atque admirandum se conspiciendumque praeberet, cujus rei ab initio inde vehementer cupidus fuerat: ultimum hoc de rogo facinus meditari coepit: sparsitque famam inter Graecos a superioribus statim Olympiis, se futuro tempore se crematurum.*

Καὶ νῦν αὐτὰ ταῦτα θαυμαλοποιεῖ, ὥς φασι, βόθρον ὀρύττων, καὶ ξύλα συγκομίζων, καὶ δεινήν τινα τὴν καρτερίαν [b] ὑπιχνούμενος. ἐχρῆν δὲ, οἶμαι, μάλιστα μὲν φείδεσθαι τοῦ θανάτου, καὶ μὴ δραπετεύειν ἐκ τοῦ βίου. εἰ δὲ καὶ πάντως διέγνωστό οἱ ἀπαλλάττεσθαι,

96. Καὶ νῦν αὐτὰ ταῦτα θαυμαλοποιεῖ, ὥς φασι, βόθρον ὀρύττων, καὶ ξύλα συγκομίζων, καὶ δεινήν τινα τὴν καρτερίαν [b] ὑπιχνούμενος. ἐχρῆν δὲ, οἶμαι, μάλιστα μὲν φείδεσθαι τοῦ θανάτου, καὶ μὴ δραπετεύειν ἐκ τοῦ βίου. εἰ δὲ καὶ πάντως διέγνωστό οἱ ἀπαλλάττεσθαι,

96. *Et nunc eadem portenta agitat, fodienda, ut ajunt, fossa, comportandis lignis, & mirifica quadam fortitudine pollicenda. Oportebat autem, arbitror, primum quidem expectare mortem, non aufugere de vita: Sin vero omnino mori illi decretum sit, non igne uti,*

a Τοῦ τὸ] Divisimus-monente *Fabro*, & *Guj.* Τοῦτο Edd. priores male. b Ὑπιχνούμενος] Ἐπιδικνύμενος *Tan. Fab.* Nihil mut. Edd.

95. Τεττάρων ἐτῶν] Bene, neque enim plurium annorum est Olympias. Inde illud Agidis dictum de Eleis apud *Plutarchum* in apoph. τί δὲ ποιοῦσι θαυμαστὸν, εἰ δι' ἐτῶν τεττάρων μιᾷ ἡμέρᾳ, &c. Alibi autem hoc ipsum dictum referens, καὶ τί μέγα, inquit, ἢ θαυμαστὸν ποιοῦσιν, εἰ ἐν ἴσοις πάντες μιᾷ μόνον ἡμέρᾳ δικαιοσύνῃ χρῶνται; ita & *Pindarus* Olympia vocavit πενταετῆρα ἑορτὴν, quae tu facile conciliabis, si *Scaligerum* in opere magno legeris. Ceterum qui Olympiadem & lustrum confundunt, peccant. *T.F.*

97. Τοῦτο ὕδωρ ἐπαγαγόντος] Leg. τῷ τὸ ὕδατι, &c. *T.F.*

Τοῦτο ὕδωρ] Lege τῷ, τὸ. *F.G.*

Τῷ τὸ] Emendationem *T. Fabri* sequuti sumus. In Impressis omnibus τοῦτο antea erat. *M. du S.*

12. Δεινήν τινα καρτηρίαν ὑπιχνούμενος] Legendum est, ἐπιδικνύμενος, quod probari non est necesse. *T.F.*

Ibid. Ὑπιχνούμενος] Hic quidem *T. Fabro* obsecuti non sumus, quia ratio mutationis etsi aliqua sit, non est tamen necessaria. Ferri enim vulgata potest, cum nondum in rem ipsam ventum sit. Si autem omnia sic levibus de causis apud veteres scriptores ex ingenio mutentur, quid tandem reliqui erit, quod ab iis vere profectum sit? *M. du S.*

22. Φιλοκτήτῃ] Res ex fabulis nota est. *T.F.*

24. Μόνων οὐκ ἐπὶ σκηνῆς ὀπτήσει ἑαυτὸν] *Solum non in tabernaculo torrebit seipsum.* Interp. Sed vertendum fuit, *Quodammodo se* (vel *fere se*) *in theatro cremabit.* Arguit φιλοδοξίαν ventosi hominis, qui frequentem adeo panegyrin elegerat, in qua finem vitae imponeret. Cur non in solitudine potius, & in remoto aliquo saltu, ut infra dicet Lucianus? Quid enim aliud facit Peregrinus, quam qui theatrum conscendit ut ab omnibus videatur? *T.F.*

28. Καὶ κατὰ τοῦτο] *Hoc modo.* Interp. nescit quid sit. Gallice diceres, *& en cette qualité il devoit être bru-*

mi, neque tragico illo apparatu, ſed alio mortis genere, cum ſexcenta ſint, delecto, diſcedere. Si vero ignem etiam ut Herculeum quiddam amat, quid tandem non ſilentio eligens ſilvoſum montem, in illo ſe cremat ſolus, uno quodam Philoctete, verbi cauſſa hoc Theagene, aſſumto? At ille Olympiae, plena celebritate, tantum non in ſcena ſe aſſabit, non indignus Mehercule! ſiquidem patricidas atque atheos poenas dare facinorum fas eſt, & hoc quidem reſpectu tarde ſane illud facere videtur, quem olim oportebat Phalaridis tauro incluſum digna dediſſe ſupplicia, non ſemel hauſta ore flamma, momento uno mori. Nam rurſus hoc quoque multi mihi dicunt, non eſſe aliud celerius igni genus mortis. Licet enim os aperire, & ſtatim mori.

22. *Verum ideo, puto, hoc excogitat ſpectaculum, quaſi magnificum ſit homo in loco ſacro combuſtus, ubi neque ſepelire alios mortuos per religionem licet. Sed noſtis, puto, etiam olim aliquem, qui nobilis cuperet fieri,*

μὴ πυρὶ, μηδὲ τοῖς ἀπὸ τ̃ τραγῳδίας τούτοις χρῆσθ, ἀλλ' ἕτερόν τινα θανάτου τρόπον, μυρίων ὄντων, ἐλόμενον ἀπελθεῖν. εἰ δὲ γ τὸ πῦρ ὡς Ἡρακλειόν τι ἀσπάζεται, τί δήποτε οὐχὶ τ̃ σιγὴν ἑλόμενος ὄρος εὔδενδρον, ἐν ἐκείνῳ ἑαυτὸν ἐνέπρησε μόνος, ἕνα τινὰ οἷον Θεαγένη τοῦτον, Φιλοκτήτῃ τῷ Μηλαβέως; ὁ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ, τ̃ πανηγύρεως πληθούσης, μόνον οὐκ ἐπὶ σκηνῆς ὀπτήσῃ ἑαυτὸν, οὐκ ἀνάξιος ὢν, μὰ τ̃ Ἡρακλέα, εἴγε χρὴ γ τοὺς πατραλοίας, γ τοὺς ἀθέους, δίκας διδόναι τ̃ τολμημάτων· γ γ τοῦτο πάνυ ὀφὲ δρᾶν αὐτὸ ἔοικεν, ὃν ἐχρῆν πάλαι ἐς τ̃ τοῦ Φαλάριδος ταῦρον ἐμπεσόντα τ̃ ἀξίαν ἀποτετικέναι, ἀλλὰ μὴ ἅπαξ χανόντα πρὸς τ̃ φλόγα, ἐν ἀκαρεῖ τεθνάναι. γ γ' αὖ γ τόδε οἱ πολλοί μοι λέγουσιν, ὡς ἐδεῖς ὀξύτερος ἄλλος θανάτου τρόπος τοῦ πυρός· ἀνοῖξαι γ δεῖ μόνον τὸ στόμα, γ αὐτίκα τεθνάναι.

Τὸ μὴν τοι θέαμα ὀπτανεῖται, οἶμαι, ὡς σεμνὸν, ἐν ἱερῷ χωρίῳ καμόμενος ἄνθρωπος, ἔνθα μηδὲ θάπτειν ὅσιον τοὺς ἄλλους ἀποθνήσκοντας. ἀκούετε δὲ, οἶμαι, ὡς γ πάλαι θέλων τις ἔνδοξος γενέσθ, ἐπεὶ κατ' ἄλλον

e Χανόντα] Al. χανόντα *Coll.* Nihil mut. *Fl.* d 'Οξύτερος] Sic Edd. Forſ. ὠκύτερος, adſcripſit *Solan.*

31. Ἅπαξ χανόντα] Γρ. χανόντα. *G.*

brulé il y a long tems. Senſus eſt; Cremari debuiſſe Peregrinum non ſponte & ultro in flammas inſilientem, falſa quadam Philoſophicæ mortis imitatione, ſed unco trahi in ignem, ut impium in Deos & in parentem. *T.F.*

31. Χανόντα] *Hom.* Odyſſ. M. 350. *M. du S.*

34. Ὀξύτερος] Corruptam vocem opinor; forſan ſcripſerit ταχύτερος, vide Δραπ. c. 22. Nam ὀξέως quidem uſurpant *de Tempore*, ὀξὺς vero raro aut nunquam probi ſcriptores. Vide tamen Νεκρ. c. 5. ſed & quid ὀξέως ἰδεῖν ſibi velit Ἔρωτ. c. 25. memento. *M. du S.*

Ὀξύτερος] Non opus erit ὠκύτερος emendare; quandoquidem ὀξὺς celeritatem ſaepiſſime notare novimus omnes. *Hippocr.* Aphor. I. 1. ὁ δὲ καιρὸς ὀξύς. Noſter *Amor.* c. 25. ὀξέως γὰρ ἰδεῖν ἔστιν ἀφανῆ φθάσαι πρὶν ἢ γνωσθῆναι, πεπαυμένα. Ne plura, in re, cujus exempla ὅσα κόνις nobis obvia. At forſan quia & dolor ὀξὺς *acutus* Graecis dicitur, i.e. *vehemens*, ideo ὠκὺς hic praetulerit aliquis, ut ambiguum vitetur. Sed nihil opus eſt, quum ſeqq. ſatis declarent de celeritate ſermonem eſſe. *J.F.R.*

39. Ἔνθα μηδὲ θάπτειν ὅσιον] Itidem olim apud Delum factum accepimus. *Thucydides* lib. III. *T F.*

Ἔνθα μηδὲ θάπτειν] Duo hic ſedulo obſervanda; agrum Olympicum ſacrum fuiſſe; vid. *Pauſan.* 202, 5. ubi nominatim ibi locus quidam ἱερὸς dicitur; 2. non licuiſſe illic quemquam ſepelire, *Clem. Alexandrinus* p. 18. C. pluribus oſtendit multa templa ſepulchra fuiſſe virorum inſignium. *M. du S.*

40. Πάλαι] Hiſtoria nota; tempus etiam notum; eo enim ipſo die, quo Alexander Magnus natus eſt, conflagraſſe hoc orbis miraculum traditur. *M. du S.*

41. Τὶς ἔνδοξος γενέσθ] Heroſtratum innuit, cujus nomen oblivione fuiſſet obrutum, niſi Theopompus

λων τρόπον οὐκ εἶχεν ὁπότυχεῖν τούτου, ἐνέπρησε τ' Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος τ νεών. τοιοῦτόν τι κ αὐτὸς ἐπινοεῖ, τοσοῦτος ἔρως τ δόξης ἐντέτηκεν αὐτῷ.

cum aliam ejus rei consequendae rationem non haberet, Ephesiae Dianae aedem incendisse. Tale quid & iste excogitat: tantus illi famae amor insedit.

Καίτοι, φησὶν, ὅτι ὑπὲς τ ἀνθρώπων αὐτὸ δρᾷ, ὡς διδάξειεν αὐτοὺς θανάτου καταφρονεῖν, κ ἐγκαρτερεῖν τοῖς δεινοῖς. ἐγὼ δὲ ἡδέως ἂν ἐροίμην οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλ' ὑμᾶς, εἰ κ τοὺς κακούργους βούλοισθε ἂν μαθητὰς αὐτῷ γενέσθαι τ καρτερίας ταύτης, κ καταφρονεῖν θανάτου, κ [a] καύσεως, κ τ τοιούτων δεινμάτων. ἀλλ' οὐκ ἂν εὖ οἶδ' ὅτι βουληθείητε. πῶς οὖν ὁ Πρωτεὺς τοῦτο διακρίνει, κ τοὺς μὲ χρηστοὺς ὠφελήσῃ, τοὺς δὲ πονηροὺς μ φιλοκινδυνωτέρους κ τολμηροτέρους ἀποφαίνει;

23. *Quamquam dicit, se hominum gratia hoc facere, ut mortem contemnere illos doceat, & terribilia sustinere. Ego vero lubens interrogaverim non illum, sed vos,* Num maleficos etiam velitis imitatores illius fortitudinis fieri, & mortis contemnendae, & vivicomburii, & terrorum similium? *Verum non vos, bene novi, hoc velitis. Quomodo ergo discernit illud Proteus, ut bonos juvet, malos non amantiores periculorum & audaciores faciat?*

Καίτοι δυνατὸν ἔγωγε εἰς τοῦτο μόνους ἀπαντήσεσθαι τοὺς πρὸς τὸ ὠφέλιμον ὁρμωμένους τὸ πρᾶγμα· ὑμᾶς δ' ἂν αὖθις ἐρήσομαι, [b] δέξασθ' ἂν ὑμῶν τοὺς παῖδας ζη-

24. *Quamquam ponamus fieri posse, huc ut soli veniant, qui cum publica utilitate rem visuri sint. At ego vos rursus interrogabo,* Velitisne vestros liberos imitatores hujusmo-

a Καύσεως] Receptum ex Mss. RG. καυκάσεως Edd. recta, & nova quasi periodo. Εὔξασθε *Kusterus.*

b Δέξασθ'] Ita recte B2. Δέξασθ' cett. oratione directa, & nova quasi periodo. Εὔξασθε *Kusterus.*

in historias suas illud retulisset. *Strabo. Plin. Agell. T.F.*

44. Τοσοῦτος ἔρως τ δόξης ἐντέτηκεν αὐτῷ] *Adeo inexpiabili amore gloriae tenebatur.* Interpolator pessime. Retulit enim ad Herostratum, quod de Peregrino dixerat Lucianus. Dein, quod *inexpiabili amore* dixit, fugit illum ratio; debuit enim *inexplebili* dicere. Verum imperitis lexicographis credidit, & interpretem corrupit. Verte: *Tantus ei gloriae amor ineat.* Loquitur enim ille anonymus de Peregrino etiamnum vivente. *T.F.*

51. Καὶ καταφρονεῖν θανάτου & καύσεως] Interpolator. *Et mortis contemptum & arumnam, & id genus metus non horrere discueretis;* plane contra mentem scriptoris; neque enim istaec ad patres & dominos sunt referenda, verum ad liberos & servulos eorum qui ibi aderant. Sententia est: *Vos ego, Viri Graeci, lubens perconter, non παμπόνηρον illum Peregrinum, velitisne sceleratos homines, qui usquam sint, hujuscemodi praeceptori tradi? Ah! Cavete istuc dicatis; ita enim fieret, ut in jugulum vestrum involarent, nullo metu impendentis mortis a tanto scelere deterriti. Quid autem? an & ii, qui in hoc coetu patres sunt, liberos suos in disciplinam vellent tradere hujuscemodi magistro?* &c. Ceterum interpolator depravavit interpretem. *Numquid etiam,* ait, *maleficos & facinorosos, ejus discipulos fieri cupiatis in ejusmodi tolerantia perdiscenda & morte contemnenda?* Paene omiseram legi in MS. R. καύσεως, non καυκάσεως, quod in primis observandum. *T.F.*

52. Καύσεως] Ita Mss. R.G. quod arripio, quia nullibi καύκασιν, quae vox in omnibus Impressis erat, eo sensu a probatis scriptoribus adhibitam reperio. *M. du S.*

Καύσεως] Etsi καυκάσεως per se commodum sensum exhibere videtur; tamen quia sic supervacuum fere foret τ δεινμάτων addere; meliorem lectionem inventam recipere non haesitavi. *J.F.R.*

60. Τὸ πρᾶγμα] Τὴν καῦσιν. *F.G.*

61. Δέξασθ'] An δέξασθ'; placet. *F.G.*

Δέξασθ' ἄν] Εὔξασθ' ἄν. *Kust.* Nihil emendatione opus est, quam hic offert Vir Doctissimus. Hoc tantum a me hic praestitum, quod cum in plerisque Impressis legeretur δέξασθ'. Ego B2. sequutus δέξασθε restitui, quod elegantius visum est. *M. du S.*

Δέξασθ' ἄν] In mentem veniebat aliquando emendare hunc locum, & legere εὔξασθ' f. εὔξασθε. Blandiebatur maxima similitudo, quae inter compendia literarum δ & υ in Mss. intercedit. Sed cum δέχεσθαι verbum eo intellectu saepius occurrat, qui commode ad hunc locum accidit, quod in vulgaribus quoque Lexicis adnotatum, & exemplis probatum est: retineamus primam syllabam; sed in altera diphthongum admittamus optativi indicem δέξαισθε, ut modo βούλοισθε. *J.M.G.*

63. Παρὰ

modi actionis fieri? *Non sane dixeritis. Et quid sic interrogavi, cum neque discipulorum ipsius quisquam hoc imitaturus sit? Ac Theagenem istum merito quis accuset, quod caetera viri imitatus, non sequitur hac parte magistrum, & ad Herculem, ut ait, abeunti se adjungit comitem, cum possit brevi tempore beatus undique fieri, modo praeceps in ignem se dejiciat. Neque enim in pera & baculo, & pallio aemulatio inest; secura ista, facilia, & uniuscujusque fuerint. At finem & caput aemulari oportet, & rogo e ficulneis codicibus quantum potest viridibus composito, suffocandum se fumo praebere. Nam ignis ipse non Herculis modo est & Aesculapii, sed sacrilegorum etiam & homicidarum, quos videre licet judicio damnatos istuc pati. Quare fumo melius est: proprium enim vestrum fuerit.*

25. *Alioquin ipse Hercules, siquidem tale*

λωτὰς τῶ τοιούτω γενέσθ; Οὐκ ἂν εἴποιμι· ἀλλὰ τί τοῦτο ἠρόμην, ὅπως μηδ' αὐτῷ τις τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ζηλώσειεν ἄρα; τί δὴ Θεαγένη τοῦτο μάλιστα αἰτιάσαιτο ἄν τις, ὅτι τἄλλα ζηλῶν τἀνδρὸς; οὐχ ἕπεται τῷ διδασκάλῳ, καὶ συνοδεύει αὐτῷ τὸν Ἡρακλέα, ὡς φησιν, ἀπιόντι, δυνάμενος ἐν βραχεῖ παντευδαίμων γενέσθαι, [c] συμπεσὼν ὅπη κεφαλῆς ἐς τὸ πῦρ. εἰ γὰρ ἐν πήρᾳ, καὶ βακτηρίᾳ, καὶ τρίβωνι ὁ ζῆλος, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀσφαλῆ καὶ ῥᾴδια, καὶ παντὸς ἂν εἴη· τὸ τέλος δὲ, καὶ τὸ κεφάλαιον χρὴ ζηλοῦν, καὶ πυρὰν συνθέντα κορμῶν [d] συκίνων, ὡς ἔπι μάλιστα χλωρῶν, ἐναποπνιγῆναι τῷ καπνῷ. τὸ πῦρ γὰρ αὐτὸ οὐ μόνον Ἡρακλέους, καὶ Ἀσκληπιοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱεροσύλων, καὶ ἀνδροφόνων, οὓς ὁρᾶν ἔστιν ἐκ καταδίκης αὐτὸ πάσχοντας. ὥστε ἄμεινον τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ καπνοῦ. ἴδιον γὰρ καὶ [e] ὑμῶν μόνων ἂν γένοιτο.

Ἄλλως τε ὁ μὲν Ἡρακλῆς, εἴπερ ἄρα καὶ ἐτόλ-

[c] Συμπεσὼν] Καὶ συμπεσὼν Edd. Abest καὶ a Mſ. RG. quod hoc duce delevit *Solan.* [d] Συκίνων] Bene sic B1. & 2. Συκίνων perverse cett. [e] Ἡμῶν] Ἡμῶν male *J.* Forsan κυνῶν, adscriptum ejus margini.

67. Παρὰ τὸν Ἡρακλέα, ὡς φησι, ἀπιόντι] In tribus verbulis bis peccat interpolator: *Ad Herculem, ut ajunt, profecto.* Pessime. Vertendum enim fuit, *ut ipse ait, proficiscenti. Ipse*, inquam, non, *illi ajunt.* Praeterea *proficiscenti*, non *profecto*; quippe ea narrat quae nondum evenerant. Neque enim quisquam est omnium, qui istuc ἀπιόντι ad significationem elapsi temporis hoc loco traduci postulet. Ceterum & ratio & MS. Regii auctoritas me admonent, ut ex his verbis παντευδαίμων ἐς συμπεσὼν ἐπὶ κεφαλῆς, ejiciam istud καὶ, & emendem versionem, *posset brevi felicissimus evadere, se in ignem cum ipso praecipitem mittens.* T. F.

69. Συμπεσὼν] Dele καὶ, ante συμπεσών.) M. du S.

74. Συκίνων] Corrige συκίνων. F. G.

Συκίνων] Corrupte antea legebatur σικίνων, non in uno aut altero, sed in omnibus, excepta sola B2. Ἀλιεῖ. c. 47. & translate Ἀπαιδ. c. 6. Apud *Aristophanem* Vesp. 146...p. 291, 1. δημόσιαι καπνοὶ dicitur. M. du S.

80. Ἴδιον γὰρ ὑμῶν μόνων ἂν γένοιτο] Locus est corruptissimus. Quid enim? Dicit hoc loco rhetor anonymus astantes omnes dignos esse qui fumo pereant. ridiculum. itaque adeo miror reperiri potuisse & interpretes & lectores, quibus haec placerent. Legendum est non ὑμῶν, sed κυνῶν, id est κυνικῶν φιλοσόφων. Lucianus Philosophos Cynicos, in quibus est Peregrinus, dignos deputat qui fumo pereant. κύνες enim passim sunt κυνικοί. Sed, (ut semper doctus est Lucianus, &, quod de illo ait *Eunapius Sardianus*, ἀεὶ σπουδῇ εἰς τὸ γελασθῆναι,) hoc loco facetissime dicit Cynicos dignos esse qui ἀλὶ καπνοῦ pereant; videlicet Attici τοὺς ἀλαζόνας & ἀδαμαντοὺς, quales hic describuntur Cynici, καπνοὺς vocabant. Id docebit Scholiastes *Aristophanis* ad Σφῆκας, & *Suidas* in καπνὸς, inde *Aeschines* cognomento Capnus. Vide, si te amas, *Aristophanem.* T. F.

Ibid. Ὑμῶν μόνων] An fumivendulos Cynicos esse significat? Videtur autem scribendum ἴδιον γὰρ & κυνῶν μόνων ἂν γ. F. G.

Καὶ κυνῶν] T. *Fabri* emendationem in textum recepimus; quamvis in omnibus libris nostris ὑμῶν aut ἡμῶν, pro κυνῶν extet. M. du S.

Ὑμῶν μόνων] Quod κυνῶν legi vult *Faber*, audirem, si relatio quaedam esset inter fumum, & Canes vel proprie dictos, vel metaphoricos s. philosophos Cynicos. Quidni per apostrophen quandam hic dirigatur sermo ad Theagenem & Protea? Caeterum forte ad hunc locum aliquid facit, quod de Theagene aliquo habet *Suidas*, ἐκαλεῖτο δὲ καπνὸς, ὅτι πολλὰ ὑπεισχνούμενος οὐδὲν ἐτέλει. Quod si hic *Suidae* Theagenes antiquior fuit Lucianico, ratio foret in promtu, cur ei suadeatur, ut fumo se potius quam igne interimat. J. M. G.

ἐτόλμησέ τι τοιοῦτον, ὑπὸ νόσου αὐτὸ ἔδρασεν, ὑπὸ τοῦ Κενταυρίου αἵματος, ὡς φησιν ἡ τραγῳδία, καλεσθιόμενος. ἔτος δὲ, τίνος αἰτίας ἕνεκεν ἐμβάλλει φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ; νὴ Δί', ὅπως τὴν καρτερίαν ἐπιδείξηται, καθάπερ οἱ Βραχμᾶνες. ἐκείνοις γὰρ [a] αὐτὸν ἠξίου Θεαγένης εἰκάζειν, ὥσπερ οὐκ ἐνόν τι καὶ ἐν Ἰνδοῖς εἶναί τινας μωρους καὶ κενοδόξους ἀνθρώπους. ὅμως δ' ἂν καὶ ἐκείνους μιμεῖσθαι. ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης, ἰδὼν Κάλανον καόμενόν, φησιν, ἀλλ' ἐπειδὰν νήσωσι, πλησίον προσστάν-

quiddam ausus est, a morbo impulsus fecit, cum a Centauri sanguine, ut ait tragoedia, exederetur. At hic cujus rei causſa in ignem se conjicit? Per Jovem! ut patientiam suam ostendat, sicuti Brachmanes: illis comparandum Theagenes judicavit, quasi non possent in India etiam esse stulti quidam & inanis gloriae cupidi homines. Attamen vel hosce aemuletur. Illi enim non insiliunt in ignem, ut Onesicritus narrat Alexandri gubernator, qui ardentem vidit Calanum, sed rogo exstructo prope adstantes immoti ustulari se patiuntur: tum

[a] Αὐτὸν] Ex emend. *Fabri* & *Guj.* Ἑαυτὸν Edd. priores.

83. Κενταυρίου αἵματος] Intelligit cruorem Neſſi Centauri. *T. F.*

85. Ἐμβάλλει φέρων] De hac locutione confer quae dixi ad T. I. *Merced. Cond.* c. 24. Vel potius, (quod illic nondum reſciveram) *Hemſterh.* ad *Dial. Mort.* VI. §. 3. p. 349. *J. F. R.*

87. Καθάπερ οἱ Βραχμᾶνες — Κάλανον καόμενον] *Cic.* Tuſc. D. V. c. 27. *Quae barbaria India vaſtior aut agreſtior? In ea tamen gente primum ei, qui ſapientes habebantur, nudi aetatem agunt, & Caucaſi nives hiemalemque vim perferunt ſine dolore; cumque ad flammam ſe adplicaverunt, ſine gemitu aduruntur.* Conſule ibi *Davis.* p. 360. qui & *Valer. Max.* III. 3. 6. Ext. Et Luciani hunc locum, item *de Fugit.* c. 6. ac *Plutarch.* T. 2. p. 499. cum *Philone* p. 680. aliosque ſimilia confirmantes adducit. *J. F. R.*

87. Βραχμᾶνες] De Calano vide quid *Cicero* ſcripſerit Tuſc. II. 21. & Cl. *Davisii* not. & de Brachmanis c. 27. Adde & Δραπ. c. 7. Magi autem, ut id obiter moneam, cum Brachmanis minime ſentiebant. Vid. *Jambl.* No. 154. & *Diog. Laërt.* 2. D. *M. du S.*

89. Ἐκείνους γὰρ ἑαυτὸν ἠξίου Θεαγένης εἰκάζειν] Falſum eſt. Neque enim ſe Theagenes cum Hercule & Æſculapio comparavit, ſed Peregrinum, quod ex ſuperioribus patet. Emenda ἐκείνους γὰρ αὐτόν. Interpolator non viderat, interpretemque corruperat, a quo hic locus ita fuerat converſus, *illis enim praeceptorem ſuum aſſimilare contendit.* *T. F.*

Ibid. Ἑαυτὸν ἠξίου] Αὐτὸν ſcribendum videtur, i. e. *Peregrinum.* *F. G.*

92. Ὀνησίκριτος] Is eſt quem in hac narratione ſequutus eſt *Plutarchus* & *Strabo* in XV. Quae enim ab illo in vita Alexandri de Calano Indo ſcripta fuere, his plane ἀδιάφορα ſunt. Erit itaque operae pretium locum ipſum apponere. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, καλλικλιθεὶς, καὶ συγκαλυψάμενος, οὐκ ἐκλιπὼν τὸ πυρὸς πλησιάσαντος, ἀλλ' οὐ μὴν καλεκλίθη χήμαλι, τοῦτο Δημητρίου, &c. Id eſt, *Ita cum eſſet loquutus, decubuit, ſeque operuit, neque, appropinquante igne, ſeſe movit, ſed eum ſervans habitum quo decubuerat,* &c. quem *Plutarchi* locum ſi quis diligenter conſiderabit, facile ei fuerit intelligere, quid ſibi hoc Luciani velit, κατὰ χῆνα καίοντας, quod ignoravit Interpolator, cum ſcripſit, *deinde ordine dignitatis ingreſſi uruntur.* At non ita vertendum fuerat, ſed, *cremantur immoti & corporis habitu ſervato*; quod *Plutarch.* dixit de Calano, οὐ μὴν καλεκλίθη χήμασι, τοῦτο Δημητρίου. Sed ne quis dubitet, adſcribam Luciani ipſius locum ex libello ſequenti, ubi de his ipſis Brachmanibus agit, ἀκούω δὲ, inquit, (c. 7.) τά τε ἄλλα περὶ αὐτῶν, καὶ ὅτι ἐπὶ πυρὰν μεγίστην ἀναβάντες, ἀνέχουσι καόμενοι, οὐδὲν τῷ χήματι ὧν τε καθίδρας ἐκτρέποντες. *T. F.*

Ibid. Ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης ἰδὼν Κάλανον καόμενόν φησιν] Egregias hic agnoſce interpretationes. Opſopoeus: *veluti Oneſicritus claſſis Alexandrinae gubernator ait, cum Indum ardentem, ſicut fama eſt, conſpexiſſet.* Benedictus: *at Oneſicritus Alexandri gubernator, cum Calanum, ut ajunt, conflagrantem vidiſſet.* Vidit ergo *Benedictus*, Opſopoeum largiorem eſſe, quam patiuntur Graeca, & verbum φησὶν notare non niſi alterutrum poſſe, vel *ait*, vel *ſicut fama eſt.* Quid decrevit ergo is ipſe? nempe accepit pro *ut ajunt*, pravo ſane judicio. Non enim magis ajunt Calanum conflagraſſe, quam Oneſicritum id vidiſſe. Sed & vide, unde comparativa loquutio pendeat. Scribit Benedictus: *Illi enim non inſiliunt in ignem ut Oneſicritus Alexandri gubernator*, quaſi vero & Oneſicritus inſiluiſſet. Quin immo Lucianus Oneſicritum unum auctorem hujus hiſtoriae citat, & ideo non poteſt imperfecta multitudinis ac rumoris citatio locum habere, & plane ſufficere debet, ſi vertas, *ut Oneſicritus Alexandri gubernator viſo Calano ardente refert.* Maxime miror *Benedicti* iſtam verſionem placuiſſe *Tan. Fabro*, tam minute ſingula hæc quondam recognoſcenti. *J. G.*

93. Φησὶν] Hanc vocem vir Doctiſſimus dum oſcitans

tum conscenso rogo, servato eodem habitu cremantur, ne paullum quidem immutantes de suo decubitu. Iste vero, quid magnum, si injectus statim moriatur, ubi correptus ab igne fuerit? Nec illud non licet sperare, futurum, ut resiliat vel seminstulatus, nisi illud machinetur, quod facere illum ajunt, ut profundus fiat atque in fossa rogus.

26. *Sunt autem qui dicant, illum mutare velle sententiam, & somnia enarrare quaedam, quasi non sinat Jupiter locum sacrum pollui. Sed bono potest esse animo ad hoc quidem quod attinet. Ego enim sacramentum dare paratus sum, Deorum indignaturum esse*

95 τες ἀχίνησοι, ἀνέχον) παροπτώμενοι, εἶτ' ἐπιβάντες κτ' ἀχῆμα, κεῖσθαι, ὑδ' ὅσον ὀλίγον [b] ἐκτρέψαντες τ καλακλίσεως. ἔστω δὲ τί μέγα, εἰ ἐμπεσὼν τεθνήξει) συναρπασθεὶς ὑπὸ τῦ πυρός; οὐκ ἀπ' ἐλπίδ [c] μὴ ἀναπηδήσειε αὐτὸν, καὶ ἡμίφλεκτον, εἰ μὴ ὅπερ φασὶ, μηχανήσει) βαθεῖαν γενέσ τ ἐν βόθρῳ τ πυράν.

Εἰσί δ' οἱ κ μεταβάλλεσθαί φασιν αὐτὸν, κ τινα ὀνείρατα διηγεῖσ, ὡς τῦ Διὸς οὐκ ἐῶντ μιαίνειν ἱερὸν χωρίον. ἀλλὰ θαρρείτω τύτῳ γε ἕνεκα. ἐγὼ γ διομοσαίμην ἄν, ἢ μὴν μηδένα τ θεῶν ἀγαναχτήσειν, εἰ Περε-

b Ἐκτρέψαντες] Ex emend. *Fabri.* Ἐντρέψαντες Edd. *c* Μὴ ἀναπηδήσ.] Nihil mut. Edd. Mss. *aut.* vult *Gron.*

tans legere omittit, mortis genus Oneiricum doceri hic affirmat not. ad *Diog. Laërt.* p. 151. B. *M. du S.*

94. Ἐπειδὰν πήσωσι] Ἐπειδὰν πυρὰν πήσωσι ut supra legend. videtur. τὸ πήσωσι solitarium non placet. *F.G.*

95. Εἶτ' ἐπιβάντες κατὰ χῆμα, κεῖσθαι] Aliena videntur & insititia, ut ex praecedentibus & seqq. videre est. *F.G.*

97. Ἐντρέψαντες] Ex iis quæ modo attulimus legendum ἐκτρέψαντες. *T.F.*

Ἐντρέψαντες] I. e. immutantes. An ἐκτρέψαντες legendum. Infra *Fugitiv.* c. 7. de iisdem: ὑδὲν τῷ χήματ, ἢ τ καθέδρας ἐκτρέποντες. Vide locum. *F.G.*

Ἐντρέψαντες] Ego cum *Tan. Fabro* malim ἐκτρέψαντες, ut Δραπ. c. 7. in omnibus recte scribitur. *M. du S.*

Ἐκτρέψαντες] Ita quoque correctum inveni in marg. B1. Sed & firmatur emendatio, quod Dial. seq. *Fugit.* c. 7. ὑδὲν τῷ χήματ ἐκτρέποντες, constanter legitur. *J. F. R.*

Ibid. Οὕτ δὴ τί μέγα] Locus mire depravatus videtur. An sic rescribendus? Οὕτ δὴ τί μέγα ποιεῖ; εἰ ἐμπεσὼν τεθνήξεται, συναρπασθεὶς ὑπὸ τῦ πυρὸς· οὐκ ἀπ' ἐλπίδ ἂν ἀναπηδήσειε αὐτὸς ἡμίφλεκτ. *F.G.*

98. Τί μέγα] Commate adposito sensum adjuvi, ut intelligatur, *quid magni* scil. *est*, veluti τί θαῦμα; *quid mirum?* Tumque non opus erit cum *Guj.* ποιεῖ infercire. Sed nec in reliqua ejus emendatione adquiesco; nec *Gronovianum* μεταναπηδήσειε satisfacit, nisi auctoritate verbum firmetur. Tamen verum est, *spem exsiliendi* requiri, & negationem abundare; nisi μὴ hic valeat *numquid*, ut in interrogandi formulis solet, vel pro *quin* valere possit, i. e. *non desperabat quin exsilire posset.* Quod pluribus indagare temporis angustia prohibet. *J. F. R.*

99. Οὐκ ἀπ' ἐλπίδ μὴ ἀναπηδήσειε αὐτὸν ἡμίφλεκτον] *Non a spe non resiliturum ipsum semiustum.* Interpol. Hoc quid sit, intelligere arbitror hominem natum neminem. Interpretandum fuerat, *cum extra spem non sit, quin seminstus quoque* (aut, *quin vel seminstus*) *ex igne sit resiliturus.* Mihi tamen Græca oratio magis facta magisque elegans videretur, si legeres μὴ οὐκ ἀναπηδήσειε. *T.F.*

Οὐκ ἀπ' ἐλπίδ μὴ ἀναπηδήσειε αὐτὸν] Certe *Benedictus*, etsi in priorum sententia aberrarit, in posterioribus voces, prout sunt, expressit, quod *Tan. Faber* prorsus non facit, cujus versio plane par foret Græcis ita conceptis οὐκ ἀπ' ἐλπίδος ἀναπηδήσεσθαι αὐτὸν, cum extra spem non sit, quin ex igne sit resiliturus. Nedum ut admitti possit, quod tentat, gemina negatio ante verbum ἀναπηδήσειε. Sed ut habeas expedita omnia, apparet errorem scripturæ corrigendum esse, & pro μὴ ἀναπηδήσειε, reponendum μεταναπηδήσειε. Nam in sententia verbi μεταβάλλειε idem *Faber* toto cælo errat, quum rectissime *Benedictus* reddiderit. *J. G.*

1. Μὴ ἀναπηδήσειε] Δὴ ἀναπηδήσειε. *F.G.*

Μὴ ἀναπηδήσειε] Phrasin apud Nostrum huic similem frustra quaesivi. Vid. *Mort.* c. 33. οὐκ ἀνέλπιστον ὡς ἂν κ ἄλλῳ ταυτὸν συμβαίη. *M. du S.*

4. Μεταβάλλειε] *Mutatum iri.* Interpolat. male. Vertendum fuit, *Mutare sententiam.* De re præsenti loquitur: jam enim tergiversabatur Peregrinus. *T.F.*

5. Διηγεῖσ] An scribendum διηγοῦνται; *F.G.* Placet conjectura. *J.F.R.*

8. Ἦ μὴν] Lege ἦμὴν. *F.G.* Nihil muto: nam disjunctim apud Nostrum aliosque scribi amat, licet parum interesse putem, utro more scribas (Vid. supra T. 2. *Toxar.* c. 50. No. 14.) Et pro lubitu scribas modo ἤ μὴν, modo junctim ἦμὴν dedisse; quare vulgatum servandum; sed ne ὀξυτόνως quidem, ut *Guietus* voluit, apud Nostrum alibi reperio. Cl. *Perizon.* ad *Ælian.* 2. 7. ridet eos qui jungunt & ab Hebraeo ἀμὴν derivant, exemplaque τῷ ἦ μὴν in jurandi formulis usitati, quaedam adfert. Apud *Hom.* Il. I. 57. Ἦ μὴν κ ἦσθ ἐσσὶ, recte Edd. licet *Seber.* ἦμὴν indicet. *J. F. R.*

ξεγρῖν & κακῶς [a] ἀποθάνοι. ὁ μὲν οὖν ἁπλοῦν ῥᾴδιον αὐτῷ ἔτ' ἀναδῦναι. οἱ γὰρ συνόντες κύνες παρορμῶσι, καὶ συνωθοῦσιν ἐς τὸ πῦρ, καὶ ὑπεκκαίουσι τὴν γνώμην, οὐκ ἐῶντες ἀποδειλιᾶν· ὧν εἰ δύο συγκαλασπάσας ἐμπέσοι εἰς τὴν πυρὰν, τοῦτο μόνον χάριεν ἐργάσαιτο.

neminem, si mala morte Peregrinus moriatur. Quin nec facile est illi retractare. Nam qui cum illo sunt canes, incitant hominem, & una in ignem contrudunt, & animum illius subinde incendunt, nec metu resilire illum patiuntur. Quorum si duobus secum detractis in ignem incidat, hoc solum lepidum opus fecerit.

Ἤκουον δὲ ὡς οὐδὲ Πρωτεὺς ἔτι καλεῖσθαι ἀξιοῖ, ἀλλὰ Φοίνικα μεταπεποίηκεν ἑαυτὸν, ὅτι καὶ Φοῖνιξ τὸ Ἰνδικὸν ὄρνεον ἐπιβαίνειν πυρᾶς λέγεται, πορρωτάτω γήρως προβεβηκώς. ἀλλὰ καὶ λογοποιεῖ, καὶ χρησμούς τινας διέξεισι παλαιοὺς δή, ὡς χρεὼν εἶναι δαίμονα νυκτοφύλακα γενέσθαι αὐτόν. καὶ δῆλός ἐστι βωμοῦ ἤδη ἐπιθυμῶν, καὶ χρυσοῦς ἀναστήσεσθαι ἐλπίζων.

27. Audio vero illum nec Protea vocari velle amplius, sed Phoenicis nomen pro suo sibi adscivisse, quod etiam Phoenix, Indica avis, ingredi rogum dicitur, ubi ad extremam senectutem provecta est. Verum etiam rumores spargit, & oracula quaedam vetusta refert, in fatis esse ut noctis custos genius ipse evadat: ac manifestum est, altaria illum concupiscere, & futurum sperare, uti stet aureus.

Καὶ, μὰ Δία, οὐδὲν ἀπεικὸς ἐν τοῖς πολλοῖς τοῖς ἀνοήτοις εὑρεθῆσεσθαί τινας τοὺς καὶ τεταρταίους ἀπηλλάχθαι δι' αὐτοῦ φήσοντας, καὶ νύκτωρ ἐντετυχηκέναι τῷ δαίμονι τῷ νυκτοφύλακι· οἱ κατάρατοι δὲ ἕτοιμαθηταὶ αὐτοῦ καὶ χρηστήριον, οἶμαι, καὶ ἄδυτον ἐπὶ τῇ πυρᾷ μηχανήσονται. διότι καὶ

28. Neque vero, per Jovem, abhorret in magna dementium multitudine inventum iri, qui quartana se per ipsum liberatos dicant, & noctu sibi occurrisse noctis illum custodem genium. Execrabiles autem isti illius discipuli, etiam oraculum, puto, & adytum in rogo illius machinabuntur, propterea quod Pro-

[a] Ἀποθάνοι] Sic B1. F. P. S. &c. Ἀποθάνοι H. In qua nonnemo emendarat ἦν — ἀποθάνῃ, quod jam non opus.

9. Ἀποθάνοι] Sic plerique Impressi H. & P. ἀποθάνοι prave. *M. du S.*

10. Ἀναδῦναι] *Emergere.* Interpol. non potuit pejus: hoc enim loco ἀναδῦναι est *subterfugere, tergiversari*, ut ii faciunt, quos promissi pœnitet. Quod vel *Homerus* docuisse potuit Iliad. H.

ἀλλ' ἤτοι ἴτω εἶχεν ὑποτρέσαι, οὐδ' ἀναδῦναι
ἐψ λαὸν εἰς ὁμιλον —

Ita in Odyss. ἁπλῶς.

μή τις μοι ἀναδύῃ —

Itaque dixit *Eustathius*, τὸ, ἀναδῦναι, ὡς ἴσῳ εἶναι τῷ, ἀναποδίσαι, εἴτουν, ὑποχωρῆσαι, *idem esse atque* ἀναποδίσαι *seu* ὑποχωρῆσαι. *Hesychius* autem vertit μεταβουλεύειν, *consilium mutare*. Ceterum Interpolator corrupit interpretem, qui sic verterat: *Neque promptum jam illi est à proposito regredi.* Eat itaque corrector quo dignus est. *T. F.*

Ibid. Συνόντες κύνες] Cynici, quod supra dicebam. *T. F.*

21. Παλαιοὺς δή] Τὸ γέλοιον est in hac particula δή, innuit enim non esse antiqua illa oracula, sed ὑφυφασμένα. *T. F.*

22. Δαίμονα νυκτοφύλακα] Haud dubie adversus terrores nocturnos, lemures, larvas, spectra, &c. Est quidem apud *Plautum* Deus Nocturnus in Amphitruone, & passim apud veteres Nox Dea; sed nil ad hanc rem. *T. F.*

23. Βωμοῦ — χρυσοῦς] Ex Athenagora patet statuas ei erectas; cujus locum infra adduximus ad c. 41. *M. du S.*

Ibid. Χρυσοῦς ἀναστήσεσθαι ἐλπίζων] *Et aureas sibi erectum iri.* Interpolator. Ridicule. Existimavit videlicet, χρυσοῦς esse casus quarti, quod οὐθέν ἐστι. *Sperat Peregrinus fore ut aureus stet*, id est, ut aurea statua sibi ponatur. Quod ita tritum est, & trafatitium, ut pæne pudeat exempla proferre. Sed a Luciano ipso non abibo. (in *Tim.* circa med.) δέδοκται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χρυσοῦν ἀναστῆναι τὸν Τίμωνα, *Senatui populoque placuit aureum Timonem statuere*, id est auream Timoni statuam ponere. *Virgil.*

Nos

Proteus ille Jovis filius primus hujus nominis auctor vates fuit. Testor autem sacerdotes etiam illius constitutum iri, flagrorum, aut aspulationum, aut prodigiosarum id genus actionum: vel, per Jovem, mysteria quaedam institutum iri nocturna, & facum gestationem circa rogum.

29. *Theagenes autem nuper, ut renunciavit mihi aliquis sodalium, etiam Sibyllam dixit de hisce rebus aliquid praedixisse. Nempe versus recitavit illos:*

Ast ubi jam Proteus, Cynicorum maximus unus,
Ad Jovis altitoni succensis ignibus aedem
In flammam insiliens, altum conscendet Olympum;
Tunc una, quotquot vescuntur munere terrae,
Noctivagum jubeo venerari Heroa, Potentem,
Herculeoque, tuoque throno, Vulcane, sedentem.

30. *Haec a Sibylla se accepisse ait Theage-*

Πρωτεὺς ἐκεῖνος ὁ Διὸς, ὁ προπάτωρ τῷ ὀνόματος, μαντικὸς ἦν. μαρτύρομαι δὲ, ἢ μὴν καὶ ἱερέας αὐτῷ καθιδρυθῆναι, μαστίγων, ἢ καυστηρίων, ἢ τινος τοιαύτης τερατουργίας, ἢ καὶ, νὴ Δία, τελετήν τινα ἐπ' αὐτῷ σταθῆναι νυκτέριον, καὶ δαδουχίαν ὑπὲρ τῆς πυρᾶς.

Θεαγένης δὲ ἔναγχος, ὡς μοί τις τῶν ἑταίρων ἀπήγγειλε, καὶ Σιβύλλαν ἔφη προειρηκέναι περὶ τούτων. καὶ τὰ ἔπη γοῦν ἀπεμνημόνευεν·

Ἀλλ' ὁπόταν Πρωτεὺς Κυνικῶν ὄχ' ἄριστος ἁπάντων,
Ζηνὸς ἐριγδούπου τέμενος κατὰ πῦρ ἀνακαύσας,
Ἐς φλόγα πηδήσας, ἔλθῃ ἐς μακρὸν Ὄλυμπον,
Δὴ τότε πάντας ὁμῶς, οἱ ἀρούρης καρπὸν ἔδουσι,
Νυκλιπόλον τιμᾶν κέλομαι ἥρωα μέγιστον,
Σύνθρονον Ἡφαίστῳ καὶ Ἡρακλῆι ἄνακτι.

Ταῦτα μὲ Θεαγένης Σιβύλλης ἀκηκοέναι φη-

b Σιβύλλαν] Σιβύλλας *Coll.*

40. Καὶ Σιβύλλας] *G.*

Nos te marmoreum pro tempore fecimus.

Et *Horat.*

Albanos prope, te, lacus
Ponet marmoream.

qui autem χρυσοῦν legi debere dicat, nec is suam peritiam aperuerit. *T.F.*

32. Προπάτωρ τῷ ὀνόματος] Scio quidem ὄνομα sumi quandoque pro persona; sed nihil hic tale. Ingeniosa Luciani facetia est. Debuerat dicere, Proteus ille Deus προπάτωρ fuit nostri Protei; sed quia ille Sophistes κύριος vocabatur Peregrinus, non Proteus, maluit dicere προπάτωρ τῷ ὀνόματος, *nominis progenitor*, vel *nominis primus auctor*. Nam quid sit *propater*, ignorare me fateor. *T.F.*

34. Μαστίγων] Ut Cybeles galli. καυστηρίων autem quod additur, videri potest favere sententiae eorum, qui inustam haederae folii figuram statuunt a Ptolemaeo Judaeis. Qua de re vide nostram notulam ad viri Cl. *Humphredi Prideaux* Gallicam versionem T. III. p. 178. & seq. meminerint qui hinc, ad confirmandam suam hac de re sententiam, argumentum petere volent, Lucianum *aliquid novi cruciatusque talis herois sacerdotibus dignos* comminisci; & aliunde firmiora proferant, quibus vero saltem similis fiat ea, quam tuentur opinio, a *Palmerio* si non eversa, certe concussa graviter & ruinam minata. *M. du S.*

37. Δαδουχίαν] Quae de futuro oraculo jam dicta sunt, Alexandri Abonotichitae oraculum respicere mihi videbantur: nunc cum Δαδουχίαν etiam memoret, res certa est. Hincque liquido conficitur, ante annum Chr. CLXV. Institutum hoc solenne. Vide Ἀλεξ. c. 38. *M. du S.*

40. Σιβύλλαν] Sibyllina oracula vides jam obtrudi coepta, quae pro re nata ex sua jam obscuritate a callidis hominibus eruebantur, aut potius fingebantur, quae quantum ipsis Christianis fraudi fuerint, non nostrum nunc est inquirere; & a Viris jam Doctissimis abunde praestitum est; quamvis non desint inter Christianos, qui eis aequam cum sacris ipsis voluminibus fidem, incauti sane & superstitioni homines, adhibeant. Consule Eruditissimi *H. Prideaux*, quae post haec scripta prodiit, *Historiam* toto jam Christiano orbe notissimam. *M. du S.*

54. Βω-

Φησίν. ἐγὼ δὲ Βάκιδ@ αὐτῷ χρησμὸν ὑπὲρ τούτων ἐρῶ. Φησὶ δὲ ὁ Βάκις οὕτω σφόδρα εὖ ἐπειπών,

'Αλλ' ὁπόταν Κυνικὸς πολυώνυμ@ ἐς φλόγα πολλὴν
Πηδήσῃ δόξης ὑπ' ἐριννύϊ θυμὸν ὀρινθείς,
Δὴ τότε τὺς ἄλλυς κυναλώπεκας, οἵ οἱ ὀπίσσω
ἕπονται,
Μιμεῖδ χρὴ πότμον ἀποιχομένοιο λύκοιο.
Ὅς δέ κε δειλὸς ἐὼν, φεύγῃ μέν@ Ἡφαίστοιο,
Λάεσσι βαλέειν τοῦτον τάχα πάντας 'Αχαιοὺς,
Ὡς μὴ ψυχρὸς ἐὼν, θερμηγορέειν ἐπιχειρῇ,
Χρυσῷ σαξάμεν@ πήρην, μάλα πολλὰ δανείζων,
Ἐν καλαῖς Πάτραισιν ἔχων τρὶς πέντε τάλαντα.

nes. At ego Bacidis illi de hisce rebus oraculum dicam. Ait autem Bacis ita praeclare adjiciens caeteris:

Aſt ubi jam vario Cynicus cum nomine flammam
Inſiliet, furiis agitatus pectore Famae:
Tunc tunc vulpicanes, turba hunc imitata magiſtrum,
Fata lupi, edico, jam diſcedentis obibunt.
Sed quicumque metu Vulcani fugerit aeſtus,
Jactis confeſtim hunc ſaxis petat omnis Achivus,
Dicere ne calidum conetur frigidus ipſe,
Diſtendens auro peram de foenore capto,
Patris condita habens pulchris ter quinque talenta.

Τί ὑμῖν δοκεῖ ἄνδρες; ἆρα φαυλότερ@ χρησμολόγ@ ὁ Βάκις ἢ Σιβύλλης εἶναι; ὥστε ὥρα τοῖς θαυμαστοῖς τούτοις ὁμιληταῖς

Quid vobis videtur, auditores? Numquid deterior Sibylla vates eſſe Bacis? Itaque auctor ſim admirabilibus illis Protei ſodalibus, ut

a Βαλέειν] Bene *S. Amſt.* Βαλλέειν male cett.

54. Βάκιδ@] Tres Bacides fuiſſe docet *Ælianus* V. H. XII. 35. Hinc autem colligere eſt, totam hanc Anonymi orationem, a Luciano aut prorſus fictam eſſe, aut, ſi quae fuit, recuſam; talia enim ex tempore fundi carmina veriſimile non eſt. Quamquam cum dies aliquot interceſſerint inter prolatum a Cynico Sibyllae Oraculum, & hanc orationem, potuit etiam hoc Bacidis oraculum interea factum jam tum expromi. *M. du S.*

55. Ὁ Βάκις] Hujus *χρησμολόγου* meminit aliquoties *Ariſtophanes*, ut ὁ ὄρνισιν & ἱππεῦσιν. Scholiaſtes tres ejus nominis commemorat, ut & *Suidas*, qui Scholiaſtae locum in ſeſe tranſtulit. Ejusmodi hominem ætas patrum noſtrorum vidit, Noſtradamum. Ceterum duas aut tres ex ejus prædictionibus apud *Herodotum* legas in VIII. Sed multo plures apud *Pauſaniam*. *T. F.*

60. Κυναλώπεκας] Convicium Ariſtophanicum. Intelligit Lucianus impoſtores. *T. F.*

70. Ἐν καλαῖς Πάτραισιν] Intelligit Theagenem Cynicum, quem infra (c. 36.) deſignat, ὁ γυπάδης, ὁ ἐκ Πατρῶν. inde enim domo erat. *T. F.*

77. Ταῦτ' εἰπόντ@] Hucusque anonymi continuata oratio eſt. Cetera Lucianus veluti ex ſeſe. *T. F.*

79. Κατίδῃ] Ut ſupra de eodem concionem habituro dixerat ἀνίδῃ, c. 7. *M. du S.*

Ibid. Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ] Locus ex *Homero* ad Theagenem tranſlatus. Eſt autem primus verſus τῆ ξυμφωνίας. Hujus loci venuſtas ei non apparet, qui verſum integrum non legit, propter ἀκροτελεύτιον, quod mirifice ad ridiculum facit. Sic autem ſe habet;

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης,

id eſt, etiam ſi biberet Neſtor, eum tamen clamor non latuit. *T. F.*

Νέστορα] *Homer.* Il. Ξ. 1. *M. du S.*

83. Οὐ γὰρ οἶδα] Miror ſane rem hujusmodi curioſitatem Luciani effugiſſe; quin potius ipſe Lucianus ſub ejus perſona latere voluiſſe cenſendus eſt. *M. du S.*

86. Ἡφ. — Ὀλυμπ.] Conſulendus hic *Pauſanias* in Eliacis, ut Topographiam hujus Dramatis recte aſſequens. *M. du S.*

87. Πλειθρίῳ] *Circo.* Interp. retinendum fuit, *in Plethrio*; locus erat in Gymnaſio Eleorum. *Pauſanias.* (202. 6.) ἔστι δὲ ἐν γυμνασίῳ τὸ καλούμενον Πλίθριον. ἐν δὲ αὐτῷ συμβάλλουσιν οἱ Ἐλεοδίκαι τοὺς, &c. *T. F.*

Ibid. Ταῦτα μὲν σοι] Leg. ταῦτα μόνα σοι. *T. F.*

Ταῦτα μέν σοι] Vulgatam contra *Fabrum* multis exemplis, ubi σοι ſic abundat, defendit Cl. *Jenſ.* in Lect. Lucian. p. 62. occaſione verborum in *Timone* T. I. c. 52. No. 53. Τυτὶ μὲ ἂν σοι. Ac vix mihi perſuadeo, vulgatiſſimum illum pleonaſmum latuiſſe *Fabrum*; ſed τοι hic elegantius ei viſum, ac melius reſpon-

ut ipſi quoque circumſpiciant locum, ubi in aëra ſe diſſolvant, iſto enim verbo combuſtionem vocant.

31. Haec illo dicente exclamabant qui circumſtabant omnes, *Jam comburantur digni igne!* Atque hic quidem cum riſu deſcendit. *Sed non fugerunt Neſtora voces*, Theagenem puto: verum audito clamore venit ſtatim, eſcendensque clamavit, & ſexcenta mala protulit contra eum, qui deſcenderat; nec enim novi, quomodo vir ille optimus vocatus ſit. Ego vero relinquens hominem dirumpentem ſe abii viſurus athletas. Jam enim eſſe dicebantur in Plethrio judices certaminum. Haec tibi Elide.

32. Ipſam vero Olympiam cum veniſſemus, plenum erat poſticum templi vel accuſantium Protea, vel propoſitum illius laudantium: adeo ut etiam ad manus multi illorum venirent, donec ipſe progreſſus innumerabili comitante multitudine Proteus, poſt praeconum agonem verba fecit de ſe,

τῦ Πρωτέως, θεισκοπεῖν ἔνθα ἑαυτὺς ἐξαερώσυσι· τῦτο γὰρ τὸ καῦσιν καλῦσι.

Ταῦτ' εἰπόντος, ἀνεβόησαν οἱ θεασάμενοι ἅπαντες, Ἤδη καίεσθωσαν, ἄξιοι τῦ πυρός. ὁ δὲ μὲν κατέβη γελῶν, Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ τὸ Θεαγένη· ἀλλ' ὡς ἤκυσε τὸ βοῆς, ἦκεν εὐθὺς, καὶ ἀναβὰς, ἐκεκράγει, καὶ μυρία κακὰ διεξῆει θεὶς τῦ καταβεβηκότος· ὃ γὰρ οἶδα ὅστις ὁ βέλτιστος ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο. ἐγὼ δὲ ἀφεὶς αὐτὸν ἀφαρπαγνύμενον, ἀπῆειν ὀψόμενος τὺς ἀθλητάς· ἤδη γὰρ οἱ Ἑλλανοδίκαι ἐλέγοντο εἶναι ἐν τῷ πλεθρίῳ. ταῦτα μὲν [b] σοι τὰ ἐν Ἤλιδι.

Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ὀλυμπίαν ἀφικόμεθα, πολὺς ἦν ὁ ὀπισθόδομος τῦ καλουμένου Πρωτέως, ἢ ἐπαινούντων τὴν προαίρεσιν αὐτῦ, ὥστε καὶ εἰς χεῖρας αὐτῷ ἦλθον οἱ πολλοὶ, ἄχρι δὴ προελθὼν αὐτὸς ὁ Πρωτεὺς μυρίῳ τῷ πλήθει παραπεμπόμενος, κατόπιν τῦ [c] τῶν κηρύκων ἀγῶνος, λόγυς τινὰς διε-

b Σοι] Τοι *Fab.* Nihil mut. Edd. *c* τῦ τὸν κηρύκων ἀγῶνος] Sic Edd. omnes. Nec quidquam Libri variant.

ſpondere ſequentibus, in quo me non habebit adverſantem, ut primum auctoritas Codd. acceſſerit; ſed dum & vulgatum probum eſt, quod recte contendit *Jenſius*, nihil movendum. *J.F.R.*

90. Ὀπισθόδομος] Credibile eſt fuiſſe magnum aliquod atrium, aut quid tale, Jovis templo annexum. Eodem in loco Herodotus olim ſuas recitavit hiſtorias, ut auctor eſt Lucianus alibi. (Ἡρ. c. 1.) Ceterum ὀπισθόδομος & πρόναος opponuntur. *Diodorus* XIV. ὃ μόνον γὰρ ἐν τοῖς πρόναοις καὶ τοῖς ὀπισθοδόμοις τὰ ἱερὰ, &c. Legendus autem tibi omnino Lucianus in *Fugitivis*, (c. 7.) ubi hiſtoriam hanc ἐκκυφοῖ. Ibi de Cynicis dicitur: καὶ βοῆς τὸ ὀπισθόδομον ἐμπλήσωσιν ὑλακτοῦντες. *T. F.*

Ibid. Ὁ ὀπισθόδομος] I. e. poſterior pars templi Jovis Olympici. *F.G.*

94. Κατόπιν τῦ τὸν κηρύκων ἀγῶνος] Qui ſint κήρυκες & Εὐμολπίδαι norunt omnes praeter illum qui Luciani *Pſeudomantim* (c. 39.) convertit. Cum enim ſimpliciter interpretandum eſſet. *Ceryces & Eumolpidae* (quemadmodum paſſim, praecipue autem apud *Æmil. Probum* in Alcibiade) homo meus *praecones & egregios cantores* eſſe maluit. Hoc autem loco nil nobis cum ejusmodi κηρυξιν. Non eſſe autem hunc locum de iis intelligendum qui ἐν κύκλοις κιθαρῳδοῦσιν, ludam, opinor, operam, ſi probem. Nec etiam de praeconibus ludorum placet accipi. Deinde quid ſit *retro praeconum certamen?* Verum quidem eſt ἀγὼν ſignificare non *certamen* tantum, ſed & *locum certaminis*, apud *Homerum*, notante *Euſtathio*: quemadmodum οἶνος vinum & locum in quo venditur. ἔλαιον oleum & locum in quo venundatur, ex *Polluce*, & χοὰς apud *Homerum* in Od. Θ. pro loco τὸ χοαείας, ita δῶγμα duplicem ſignificationem habebat notante *Schol.* in orat. contra Polyclem; ſed quid fiet τῷ, κηρύκων? Sane locus hic a doctis examinari debuerat, quod quia nondum fecere, dicam quod mihi videtur. Legendum hic puto non κατόπιν τῦ τὸν κηρύκων ἀγῶνος, ſed κατόπιν τὸ Κηρυκαϊκῆς ἀγυιᾶς. Audi quaeſo *Pauſaniam* in Eliacis. τῇ δὲ, ἔνθα οἱ Ἑλλανοδίκαι διημερεύουσιν, ἐσὶν ἐγγὺς ἄλλα τοῖα, τὸ μίλαξιν αὐτῶν, ἀγυια μία. ταύτην ὀνομάζυσι Κηρυκαϊκὴν οἱ Ἠλεῖοι. Nemo non videt quam recte huic Luciani loco conveniant, quae a *Pauſania* dicuntur. In hujusmodi autem locorum appellationibus, vicorum, platearum, &c. quam ſaepe peccent exſcriptores librorum, nimis multa exempla probant. Haec noſtra eſt de hoc loco ſententia, donec aliquis meliora protulerit. *T.F.*

Ibid. Κατόπιν τῦ τὸν &c.] Hunc locum ſollicitavit vir doctus, & contendit legendum eſſe κατόπιν τὸ Κηρυκαϊ-

διεξῆλθε. φέρε [a] αὐτῷ, τί βίον τε [b] ὡς ἐβίω, καὶ τοὺς κινδύνους, οὓς ἐκινδύνευσε διηγήσωμαι, καὶ ὅσα πράγματα φιλοσοφίας ἕνεκα ὑπέμεινε. τὰ μὲν οὖν εἰρημένα πολλὰ ἦν. ἐγὼ δὲ ὀλίγων ἤκουσα· ὑπὸ πλήθους γὰρ τῶν θεωμένων. εἶτα φοβηθεὶς μὴ συνθλιβείην ἐν τοσαύτῃ τύρβῃ, ἐπεὶ καὶ πολλοὺς τοῦτο πάσχοντας ἑώρων, ἀπῆλθον, [c] μακρὰ χαίρειν φράσας θανατιῶντι σοφιστῇ, τί ἐπιτάφιον ἑαυτῷ πρὸ τελευτῆς διεξιόντι.

quam vitam vixerit, pericula quae subierit enarrans, & quas philosophiae caussa sustinuerit molestias. Multa quidem fuere, quae dixit: ego vero, prae circumstantium multitudine, pauca audivi. Deinde ne tanta in turba eliderer metuens, quod accidere videbam pluribus, abii, longum valere jusso affectante mortem Sophista, ipso sibi ante mortem parentante.

Πλὴν [d] τόδε τοσοῦτον ἐπήκουσα· ἔφη γὰρ βούλεσθαι χρυσῷ βίῳ χρυσῆν κορώνην ἐπιθεῖναι· χρῆναι γὰρ τὸν Ἡρακλείως βεβιωκότα, Ἡρακλείως ἀποθανεῖν, καὶ ἀναμιχθῆναι τῷ αἰθέρι. καὶ ὠφελῆσαι, ἔφη, βούλομαι τοὺς ἀνθρώπους, δείξας αὐτοῖς ὃν χρὴ τρόπον θανάτου καταφρονεῖν. πάντας οὖν δεῖ μοι τοὺς

33. Illud tamen audivi, cum diceret, *Velle se auream vitae aureae coronidem imponere: oportere enim, qui Herculeo more vixerit, eum mori quoque more Herculeo, & remisceri aetheri. Ac prodesse*, inquit, *volo hominibus, ostendendo illis, quem ad modum mortem oporteat contemnere. Itaque Philocte-*

tas.

a Αὐτῷ] Αὐτοῦ Edd. b Ὡς] Ὃς Anonym. c Μακρὰ] Recepi ex *Poll.* Μακρὰν Edd. d Τόδε] Τόγε emend. *Grom.* Nihil variant Edd.

κης ἀγωνίας. Ignoscat, si non possum accedere suae sententiae: locus enim Luciani sanus est, nec minimam recipit mendi suspicionem. Κηρύκων ἀγὼν locus erat, ubi praecones de artis excellentia & vocis contentione certabant. Testis *Diodorus* lib. 18. ubi de epistola regis Alexandri, quam miserat, ut in Olympica celebritate recitaretur, sic ait: ταύτην δὲ προσέταξεν ἐν τῇ πανηγύρει ὑφ' ἑνὸς τῶν νικησάντων κήρυκος ἀναγνωσθῆναι, id est, *eam autem jussit in publico coetu legi a praecone, qui victoriam obtinuisset. Julius Pollux* lib. IV. cap. 12. πρότερον δ' Ὀλυμπίασι τὸ ἐπιχωρίων κηρυττόντων, οἱ ταῖς ἱερουργίαις ὑποδηκνοῦντο, πρῶτος τῶν ξένων ἀγωνίσασθαι τὰ Ὀλύμπια Ἀρχίας Ὑβλαῖος καὶ τρεῖς ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδας νίκα, καὶ Πυθοῖ δὲ νίκα, καὶ εἰκών τις ἐν αὐτῷ Πυθικὴ. καὶ ἐπιγράμματα

Ὑβλαίου κήρυκος τόδ' Ἀρχίᾳ Εὐκλέος υἱῷ
Δεῖξαι ἄγαλμ' εὔφρων Φοῖβ' ἐπ' ἀπημοσύνῃ·
Ὃς τρὶς ἐκήρυξεν τὰ Ὀλυμπίασ' αὐτὸς ἀγῶνα
Οὐθ' ὑπὸ σαλπίγγων, οὔτ' ἀναδίγματ' ἔχων.

Id est, *Primum autem Olympiae, cum soli ejus regionis praecones, qui in sacris ministrabant, admitterentur, Primus exterorum certavit Archias Hyblaus, qui tres continue Olympiadas vicit, & Delphis etiam Pythia vicit, & extat ejus quaedam imago Pythica:*

Hyblaei praconis hanc Archia Euclei filii
Accipe statuam lubens, Phoebe, ob ejus incolumitatem,
Qui ter ipse certavit praeconio in agone Olympico,
Nec tubulum in ore habens nec circa collum ligacula.

Ex his patet praecones etiam de voce certasse, & inde sequitur fuisse illi certamini locum assignatum, de quo hoc loco fit mentio apud Lucianum. Videndus *Georgius Syncellus* pag. 208. post Olympiadem 88. ubi inveniuntur haec verba ex Africano: σαλπικτῶν & κηρύκων ἀγὼν προετίθη ἐν Ὀλυμπίᾳ, id est, *Tubicinum & praeconum certamen aliis certaminibus additum est Olympia.* Videsis *Josephi Scaligeri* epistolam numero 448. Caeterum de interpretatione vocum ὑποσαλπίγγων & ἀναδίγματα non contendam, si quis certiora docuerit, nam ex sola nostra conjectura eas interpretatus sum sine auctoritate, nisi quod *Hesychius* habet ἀναδίγματα ἱστίας περὶ πραχίλους, quod satis firmat nostram interpretationem, scilicet collum fasciis comprimebant, ne rumperentur nimia contentione arteriae, & ut sonus vocis elatior fieret. De voce ὑποσαλπίγγων, quam ex sola conjectura interpretatus sum, expecto, qui me doceat: alibi enim non reperitur. *Hesychius* in voce Σάλπιγξ haec habet: σιγνοσάλπιγξ· ἀντὶ τοῦ κήρυξ. Unde conjecí, praecones usos fuisse quodam tubulo argenteo vel aereo tamquam tuba, ut eorum vox major & clarior audiretur. *J. P. a G.*

Κατόπιν τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος] Notavit pater quoque hic conjecturam liberam & indoctam *T. Fabri*, & ut ab ea caveretur, jussit inspici *Ciceronis* epistolam ad Luccejum. In schedis notavit videndum *Scaligerum* in Graeca *Eusebii* pag. 420. *Fabrum* priorem in Agonistico pag. 293. & 294. Et sane quomodo latuerunt illa in extremo *Demonacte*, εἶτα πρὸς τοὺς παρόντας τῶν ἀναγόντων τῶν κηρύκων πόδα, Λέγει μὲ ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων Ταμίας, Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν? *J. G.*

Κατόπιν τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος] Ὀπωδίδρομον Jovis Olym-

tas mihi fieri omnes homines, aequum est. Qui ergo stupidiores erant hominum lacrimari & clamare; *Serva te Graecis!* Qui autem fortiores, ii clamarunt; *decreta perage!* a quibus non mediocriter perturbatus est senex, qui speraſſet futurum, uti omnes retinerent se, neque igni permitterent, sed invitum in vita manere cogerent. Quum ergo plane praeter opinionem illi accideret, ut decreta perficienda essent, ea res magis etiam expalleſcere illum fecit, (quamquam cadaveroso jam ante colore esset) & tremere etiam, medius fidius! Itaque orationem finiit.

ἀνθρώπους Φιλοκτήτας γενέσθαι. οἱ μὲν οὖν γελοιοτέροι τῶν ἀνθρώπων, ἐδάκρυον, καὶ ἐβόων, Σῶζε τοῖς Ἕλλησιν· οἱ δὲ ἀνδρωδέστεροι ἐκεκράγεισαν, Τέλει τὰ δεδογμένα· ὑφ' ὧν ὁ πρεσβύτης μετρίως ἐθορυβήθη, ἐλπίζων πάντας ἕξειν αὐτῷ, καὶ μὴ προήσεσθαι τῷ πυρὶ, ἀλλὰ ἄκοντα δὴ καθέξειν ἐν τῷ βίῳ. τὸ δὴ τελεῖν τὰ δεδογμένα, [c] πάνυ ἀδόκητον αὐτῷ προσπεσὸν, ὠχριᾶν [f] ἔτι μᾶλλον ἐποίησε, καίτοι ἤδη νεκρικῶς τὴν χροιὰν ἔχοντι, καὶ, νὴ Δία καὶ ὑποτρέμειν, ὥστε κατέπαυσε τὸν λόγον.

34. Ego vero quam riserim, puto, conjicis. Neque enim misericordia dignus erat homo, ita invenustus supra omnes, qui iisdem furiis aguntur, amator gloriae. Deducebatur tamen a multis, & ingurgitabat

Ἐγὼ δὲ εἰκάζεις, οἶμαι, πῶς ἐγέλων· οὐδὲ γὰρ ἐλεεῖν ἄξιον ἦν, ὅτῳ δυσέρωτα τὸν δόξης ἄνθρωπον ὑπὲρ ἅπαντας, ὅσοι τῇ αὐτῇ ποινῇ ἐλαύνονται. παρεπέμπετο δὲ ὅμως ὑπὸ πολλῶν, καὶ ἐνεφορεῖτο τῆς δόξης, ἀποβλέπων

[c] Πάνυ] Inserui ex R. Aberat ab Edd. [f] Ἔτι] Recepi ex RG. non habebant Edd.

Olympii fuisse auditorium, vel ex *Herodoti* Lucianei principio itemque *Fugit.* c. 7. satis apparet. Nec ergo dubium, praeconum ibi etiam certamina potuisse institui. Ἀγὼν etiam ὁ τόπος, καὶ τὸ πλῆθος τῶν θεατῶν apud antiquos Lexicographos. Porro μετέπειτα tum ad locum tum ad tempus posse referri, tralaticium est. Itaque *post agonem praeconum* significat, vel, postquam certarunt praecones; vel, post s. pone eum locum, ubi certare solent. Utrum hic verius, difficile dictu est, & parum ad sententiam refert. *J. M. G.*

Ibid. Κηρύκων ἀγῶνος] Non satis firma & liquida *T. Fabri* mihi videtur emendatio, ut recepta scriptura ideo mutetur; quamvis corrupta esse possit. Integram itaque rem aliis relinquo; id tantum moniturus, in inscriptione a *Palmerio* ex *Polluce* allata legendum videri ἀναδήμαλα, quod longe ad rem aptius quam ἀναδήγματα. De certamine Praeconum vid. nostrum *Dipsad.* c. 65. *M. du S.*

Ibid. Ἀγῶνος] Τόπου τινός. *F. G.*

4. Μακρὰν χαίρειν] Cur hoc praeferam, vid. ad *Navig.* c. 2. *Rhet. Praec.* c. 10. *Bis Accus.* c. 21. *Gall.* c. 23. *J. F. R.*

7. Πλὴν τότε τοσοῦτον ἐπήκουσα] *Tunc magnum hoc audivi.* Interpol. quod ridiculum ἐς τὸ ἄκρον. Neque enim hoc loco τοσοῦτο *magnum hoc* significat, & qui ita existimant, næ illi haud dum etiam multa Græce legerunt. Quid cum Græci dicunt, τοσαῦτα εἰπὼν ἐπαύσατο, &, καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐπέσχε, & τοσαῦτα ὁ Κόμωδος εἰπὼν εἰς τὴν αὐλὴν ἐπαπῆλθεν, & *Joseph.* in 11. ἀρχαιολογ. & τοσαῦτα διηπόρουν, &c. sub finem cap. 111. quomodo verteres? Videsis, hæc una vocula sensum pervertit. Nimirum non animadverterat Interpolator τοσοῦτο nil esse aliud in hujusmodi loquendi generibus, quam τοῦτο. Cujus rei pudet citare testes; tamen si vacat, adi *Suidam* & *Stephanum.* Interpretem corrupit Interpolator. *T. F.*

Πλὴν τότε τοσοῦτον ἐπήκουσα] Plane non necessaria temporis illa definitio, & opinor scripsit πλὴν τόγε τοσοῦτον. Sic alibi. *J. G.*

8. Χρυσῷ βίῳ] Ita *Pindarus* χρυσοῦς ἵππους vocavit eximios. ita Catullus *aureolos pedes* puellæ, & alia ὅσα κάλλη. Sed non modo χρυσοῦς pro pulchro, verum & ἀργυροῦς. Ita plerumque exponit Interpres *Homeri*, quem ineruditum vulgus *Didymum* vocat. *T. F.*

10. Ἀναμιχθῆναι τῷ αὐθεντῇ] Quod supra dixerat ἐξαφθῆναι. *T. F.*

19. Προήσεσθαι τῷ πυρὶ] *Nec eum in ignem mitterent.* Interpolat. falso. Non metuebat Peregrinus ne in ignem ab astantibus mitteretur, (nil quidquam tale in toto libello) sed non arbitrabatur permissuros unquam, ut se se in ignem sponte & ultro conjiceret; qui sensus longe alius est. Interpretem sequi noluit corrector. *T. F.*

21. Διδογμένα, ἀδόκητον] Restitue ut in MS. R. διδογμένα, πάνυ ἀδόκητον αὐτῷ, &c. *T. F.*

22. Ὠχριᾶν μᾶλλον] Rectius & elegantius in Cod. MS. Bibl. Reg. ὠχριᾶν ἔτι μᾶλλον ἐποίησε. *T. F.*

28. Τῇ αὐτῇ ποινῇ ἐλαύνονται] *Hac pœna exagitantur.* Interp. Sed vertendum fuit, *hac Furia exagitantur*; Ποινὴ enim hoc loco Furia est; res notior quam ut probari debeat. Inde supra dixit Lucianus (c. 30.) δόξης ἐριννύν. *T. F.*

πων ἐς τὸ πλῆθος τ̃ θαυμαζόντων, οὐκ εἰδὼς ὁ ἄθλιος ὅτι κ̀ τοὶς ὑπὲρ τ̃ σταυρὸν ἀπαγομένοις, ἢ ὑπὸ τ̃ δημίου ἐλκομένοις, πολλῷ πλείους ἕπον.

Καὶ δὴ τὰ μ̀ Ὀλύμπια τέλος εἶχε, κάλλιστα Ὀλυμπίων γενόμενα, ὧν ἐγὼ εἶδον, τέτρακις ἤδη ὁρῶν. ἐγὼ δὲ, ὑ γ̀ ἦν εὐπορῆσαι ὀχήματος ἅμα πολλῶν ἐξιόντων, ἄκων ὑπελιπόμην. ὁ δὲ ἀεὶ ἀναβαλλόμενος, νύκτα τὸ τελευταῖον προειρήκει ὑπιδείξασθαι τ̀ καῦσιν· κἀ με τ̃ ἑταίρων τινὸς παραλαβόντος περὶ μέσας νύκτας, ἐξαναστὰς, ἀπῆειν εὐθὺ τ̃ Ἁρπίνης, ἔνθα ἦ ἡ πυρά. στάδιοι πάντες ὅσοι εἴκοσιν ἀπὸ τ̃ Ὀλυμπίας κ̀ τ̃ ἱππόδρομον ἀπιόντων πρὸς ἕω· κ̀ ἐπεὶ τάχιστα ἀφικόμεθα, καλαλαμβάνομεν πυρὰν νενησμένην ἐν βάθει, ὅσον ἐς ὀργυιὰν τὸ βάθος. δᾷδες ἦσαν τὰ πολλὰ, κ̀ παρεβέβυστο τ̃ φρυγάνων, ὡς ἀναφθείη τάχιστα.

Καὶ ἐπειδὴ ἡ σελήνη ἀνέτειλεν (ἔδει γ̀ κἀκείνην θεάσασθαι τὸ κάλλιστον τοῦτο ἔρ-

se gloria, dum ad multitudinem eorum, qui se admirarentur, respiceret, ignarus miser, etiam hos, qui ad crucem ducuntur, aut trahuntur a carnifice, multo plures sequi.

35. Interim Olympia finem habuere, pulcherrima, quae ego vidi Olympiorum, qui quater jam viderim. Ego vero, neque enim vehiculi copia erat multis simul discedentibus, invitus ibi relictus sum. At iste subinde differens, tandem praedicit noctem, qua spectaculum sui cremandi editurus esset. Ac me cum sodalium aliquis adsumsisset, surgens circa mediam noctem recta Harpinam petii, ubi rogus erat. Stadia haec sunt viginti Olympia juxta Hippodromum orientem versus euntibus. Cum primum eo venissemus, rogum deprehendimus in fossa ad passus unius profunditatem structum. Faces multae aderant & sarmenta ubique interposita ignem celerrime uti conciperet.

36. Exoriente luna, oportebat enim hanc quoque videre pulcherrimum facinus, proce-

37. Τετράκις] Olympias, qua se Peregrinus vivum cremavit, incidit in annum aerae Christianae CLXV. Vid. *Euseb.* Chron. cum *Scaligeri* notis. Quartam eandem viderat Lucianus. si continuas spectasse ponas, in Graeciam appulerit, post annum Chr. CL. si quando vero peregre fuisse cum celebraretur, quod vero propius abest, malis; paucis ante CLum annis in Graeciam primum venerit. Juniorem autem, necdum clarum, venisse constat ex Δικ. c. 27. Ex quibus omnibus anno circiter CXX. natum colligo; Rhetoricae CLX. valedixisse; hunc denique librum ante quinquagesimum aetatis annum scripsisse. *M. du S.*

40. Νύκτα — προειρήκει] *Noctu praemonuit.* Interpolator. male. *νύκτα* enim hoc loco non est pro *νυκτὸς*, seu *νύκτωρ*, sed *προειρήκει νύκτα* dixit Lucianus, quemadmodum *Juvenalis*, de Statio, opinor, *promisitque diem.* Apud *Ciceronem* est, & apud *Varronem* & *Livium*, *prodixit* seu *praedixit diem.* Interpres proxime ad verum, *noctem ei rei destinavit.* *T. F.*

43. Ἁρπίνης] Quid sit Harpina seu Harpinna, docebit *Pausanias* in Eliacis. *T. F.*

Ibid. Τῆς Ἁρπίνης] *Pausaniae* locus est Eliac. 2. p. 200, 18. *Wechel.* Ἔστι δὲ ἐ ἄλλη Ἁρπινάτης καλουμένη κώμη· κώμη ἐ ἡ πολὺ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ πόλεως Ἁρπίνης ἄλλα τε ἱρεῖα, κ̀ μάλιστα οἱ βωμοί. Οἰκίσαι τε Οἰόμαον τὴν πόλιν κ̀ θέσθαι τὸ ὄνομα ἀπὸ τ̃ μητρὸς λέγουσιν Ἁρπίνης. Eadem *Stephanus*, qui v. Ὀλυμπία eandem urbem facit Pisam, Arpinam, Olympiam. Nempe in eadem proxima vicinia fuere, ut tamen distincta & Pisae & Arpinae rudera possent illa adhuc aetate ostendi. Fluctuant libri inter Ἁρπίνα & Ἁρπίνη. Etiam *Strabonis* esse restituendam pro Ἔπεια, videre *Casaubonus*, & *Berkelius* ad *Steph.* *J. M. G.*

48. Ἐς ὀργυιὰν τὸ βάθος] Βάθος de altitudine, s. dimensione a solo ad auras adsurgente, (ut *Obsop.* convertit) aeque dici ac de profunditate, nihil quidem est novi; sic βάθος ἀέρος, de summo coelo, quique ibi opponitur tartaro, *Eurip.* Med. vs. 1297. Sed unius orgyae altitudo non est tanta, ut alta inde praedicetur pyra; nec repetitio illa ἐν βάθει, τὸ βάθος valde adridet. Interim βάθος de latitudine, s. densitate hic accipi potest, ut βαθὺ λήϊον *Homer.* Il. B. 147. atque alibi passim, de segete densa, & βαθεῖα ὕλη. Il. E. 555. Et *Aelian.* V. H. XIII. 1. Χόρτοι ἐ θάμνοι βαθεῖαι, *gramina ac frutices profundae* convertit in *Diod. Sic. Rhodom.* L. 2. c. 49. satis ad verbum, cum *densae* potuisset; licet & *Virgil. nemus profundum* eodem significatu dixerit, ut notavi in *Ambiguis.* Sic de densitate phalangis, sive latitudine, *Arrian.* Exp. Al. I. p. 7. ac *Thucyd.* frequenter. *J. F. R.*

Ibid. Δᾷδες ἦσαν τὰ πολλὰ] Interpres sic vertit, longe certe ab auctoris mente, qui pyrae formam & materiam describit. Putavit interpres δᾷδες non aliud significare quam *fax.* Sed est arboris species, quae Lati-

cedit iſte quotidiano more indutus, & cum illo Cynicorum principes, praeſertim generoſus ille Patrenſis, facem geſtans, non malus ſecundarum partium certator. Facem geſtabat vero etiam Proteus. Accedentes autem alter ab altera parte ignem incenderunt maximum, quippe a facibus ac ſarmentis. Iſte vero, & jam mihi diligenter attende, depoſita pera, pallio, & Herculea illa clava, adſtabat in linteo plane ſordido. Tum tus petiit, quod in ignem injiceret, datumque ab aliquo, injecit, dixitque converſus ad meridiem (nam hoc quoque ad tragoediam pertinet, meridies) *Materni paternique Daemones, volentes propitii me recipite!* Haec ubi dixiſſet, in ignem inſiliit. Verum non videbatur, circumfuſus a multa, quae ſurgebat, flamma.

37. Iterum video te ridentem, pulcher Cronie, fabulae converſionem. Equidem maternos daemonas invocantem non valde,

γον) προέσιν ἐκεῖνος ἐσκευασμένος ἐς τ' αἰεὶ τρόπον, καὶ ξὺν αὐτῷ τὰ τέλη τῶν κυνῶν. 55 καὶ μάλιστα ὁ γεννάδας ὁ ἐκ Πατρῶν, δᾷδα ἔχων, ὁ Φαῦλος δευτεραγωνιστής. ἐδᾳδοφόρει δὲ καὶ ὁ Πρωτεύς· καὶ προσελθόντες, ἄλλος ἀλλαχόθεν ἀνῆψαν τὸ πῦρ μέγιστον, ἅτε ἀπὸ δᾴδων, καὶ φρυγάνων· ὁ δὲ, 60 καί μοι πάνυ ἤδη πρόσεχε τὸν νοῦν, ἀποθέμενος τὴν πήραν, καὶ τὸ τριβώνιον, καὶ τὸ Ἡρακλεῖον ἐκεῖνο ῥόπαλον, ἕστη ἐν ὀθόνῃ ῥυπώσῃ ἀκριβῶς. εἶτα ἠτεῖτο λιβανωτὸν ὡς ἐπιβάλοι ὅπη τὸ πῦρ· καὶ ἀναδόντος τινὸς, ἐπέ- 65 βαλέ τε, καὶ εἶπεν, ἐς τὴν μεσημβρίαν ἀποβλέπων (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο πρὸς τὴν τραγῳδίαν ἦν ἡ μεσημβρία) Δαίμονες μητρῷοι καὶ πατρῷοι δέξασθέ με εὐμενεῖς. ταῦτα εἰπὼν, ἐπήδησεν εἰς τὸ πῦρ, καὶ μὴν ἐωράτό γε, ἀλ- 70 λὰ [a] περιεχέσθη ὑπὸ τοῦ φλογὸς, πολλῆς ἁρμιᾶς.

Αὖθις ὁρῶ γελῶντά σε, ὦ καλὲ Κρόνιε, τὴν καταστροφὴν τοῦ δράματος. ἐγὼ δὲ τοὺς μητρῴους δαίμονας ἐπιβοώμην, μὰ τὸν Δί',

[a] Περιεχέσθη] Sic omnes praeter *S.* & *A.* quae περιεχέθη.

55. Ὁ ὢν Πατρῶν δᾷδα ἔχων] Τὸν Θεαγένη λέγει. ὢν Πατρῶν δὲ τῆς Πελοποννήσου. *V.*

tinis *tada* dicitur, de qua *Plinius* paſſim, & ideo vertendum erat, *e tada ut plurimum conſtabat*. *J.P.a G.*

Δᾷδες ἦσαν τὰ πολλὰ] An δᾷδες ἰσχναὶ πολλαί; ſic certe mallem: nam etſi vulgatum probe Graecum, minus tamen huc conveniens videtur, prae altero illo. *J.F.R.*

51. Ἡ σελήνη ἀνίσ.] Media de nocte profectum audiſti: Lunam nunc demum ortam legis: extremus hic celebritatis dies; ergo aut poſt XI^um^ lunaris menſis diem coeptae erant Olympiae; aut ultra dies quinque ei ſolennitati concedas neceſſe eſt: quorum neutrum a viris doctis facile impetrabis, quos Cl. *Potterus* ſequutus eſt. *M.du S.*

55. Ὁ ὢν Πατρῶν] *Ille Patranus*. Interp. *Stephanus*, ſeu Hermolaus ἐν τοῖς ἐθνικοῖς agnoſcit Πατρεῖς, at Πατρανεῖς non agnoſcit. Itaque dicendum fuerat *Patrenſes*, ut uſurpavit *Cicero*. Ceterum locus hic de Theagene eſt inteliigendus. *T.F.*

62. Ῥόπαλον] Alibi docet quanti poſtea vaenierit Ἀπαιδ. c. 14. quem locum, ſi non memineris, omnino adi. *M.du S.*

Ibid. Ἔστη ἐν ὀθόνῃ] Pontius in paſſione Cypriani. *M.V.La Croze.*

67. Ἡ μεσημβρία] Verſus meridiem nempe Zodiacus, ſolis & Planetarum via, templum peculiare deorum. Item meridie quieſcunt daemones, facile, ſi turbentur irritandi. Vid. *Theocr.* Idyll. 1, 15. & illa μεσαμβρινὰ ἀσυχία apud *Callim.* in Lau. Pall. 72. Huc forte pertinet τὸ μεσημβρινὸν δαιμόνιον, quod dederunt οἱ ὁ, ψ. 91, 6. *J.M.G.*

Ibid. Δαίμονες μητρῷοι & πατρῷοι] Deme Tragicam magnificentiam, & erunt, quos invocat, Daemones, ipſi Manes animae felices majorum. *Hierocles* ad A. C. 3. p. 38. *Needh.* Τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἀληθείᾳ καὶ ἀρετῇ κοσμηθείσας Δαίμονας καλεῖ, ὡς δαίμονας καὶ ἐπιστήμονας κ. τ. λ. Sed ipſum hoc indicant, quae ſtatim ſequuntur. *J.M.G.*

68. Δέξασθέ με] Sic apud *Sophoclem* Oreſtes in Electra p. 66. ἀλλ' ὦ παιώσατ' γῆ δισ.' ἐγχώριοι
Δέξασθέ μ' εὐτυχοῦντα ταῖς δὲ ταῖς ὁδοῖς
Σύ τ' ὦ πατρῷον δῶμα. *M.du S.*

70. Περιεχέθη] Περιεχέθη a περιέχομαι, ut ἠγέθω ab ἴχομαι ſine litera ſerpentina in medio, uſitatius quam ἠχέθω, quod tamen quum ab χέω poſſit eſſe formatum, expungere non ſuſtinui, contra Edd. optimas. *J.F.R.*

Δί', ὑ σφόδρα ἠτιώμην. ὅτε δὲ ϗ τὺς πατρῴους ἐπεκαλέσαλο, ἀναμνησθεὶς τ δὲ τῦ [a] φθόνυ εἰρημένων, ὐδὲ κατέχειν ἠδυνάμην τ γέλωλα. οἱ Κυνικοὶ δὲ περιϛάντες τ πυρὰν, οὐκ ἐδάκρυον μὲν, σιωπῇ δὲ ἐνεδείκνυλο λύπην τινὰ, εἰς τὸ πῦρ ὁρῶντες, ἄχρι δὴ ἀποπνιγεὶς ἐπ' αὐτοῖς, Ἀπίωμεν, φημὶ, ὦ μάταιοι· ὑ γὰρ ἡδὺ τὸ θέαμα ὠπημένον γέροντα ὁρᾶν, κνίσης ἀναπιμπλαμένυς πονηρᾶς. ἢ βέλεσθε ἔϛ' ἂν γραφεύς τις ἐπελθὼν, ἀπεικάσῃ ὑμᾶς, οἵυς τὺς ἐν τῷ δεσμωληρίῳ ἑταίρυς τῷ Σωκράτει ϖροσγράφυσιν; ἐκεῖνοι μὲν ὖν ἠγανάκτυν, ϗ ἐλοιδορῦντό μοι, ἔνιοι δὲ ϗ ὅπι τὰς βακτηρίας [b] ἦξαν. εἶτα ἐπειδὴ ἠπείλησα ξυναρπάσας τινὰς ἐμβαλεῖν εἰς τὸ πῦρ, ὡς ἂν ἔποιλο τῷ διδασκάλῳ, ἐπαύσαλο, ϗ εἰρήνην ἦγον.

Ἐγὼ δὲ ἐπανιὼν, ϖοικίλως, ἑταῖρε, ϖρὸς ἐμαυτὸν ἐνενόυν τὸ φιλόδοξον οἷόν τί

ita me Jupiter, reprehendi: sed cum paternos etiam advocaret, recordatus eorum, quae de caede *illius* dicta sunt, neque risum tenere tum poteram. Cynici autem rogum circumstantes non illi quidem flebant, sed silentio ignem adspicientes moestitiam quandam prae se ferebant: donec ego, quem ea res pene enecaret, *Abeamus*, dicerem, *vani homines! Neque enim jucundum spectaculum, senem assari videre, & malo nidore opleri. An expectatis dum pictor aliquis superveniens depingat vos, uti sodales in carcere appingunt Socrati?* Illi ergo indignari & male mihi dicere, quidam vero ruere etiam ad baculos. Deinde cum interminatus essem, me quosdam illorum correptos in ignem esse detrusurum, magistrum uti sequerentur, quietem pacemque egere.

38. In reditu autem, varie mecum, mi sodalis, cogitabam de cupiditate gloriae, vim

a Φθόνυ] Φόνυ legendum fortassis, bene marg. *Alw.* b Ἦξαν] Quod *Faber* voluit, in *J.* est; excepto puncto subscripto. Cett. ἦξαν.

81. Ἀποπνιγεὶς ἐπ' αὐτοῖς] *Odore malo affectus.* Interp. sed nil tale. Ubi enim, quaeso, odor ille malus in ἀποπνίγεσθαι? Quid autem? αὐτοῖς ad quid refertur nisi ad Cynicos περιϛάντας τὴν πυρὰν, ut a Luciano describuntur? Sed ignoravit interpres quid sit ἀποπνίγεσθαι ἐπ' ἀνθράκῳ aut quid tale, praesertim vero apud Atticos, quos hic noster studiosissime imitatur. Exempla sunt passim apud *Aristophanem*, & *Demosthenem*, &c, (quis Interp. indiligentiam non miretur?) apud ipsummet Lucianum in dialogis ἑταιρικοῖς. Est autem ἀποπνίγομαι ἐπὶ τούτῳ πράγματι quod Latini dicunt, *Ea res me urit, me enecat*, Terent. *Vro hominem.* Horat. *Vror seu tibi candidos*, &c. *Aristophanes* κάομαι. Sed in re ita perspicua sit *fides* τ παραδεδιγμάτων ἀφ' τὸ πλῆθος. *T.F.*

Ἀποπνιγεὶς ἐπ' αὐτοῖς] Quae de vi verbi ἀποπνίγεσθαι hic *Faber* disputat, dubitatione carent: & tamen malim hic dixisse Lucianum caussam aliquam Physicam sui discessus. Ridere se horum hominum stultitiam profitetur; vix ergo est, ut eodem spiritu dicat, se ab illis s. propter illos ἀποπνιγῆναι, prae indignitate pene suffocatum. Itaque opto in aliquo libro bono inveniri ὑπ' αὐχμῶς vel ὑπ' ἀτμῶς, ut dicat, cum molestus sibi esset suffocans ille vapor vel fumus, discessionem se parasse. Interpretationem dedi, quae utrique sensui sic satis convenire videtur: nam *ea res* potest esse affectata *illa* Cynicorum tristitia, potest esse fumus & nidor ustulati Protei. *J.M.G.*

Ἀποπνιγεὶς] Sic distinguendum. ἀποπνιγεὶς, ἐπ' αὐτοῖς ἀπίωμεν φ. ω. μ. i. e. *post haec, his peractis. F.G.* Non inepta videtur *Gujeti* distinctio, eamque amplecterer, donec melius quid suppeditent libri. Ἀποπνιγεὶς autem sine effectu recte intelligitur, pro *pene suffocatus sum*, ut in fab. *Æsop.* 41. μόγις ὑπὸ τῦ ϑυμοῦ ἀπεπνίγομεν, mox addito ἐσώθη. Sic *moriens* pro morti proximo, qui tamen sanatur. *Phalar.* Epist. 21. ὅτι ϵ ϑηκοντά μι — ἔσωσεν. Iterum Ep. 52. Ὅτι πρότερον τρὶς ὑμᾶς ἀποθνήσκοντας ἐν στενοχωρίᾳ σέσωκα. *Cic.* 2. de Divin. c. 66. *quum — telo venenato ictus esset, eoque vulnere MORERETUR*; eumdem tamen sanatum esse eodem capite narrat. Plura dedi in libro *de Ambig.* Tit. *FACIO.* Addo *Diod. Sic.* IV. c. 63. p. 307. m. ubi μετέπεισεν ait de Theseo aliter suadere conanti, at sine successu. *J.F.R.*

88. Ἐπὶ τὰς βακτηρίας ἦξαν] *Ad fustes venerunt.* Interpol. istud verbum non ita vertendum fuit, quia aliter scribendum, scilicet ἦξαν *irruerunt, involarunt*, &c. Estque Attica syncope ab ἄϊσσω, ut apud *Aristophanem* linguae Atticae canonem legitur, *b* Πλούτῳ.

Ἐξηϊάτην ἔν δύο δράκοντ' ἐκ τῦ νεὼ,
Exiluerunt e templo dracones duo.

ita alibi *Aristophanes*, & ei synchronos *Euripides*. atque

vim illius perpendens, ut ſolam hanc cupiditatem effugere nequeant illi etiam, qui alioquin admiratione videantur digniſſimi, nedum ut ille vir, qui etiam alias furioſe dementerque, & ut igne dignus eſſet, vixiſſet.

39. Tum incidi in multos ad ſpectaculum abeuntes ipſos quoque, qui putarent nempe ſe vivum adhuc deprehenſuros. Nimirum illud quoque pridie ejus diei divulgatum fuerat, illum ita ut exorientem ſolem ſalutaret, quod ſcilicet Brachmanas facere dictitant, rogum conſcenſcurum eſſe. Multos igitur illorum averti, cum jam perfectum eſſe opus, dicerem, quibus quidem non id ipſum curae eſſet, etiam locum inſpicere, & aliquid de igni reliquum ſecum auferre. Hic ſane, mi ſodalis, ſexcenta negotia habui, dum omnibus enarro interrogantibus, & accurate ſingula exquirentibus. Si quem igitur viderem politum doctrina hominem, nuda illi acta, velut tibi

95 ὄντιν ἀναλογιζόμενος, ὡς μόνος οὗτος ὁ ἔρως ἄφυκτος, καὶ τοῖς πάνυ θαυμαστοῖς εἶναι δοκοῦσιν, οὐχ ὅπως ἐκείνῳ τἀνδρὶ, καὶ τἄλλα ἐμπλήκτως, καὶ ἀπονενοημένως βεβιωκότι, καὶ οὐκ ἀναξίως τοῦ πυρός.

1 Εἶτα ἐνετύγχανον πολλοῖς ἀπιοῦσιν, ὡς θεασομένοις καὶ αὐτοί. φοβοῦμαι γὰρ ἔτι καλαλήψεσθαι ζῶντα αὐτόν. καὶ γὰρ καὶ τόδε τῇ προτεραίᾳ διεδέδοτο, ὡς πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἀσπασάμενος (ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοὺς Βραχμᾶνας φασὶ ποιεῖν) ἐπιβήσεσθαι τοῦ πυρᾶς. ἀπέφερον δ' ἂν τοὺς πολλοὺς αὐτοῦ, λέγων ἤδη τελέως τὸ ἔργον, οἷς μὴ καὶ τοῦτ' αὐτὸ θεοπρεπὲς ἦν, καὶ αὐτὸν ἰδεῖν τὸν τόπον, καί τι λείψανον καλαλαμβάνειν τοῦ πυρός. ἔνθα δή, ὦ ἑταῖρε, μυρία πράγματα εἶχον, ἅπασι διηγούμενος καὶ ἀνακρίνουσι, καὶ ἀκριβῶς ἐκπυθανομένοις. εἰ μὲν οὖν ἴδοιμι τινα χαρίεντα, φιλῶ δὲ, ὥσπερ σοὶ,

c. Ἐπιβήσεσθαι] Ἐπιβῆναι *Pell.* non male.

que ita legiſſe interpretem, fidem fecerit ejus verſio, hic enim habet, *A nonnullis quoque eorum ad fuſtes concurſum eſt.* Vides lector, quantum Interpolatori debeat Interpres. Quid ſi libellum aliquem absque ullo duce interpretandum ſuſcepiſſet? *T.F.*

Ἐπὶ τὰς βακτηρίας ἥξειν] Sic edidi ex *F.* & *Fabr.* Nam eſt ab ἀΐσσω. Conf. ſupra *Bis Accuſ.* c. 6. ἐπὶ τὸν πῆχυν ἀΐξαντες. nam etſi vulgatum ἥξειν, quod verterant, *ad fuſtes concurſum eſt*, omnino defendi poteſt, & *venire ad manus*, *tela*, Latinis ac Graecis uſitatum fateor: tamen quia aoriſt. ἧξα ab ἥκω mihi quoque ſuſpectus, eo magis alterum adripui: ἥκω & praeterit. ἧκα frequentiſſimo quidem in uſu, at ἧξα nondum notavi. Taceo quod majorem impetum atque iracundiam ſignificet ἀΐσσω, quam ἥκω, adeoque hic aptius. Eandem ob cauſſam Cl. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. III. c. 42. f. Ἐπὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἥξειν recte praetulit ex Mſ. cum alii quoque ἧξαν ab ἥκω haberent. Confer infra *Fugit.* c. 6. ſupra *Domon.* c. 4. pr. ἀπίστοις γὰρ ἔοικε πρὸς ταῦτα ἥξειν, ubi certe ἧξεν locum vix haberet. Sed punctum ſubſcript. & illic operae male omiſere, quod in talibus addendo lectionem emendare; non meretur nomen mutationis; adeoque nihil criminabuntur vulgatae patroni. *J.F.R.*

89. Ἧξαν] *T. Fabri* emendationem lubens amplector, mendoſe in *Amſt.* Ed. impreſſam; cum enim in omnibus ſuis Luciani impreſſis ἥξαν inveniret, ἧξαν reſtituit ab ἀΐσσω; quod in *J.* Ed. niſi me oculi fallunt, etiam extat. Vid. apud noſtrum ipſum *Dom.* c. 6. ἐπὶ τὸν πῆχυν ἀΐξαντες. & *Nig.* c. 3. quin *Dearc.* 6. Ita etiam in *V2.* legitur; ubi vide notam noſtram. *M. du S.*

4. Πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἀσπασάμενος] Legendum eſt voce unica προσανίσχοντα, id enim poſtulat τὸ ἀσπάζεσθαι. προσανίσχω & προσανίσχω, *orior.* Prius illud apud *Suidam*, qui προσανίσχοντι, vertit per ἐξίσχοντι, qui locus a Porto male intellectus eſt. Vertendum enim fuerat προσανίσχοντι *id eſt orienti*, ut ἔξισχ' ὦ φίλ' ἥλιε. Apud eundem *Suidam* linea ſequenti lego unica voce προσανίσχοντα ἥλιον, ἀνατέλλοντα. Quem locum eſſe Luciani puto, hunc ipſum, inquam, qui nunc nobis in manibus eſt. *T.F.*

Πρὸς ἀνίσχοντα] Jubebat *Solan.* conferre *Menip.* c. 7. ubi quidem lego, — ἴωθεν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον ῥᾶον τινὰ μακρὸν ἐπιλέγων, videoque Edd. nonnullas προσανατέλλοντα conjungere; ſed male profecto. Utrum vero hic προσανίσχοντα cum *Fabro* connectendum ſit, dubito. Non ſaltem illico id facio; etſi phraſis hic paullo alia, & ἀσπάσασθαι πρὸς ἥλιον ſine ſubjecto quod quis adorat, ſalutatve, inſolentior videtur; tamen προσανίσχων aeque hic incommodum videtur ac προσανατέλλων, dum ratio duplicis compoſitionis nulla adparet; alioqui id admitterem, ubi auctoritas accederet; quia ἀσπάζεσθαι πρὸς τινὰ minus Graecum videtur, quam verbum compoſitum, cujus exempla non habeo; ſed analoga προσανατείνω & ſimilia obvia. *J.F.R.*

14. Χαρίεντα] *Gratum.* Interp. Satis prodit neſcire ſe quid ſit χαρίεν. Eſt enim praeter ſignificationes vul-

σοὶ, τὰ πραχθέντα διηγούμην. πρὸς δὲ τοὺς βλάκας, καὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν κεχηνότας, ἐτραγῴδουν τί παρ' ἐμαυτοῦ, ὡς ἐπειδὴ ἀνήφθη μὲν ἡ πυρὰ, ἐνέβαλε δὲ Φέρων ἑαυτὸν ὁ Πρωτεὺς, σεισμοῦ πρότερον μεγάλου γενομένου, σὺν μυκηθμῷ τῆς γῆς, γὺψ ἀναπτάμενος ἐκ μέσης τῆς φλογὸς, οἴχοιτο εἰς τὸν ἀέρα, ἀνθρωπίνῃ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λέγων, Ἔλιπον γᾶν, βαίνω δ' εἰς Ὄλυμπον. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἐτεθήπεσαν, καὶ προσεκύνουν, ὠχριῶντες, καὶ ἀνέκρινόν με λέγοντες πότερον πρὸς ἕω, ἢ πρὸς δυσμὰς ἐνεχθείη ὁ γύψ; ἐγὼ δὲ τὸ ἐπελθὸν ἀπεκρινάμην αὐτοῖς.

Ἀπελθὼν δὲ εἰς τὴν πανήγυριν, ἐπέστην τινὶ πολιῷ ἀνδρὶ, καὶ, νὴ τὸν Δί', ἀξιοπίστῳ τὸ πρόσωπον ὅπι τῷ πώγωνι, καὶ τῇ λοι-

modo, enarrabam. Apud ſtipites vero, & inhiantes narrationi, tragicae quiddam gravitatis de meo adjiciebam, ut hoc, Cum accenſus eſſet rogus, & jam injeciſſet ſe Proteus, motu telluris magno cum mugitu ante facto, evolantem media de flamma vulturem, caelum verſus abiiſſe, humana magna voce clamantem; *Reliqui terram, abeo in Olympum!* Hi ergo obſtupeſcentes cum horrore quodam adorare, & ex me quaerere, *Utrum verſus orientem an ad occidentem volaſſet vultur?* quibus ego, quidquid in buccam veniret, reſpondi.

40. Tum in concionem delatus adſtiti cano cuidam viro, & fide digno, medius fidius, ſi vultum ſpectares cum barba & gra-

gares *doctus*, *perius*, *eruditus*. Id fuſe oſtendit *Caſaubonus* in commentariis ad Athenaeum, *doctis*, *Jupiter*, & *laborioſis*. Sed ne ἀσύμβολον abeam, addam loca aliquot. Lucianus in libello cui titulus eſt, πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, ita ſcribit (c. 16.) πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης ἔτι ἦν, αὐτὸς μὲ αὑτὸν ἐλέγχων οἷός ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαρίεντι & δυσκολαίνοντι ἱστορίαν φιλαχειρίσασθαι πεποιηκώς. Vide τὸν χαρίεντα & τὸν ἰδιώτην inter ſe opponi. Sed is locus Luciani peſſime converſus eſt. Apud *Plutarchum* cum Periander quidam, medicinae arte clarus, laudaretur, verum mala poëmata ſcriberet, ei Archidamus, τί δή ποτε, inquit, ὦ Περίανδρε, αὐτὸς μὲν χαρίεντα ἰατροῦ κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖς; Ubi iterum videre eſt, κακὸν ποιητὴν opponi χαρίεντι ἰατρῷ. Hunc locum male intellexit *Raphaël Regius*. *T.F.*

Χαρίεντα] Conf. ſupra. *Jov. Trag.* c. 48. & *Dion. Hiſt.* c. 16. quaeque utroque loco notata. Adde hic, non ſemper tamen viros *literatos* intelligendos; ſed generaliter omnes *honeſtiores* & *gratioſos*, quo ſenſu ap. *Diod Sic.* frequens, ut L. XI. c. 86. f. χαριεστάτους τῶν πολιτῶν, atque alibi non ſemel. *J.F.R.*

Ibid. Ψιλὰ ἂν ὥσπερ σοὶ τὰ πραχθέντα διηγούμην] *Eorum quae geſta erant vel tenuiſſima, quemadmodum tibi exponebam.* Interpolator. Ubi, quis riſum vel indignationem teneat? Hiſce ne licere hominibus bonos ſcriptores attingere? & quae optime ab interprete erant converſa, depravare? Sic enim plane & diſerte interpres. *Illi rem omnem nude & ſimpliciter, ut acta erat, quemadmodum tibi, commemorabam.* *T.F.*

16. Βλάκας] Hos Dial. *Alex.* & *Pſeudom.* vocabat ἀκχεῖς. *J.B.*

20. Γὺψ ἀναπτάμενος] Non opus eſt, ut cum Lemonio proleg. ad Var. Sac. fol. 11. ſuſpicemur, rideri hic Chriſtianorum, de columba e Polycarpi rogo evolante, fabellam; aut in totum adeo Polycarpum eadem opera perſtringi, qui ignis ſupplicium appetierit. Satis, quod vel ex hoc libello apparet, audacter & petulanter inſultat Chriſtianis: nec cauſſa, cur nomini parceret a ſe contemtiſſimo. Quid erat porro vulgatius, quam aquilam emitti in conſecratione Romana? Vultur *canis* inſtar inter aves, ut inter homines *Cynici*. Facile ergo haec in mentem venire ſcurrae noſtro poterant. Et quid ſi fabella ipſa Chriſtiana eſt recentior? ſ. gratis confiſta, ſ. ex corruptione actorum martyrii orta, quae ipſe emendare conatur Lemonius? *J.M.G.*

23. Ἔλιπον γᾶν] Ex tragicorum aliquo. Sed cur opus fuit dicere γᾶν potius quam γῆν? Facit ea res πρὸς τὸ σεμνὸν, novaeque apotheoſi magis convenit. Somnium, inquies. At audi *Euſtathium* ad Iliad. Quo loco ait Athenienſes praetuliſſe τὸ, ὦ Δάματερ Doricum τῷ, ὦ Δήμητερ, quod commune erat & Atticum etiam. Locum ipſum praeſtat apponere. Ἀθηναῖοι δὲ προελόμενοι τὸ, ὦ Δήμητερ, κοινοῦ ὄντος καὶ Ἀττικοῦ, τὸ, ὦ Δάματερ, Δωρικὸν, ὅτε τι θαυμαστικῶς λέγωσι, μαρτυροῦσι & αὐτοὶ σεμνὸν τὴν φωνὴν τὸ Ἄλφα. Poſſem addere *Hermogenis* locum lib. 1. περὶ ἰδεῶν, cap. VI. ubi agit περὶ τοῦ σεμνότητος; ſed non vacat tranſcribere. *T.F.*

36. Ἐπαφῶντο Στοᾶς] *Pauſanias* in Eliacis auctor eſt, dictam quoque fuiſſe ποικίλην, (cave cum Attica eandem eſſe putes) & a nonnullis Ἠχοῦς Στοὰν appellatam. Rationem addit; βούσαυλοι δὲ ἀνδρὶ, ἱππάκις ὑπὸ τοῦ ἠχοῦς ἡ φωνὴ ἐπὶ τάδε καὶ ἐπὶ πλέον ἔτι ἀποδίδοται. p. 170. Editionis Sylburgianae. *T.F.*

Ibid. Κοτίνου] Videlicet corona Olympiaca. *T.F.*

39. Ὃν ἐγὼ μικρὸν ἔμπροσθεν ἀφῆκα πτῆσθαι] *Quem ego paulo ante volare omiſi.* Interpol. quo quid poteſt eſſe deterius? Luciani facetiſſimum dictum aperiam. Di-

gravitate reliqua, cum & reliqua narraret de Proteo, & ut vidiſſet ipſum paullo ante, poſt combuſtionem, in veſte candida, & modo inambulantem laetum atque hilarem in ſeptem vocum porticu reliquiſſet, coronatum olea. Deinde poſt omnia etiam vulturem illum adjecit, juratus, ipſum ſe vidiſſe de rogo evolantem, quem ego paullo ante dimiſeram, ut ridiculos faceret amentes homines & moribus ſtupidos.

41. Caeterum cogita, quae in illo poſtea futura eſſe credibile ſit: quas non apes in illo loco conventuras? quas non congregaturas ſe cicadas? quas non cornices involaturas, ut in ſepulcrum Heſiodi: & id genus alia? Statuas quidem cum apud ipſos

πῇ σεμνότητι, τάτε ἄλλα διηγεμένῳ περὶ τῦ Πρωτέως, καὶ ὡς μὴ τὸ καυθῆναι. θεάσαιτο αὐτὸν ἐν λευκῇ ἐσθῆτι μικρὸν ἔμπροσθεν, καὶ νῦν ἀπολίποι περιπατῦντα φαιδρὸν ἐν τῇ ἐπαφῶνι στοᾷ, κοτίνῳ τε ἐστεμμένον· εἶτ' ὄπισθεν πᾶσι προσέθηκε τὸ γύπα, διομνύμενος ἢ μὴν αὐτὸς ἑωρακέναι ἀναπτάμενον ἐκ τῦ πυρᾶς. ὃν ἐγὼ μικρὸν ἔμπροσθεν ἀφῆκα πέτεσθαι, [a] καταγελῶν τὰ τῶν ἀνοήτων καὶ βλακικῶν τὸν τρόπον.

Ἐννόει τὸ λοιπὸν οἷα εἰκὸς ἐπ' αὐτῷ γενήσεσθαι, ποίας μὲν μελίττας ὀπισήσεσθαι τὸν τόπον, τίνας δὲ τέττιγας ἐκ ἐπαγαγέσθαι, τίνας δὲ κορώνας ἐκ ὀπιπτήσεσθαι, καθάπερ ὀπὶ τὸν Ἡσιόδυ τάφον· καὶ τὰ τοιαῦτα; εἰκόνας μὲν γὰρ δὴ καὶ τε Ἠλείων

[a] Καταγελῶν τὰ] Καταγελῶντα male Edd. priores.

Dixerat ſupra χαριέσατος ſcriptor, ſe, dum Peregrini mortem fatuis quibusdam & κεχηνόσιν ἀνθρωπαρίοις narrat, paucula quaedam ἐπιτραγῳδῆσαι: inter cetera autem evolaſſe vulturem e rogo, &c. Quae res cito in plures ſparſa eſt, ut eſt *humanum genus avidum auricularum*, ait *Lucretius*. Itaque adeo hic ſenex, credulus & religioſe mendax, vidiſſe ſe dicit vulturem illum; & tamen, ait Lucianus, memor eris, optime Croni, me auctorem fuiſſe illius fabellae, neque τῷ ὅτι quidquam tale factum fuiſſe; nam, neſciens ne ſis, vulturem ego illum ἀφῆκα πέτεσθαι, illum e ſinu emiſeram, id eſt, mendaciolum illud deridendis iſtis fungis aſperſeram, &c. Interpres corruptus ab Interpolatore ſcripſerat: *Quem ego paulo ante volantem dimiſeram.* T. F.

40. Καταγελῶντα τὸν] Lego καταγελῶν τὸν, alioqui λαὸς χήματος dictus fuerit vultur καταγελᾶν τὸν ἀνοήτων. T. F.

Καταγελῶντα] Καταγελῶν. F. G.

Καταγελῶν τὰ] Καταγελῶν neceſſario cum *Fab.* legendum duxi; ſed ne periret ſyllaba (riſum teneatis amici) καταγελῶν τὰ meliore jure mihi conjicere licere, dein cogitabam; quumque conjecturam meam a *Fl.* adjuvari deinde cognoſcerem, quae καταγελῶν τὰ diſpeſcuit, etſi accentu in τὰ omiſſo, (quod ſeqq. Edd. occaſionem praebuit ea connectendi) nil dubitavi ſic edere. Nam licet non abſurdum ſit καταγελῶντα ad vulturem referre, qui fin. c. 39. etiam humana voce loquens inducitur, id tamen non amplius hic agitur; ſed manifeſtum eſt, riſum eſſe hominis. Non videtur intellexiſſe *Solan.* qui adjecerat Flor. lect. malam eſſe, & *Fabro* ſemel obſequutus forſan obnubilata mente invenire non potuit, qui τὰ τὸν τρόπον cohaererent. Sed non opus iſta connectere, quum τὰ τῶν ἀνοήτων ſcil. ἀνθρώπων πράγματα, καὶ βλακικῶν (κατὰ) τὸν τρόπον, optime procedant. *J. F. R.*

45. Τίνας δὲ κορώνας ἐκ] *Æ. Menagius* in animadverſionibus ad *Diogen. Laërtium* (p. 148) multis ſcriptorum teſtimoniis confirmat legendum eſſe τίνας χελιδόνας, quae veriſſima & maxime congruens lectio eſt. *Alm.* Nihil mutandum eſſe, monet *Kuhnius* ad *Pauſan.* p. 787. quem vide. *M. du S.*

Τίνας δὲ κορώνας] Si *Menagius* ad *Laërt.* 6, 78. ex libro, quod non indicat tamen, protulit χελιδόνας, audiendus forte fuerit. Caeterum non dicit, quis praeterea hirundines ad ſepulcrum Heſiodi congregarit: ac videtur totum hoc ἅπαξ λεγόμενον. Itaque temerarium fuerit mutare aliquid, idque tanto magis, cum κορώνη, Apollinea avis, Prophetam proinde decens, longaevitatis porro & famae loquacis ſymbolum eſſe poſſit. Quid ſi etiam luſit hic Lucianus, & rapaces volucres voluit Cynici ſepulcro addere? quid ſi ad νυκτοφύλακα retulit? noctuis certe non item turbantibus & terrentibus, infeſtae cornices. Quidquid ejus ſit; nihil profecto nos cogit, ut dicamus, Heſiodi ſepulcro cortum genus avium ab Luciano hic aſſignatum. Hoc tantum cogitur ex illius verbis, ſimilem olim de Heſiodi tumulo fabellam percrebuiſſe: quod genus avium eum celebraverit, neſcio an alias, hic certe non refertur. *J. M. G.*

46. Τὸν Ἡσιόδυ τάφον] De loco vide *Thucyd.* III. 96. Vid. *Men.* ad *Diog. Laërt.* p. 148. F. qui pro κορώνας, χελιδόνας reponit. *M. du S.*

47. Εἰκόνας] Luciani conjecturam eventus comprobavit. Athenagoram audi, p. 72. D. E. τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἵστι ἐπὶ τῇ ἀγορᾷ καὶ ὁ τάφος ἐν ᾗ εἰκών. Deinde parentatum ei docet hoc titulo, ἐπικῷ Θεῷ p. 73. Τὴ δὲ Πάριον Ἀλεξάνδρῳ ἐν Πρωτέως (Τρῳὰς) Νεμεσίῳ εἰκόνας

Ἠλείων αὐτῷ, καὶ τε τ̃ ἄλλων Ἑλλήνων, οἷς ἐπεσταλκέναι [a] ἔλεγον. αὐτίκα μάλα οἶδα πολλὰς ἀναστησομένας. Φασὶ δὲ πάσαις σχεδὸν ταῖς ἐνδόξοις πόλεσιν ἐπιστολὰς ἀφεμένῳ αὐτόν, ἀφορμὰς τινὰς, καὶ παραινέσεις, καὶ νόμους. καί τινας ἐπὶ [b] τούτῳ πρεσβευτὰς τ̃ ἑταίρων ἐχειροτόνησε, νεκραγγέλους καὶ περιοδρόμους προσαγορεύσας.

Elienſes, tum apud Graecos reliquos, quibus etiam ſcripſiſſe dicebant, ſtatim multas ſtaturas ei novi. Ajunt vero, nobilibus oppidis fere omnibus miſſas ab eo epiſtolas in praeceptionibus, & adhortationibus, atque legibus. Etiam ſodalium nonnullos ejus rei cauſſa legatos conſtituerat, quos mortis nuncios & inferorum curſores appellabat.

Τοῦτο τέλος τοῦ κακοδαίμονος Πρωτέως ἐγένετο ἀνδρὸς, ὡς βραχεῖ λόγῳ περιλαβεῖν, πρὸς ἀλήθειαν μὲν οὐδεπώποτε ἀποβλέψαντος, ἐπὶ δόξῃ δὲ, καὶ [c] τῷ καλῷ τ̃ πολλῶν ἐπαίνῳ, ἅπαντα εἰπόντος ἀεὶ, καὶ πράξαντος, ὡς καὶ εἰς πῦρ [d] ἁλέσθαι, ὅτε μηδ' ἀπολαύειν τ̃ ἐπαίνων ἔμελλεν, ἀναισθήτου αὐτῷ γενόμενου.

42. Hic finis fuit infelicis Protei, viri, qui, ut brevi ſermone complectar, ad verum quidem reſpexerat nunquam, gloriae autem & laudis popularis cauſſa dixerat ſemper feceratque omnia, adeo ut in ignem etiam inſiliret, cum neque frui jam poſſet laudibus, quippe quarum ſenſus pervenire ad ipſum non poſſet.

Ἓν ἔτι σοι προσδιηγησάμενος παύσομαι, ὡς ἔχῃς ἐπιπολὺ γελᾶν. ἐκεῖνα μὲν οἶδά που πάλαι σε εὐθὺς ἀκούσας μου, ὅτε ἧκον ἀπὸ Συρίας διηγουμένου, ὡς ἀπὸ

43. Deſinam, cum unum adhuc tibi narravero, ut ridere poſſis amplius. Illa enim olim noſti, quae ſtatim ex me, cum e Syria venirem, audieris, ut e Troade cum ipſo

a Ἔλεγον] Ἔλεγεν Edd. priores. b Τούτῳ] Recepi ex Mſ. RG. Τούτων Edd. c Τῷ] Sic *Pell.* recte. Τὸ Edd. peſſime. d Ἁλέσθαι] Sic Edd. omn. e Ἧκον] Secutus ſum ſcripturam *S.* Ἦκεν cett. male.

57. Τοῦ κακοδαίμονος Πρωτέως ἐγένετο] Πρωτεὺς μὲν τύχα ϵ συγγνώσεως, *εἰ ϵ ψυχρὰ τῇ συγγνώμῃ, ὅτου † βίου ἀπολιπὼν σὺ δὲ τίς τῷ τρόπῳ † ἀγάσεται, λόγου μὲν ἐμποδὼν ἔχεις, ἢ ἀνὴρ τ̃ καθ' ἡμᾶς. An & alibi habuerit, incertum. *M. du S.*

Εἰκότως μὲν] Recte conjecit Lucianus. *Athenagoras* Legat. p. 107. *Dechair.* Ἀνδρίας τοῦ Πρωτέως, τοῦτον δὲ εἶπε ἀγνοεῖτε (alloquitur M. Philoſophum, ejusque L. Verum fratrem) ῥίψαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ περὶ τὴν Ὀλυμπίαν, καὶ αὖθις λίγυν χρηματίζειν. *J. M. G.*

49. Οἷς ϵ ἐπεσταλκέναι] Hoc ad *S. Ignatii* imitationem factum putat *Pearſonus* Vindic. Ignat. P. I. c. 2. p. 261. Ed. *Cler.* Temporis certe illius morem fuiſſe, cyclicas quaſi epiſtolas dimittere, ſatis conſtat. Huc etiam referendi, quos appellaſſe ait Lucianus Protea ſuum νεκραγγέλους ϵ περιοδρόμους, quos cum Θεοδρόμοις illis Ignatianis recte vir ſummus comparabat. Exſtat erudita commentatio *Erdm. Rud. Fiſcheri* edita Coburgi 1718. de Θεοδρόμοις veteris eccleſiae legatis, ubi nec hujus loci mentio omittitur, p. 119. *J. M. G.*

Ibid. Ἔλεγον] In Impreſſis omnibus ἴλεγον. Sed quis? lege ἴλιγον, ut referatur ad ſequentia. *M. du S.*

52. Διαθήκας τινὰς] *Teſtamenta.* Interp. ἀφορμὰς καὶ παραινέσεις, verte, *praecepta & admoniſiones.* Alludit ad Pythagoraeos, a quibus ſua praecepta ita vocitabantur. At fortaſſe, dixerit quiſpiam, alluſerit ad καινὴν διαθήκην Chriſtianorum Lucianus, ut eſt ſemper deriſor. Et ſi id concederem, non tamen inde ſequeretur, vocem hanc verti per *teſtamentum* debere. Nam ἡ καινὴ διαθήκη ſignificat novum fœdus, quemadmodum ἡ παλαιὰ διαθήκη vetus fœdus. Quis enim ibi mortuus eſt, cujus ea lex dici queat teſtamentum? *T. F.*

53. Καί τινας ἐπὶ τούτῳ πρεσβευτὰς] Legendum eſt ἐπὶ τούτοις· finem enim & προαίρεσιν deſignat iſtuc ἐπί. Cum hæc ad oram libelli adſcripſiſſem, animadverti in Cod. Reg. legi ἐπὶ τούτῳ. Cujus lectionis ſententia

ipso navigaverim, & cum reliquum hominis in illa navigatione luxum, tum formosum illum adolescentulum, quem ad caninam illam vitam traduxerat, ut haberet nimirum ipse quoque aliquem Alcibiadem, & ut perturbatus fuerit, noctu, medio in Aegeo, descendente turbine & fluctum excitante maximum, ploraveritque cum mulierculis vir admirabilis, & qui superior mortis metu esse videretur.

Τροάδ᾽ συμπλεύσαιμι αὐτῷ, ἢ τὴν τε ἄλλην τ᾽ ἐν τῷ πλῷ τρυφὴν, ἢ τὸ μειράκιον τὸ ὡραῖον, ὃ ἔπεισε κυνίζειν, ὡς ἔχοι ἢ αὐτός τινα Ἀλκιβιάδην· ἢ ὡς ἐπιταραχθείη μὲ τ᾽ νυκτὸς, ἐν μέσῳ τῷ Αἰγαίῳ γνόφου καλαβάντ᾽, ἢ κῦμα ταμμέγεθες ἐγείραντ᾽, ἐκώκυε μὲ τ᾽ γυναικῶν ὁ θαυμαστὸς, ἢ θανάτου κρείττων εἶναι δοκῶν.

44. Verum paullo ante mortem, novem circiter diebus ante, cum plus quam oportebat, puto, ingurgitasset, & vomuit noctu, & febri correptus est satis vehementi. Haec vero Alexander mihi medicus narravit, qui vocatus erat, ut illum inviseret. Ajebat ergo se inveniisse hominem humi se volutantem, impatientemque aestus, & amatoriis velut blanditiis petentem frigidam: se autem non dedisse: verum illud dixisse, *Si omnino morte opus haberet, ipsam sponte jam venire ad januam, itaque bene facere, si*

Ἀλλὰ μικρὸν πρὸ τ᾽ τελευτῆς, πρὸ ἐννέα ἀκεδόν πως ἡμερῶν, πλεῖον, οἶμαι, τῆς ἱκανῆς ἐμφαγὼν, ἤμεσέ τε τ᾽ νυκτὸς, καὶ ἐάλω πυρετῷ μάλα σφοδρῷ. ταῦτα δέ μοι Ἀλέξανδρ᾽ ὁ ἰατρὸς διηγήσατο, μεταπεμφθεὶς ὡς ἐπισκοπήσειεν αὐτόν· ἔφη δὲ καλαλαβεῖν αὐτὸν χαμαὶ κυλιόμενον, ἢ τ᾽ φλογμὸν ἢ φέρουσα, καὶ ψυχρὸν αἰτοῦντα πάνυ ἐρωτικῶς, ἑαυτὸν δὲ μὴ δοῦναι. καίτοι εἰπεῖν ἔφη, πρὸς αὐτὸν, ὡς εἰ πάντως θανάτου δέοιτο, ἥκειν αὐτὸν ἐπὶ τὰς θύρας αὐτόματον. ὥστε καλῶς ἔχει· ἔπειτ᾽, μηδὲν

tia eadem plane est. *T.F.*

54. Τούτῳ] Sic Mss. R. & G. In Impressis omnibus τούτων. *M. du S.*

68. Ἦκον] Si de reditu Peregrini ex Aegypto intelligas, incidet necessario in primum Luciani in Graeciam adventum; cum XV. aut XX. fere interceserint anni. De voce ἦκον monendus es, nostram esse *J.* Edit. emendationem; in reliquis enim libris est ἥκειν. *M. du S.*

72. Τὰ Ἀλκιβιάδου] Amores & παιδικὰ Socratis, ut vulgus scriptorum existimat; sed quam ab hac foeditate remotus fuerit Socrates, omnium, quotquot unquam fuere, hominum optimus & sanctissimus, satis superque ostendunt divina illa *Xenophontis* Ἀπομνημονεύματα; tum praeterea ipsius vita nuper a viro doctissimo, & linguae Graecae peritissimo *D. Carpentario* conscripta. Hoc itaque ausim asserere;

Si quis morte obita sensus tellure sub ima est,
Socratici gaudent Manes, & grandior Umbra
Ambulat Elysium, tanti scriptoris honore.

T.F.

74. Γνόφου καλαβάντ᾽ ἢ κῦμα ταμμέγεθες ἐγείραντ᾽] *Caligine oborta & fluctum ingentem excitante.* Interpol. pessime. γνόφος enim hoc loco *turbo* est. Idque satis ostendit nomen appositum καταβάς. Deinde; qui quaeso fieri possit, ut *caligo attollat mare*, quod diceret Lucianus, ἢ κῦμα ταμμέγεθες ἐγείραντ᾽? Rem vero terribilem, Caliginem noctu fuisse. Videlicet sunt haec aegri somnia. Intelligit enim Lucianus turbinem illum qui vulgo dicitur ἐκνεφίας, de quo *Apulejus*, in libello de Mundo, & alii. *Eustathius* enim vocem hanc (γνόφος) deducit a νέφος. Plerisque omnibus dici videtur δνόφος quasi παρὰ τὸ δύνειν τὰ νέφη. Quae tu passim reperies: neque juvat transcribere. *T.F.*

76. Θανάτου κρείττων] *Morte potior.* Interp. Quid sit ἀνὴρ θανάτου κρείττων, omnes, opinor, norunt; quid sit *Vir morte potior*, non item. Vertendum itaque fuerat, *Vir morte superior, quem mortis metus non deprimit, non frangit*, ut e contra ἀνὴρ θανάτου ἥττων is est, qui mortis pavore debilitatur, prosternitur & plane abjicitur. *T.F.*

Θανάτου κρείττων] *Fortior, robustior* ipsa morte, s. *victor mortis*, vel qui eam contemnit. Ita χρημάτων κρείττων habuimus supra T. I. *de Merced. Cond.* §. 19. f. Θυμοῦ κρείττων, *Hermot.* c. 12. f. Et φθόνου κρείττων, ibid. c. 76. &c. *J.F.R.*

84. Ψυχρὸν] Subaudi ὕδωρ, ut πηρὸν, pro πηρὸν ὕδωρ. Διαίρεσι *Etymol.* in πηρὸν. a πηρὸν est Nηρὸ Graecorhomaicum. *F.G.*

Ibid. Καὶ ψυχρὸν αἰτοῦντα] Supple ὕδωρ: ellipsi. Ut πηρὸν, pro πηρὸν ὕδωρ. Vide Etymologicum Magnum in πηρὸν. A πηρὸν, est Graecorhomaicum νηρό. *AB.M.*

85. Καίτοι] Forsan καί γε. *M. du S.*

δὲν τῇ πυρὸς δεόμενον· τόνδ' οὖ φάναι· Ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἔνδοξον ὁ τρόπον γένοιτ' ἂν, πᾶσι κοινὸς ὤν.

Ταῦτα μὲ ὁ Ἀλέξανδρος. ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸς πρὸ πολλῶν ἡμερῶν εἶδον [a] αὐτὸν ἐγκεχρισμένον, ὡς ἀποδακρύσειε τῷ δριμεῖ φαρμάκῳ. ὁρᾷς; οὐ πάνυ τοὺς ἀμβλυωποῦντας ὁ Αἰακὸς προσδέχεται; ὅμοιον ὡς εἴ τις ὑπὲρ σταυρὸν ἀναβήσεσθαι μέλλων, [b] τὸ ἐν τῷ δακτύλῳ πρόσπταισμα θεραπεύοι. τί σοι δοκεῖ ὁ Δημόκριτος, εἰ ταῦτα εἰδὲ; κατ' ἀξίαν γελάσαι ἂν ὑπὲρ τῷ ἀνδρί. καίτοι πόθεν εἶχεν ἐκεῖνος τοσοῦτον γέλωτα; σύ δ' ὦν, ὦ Φιλότης, γέλα καὶ αὐτὸς, καὶ μάλιστα ὁπόταν τῶν ἄλλων ἀκούσῃς θαυμαζόντων αὐτόν.

illam sequeretur, nec ignem expeteret. Istum contra dixisse: *At non aeque gloriosum futurum mortis genus, quod omnibus commune esset.*

45. Haec Alexander. Ego vero, & ipse non multis ante mortem diebus inunctum vidi, ut lacrimis motis oculos purgaret acerbo medicamento. Vides? Non sane recipit, qui hebetes oculos habent, Aeacus. Simile hoc est, ut si quis in crucem mox agendus digiti offensionem curet. Quid tibi videtur *facturus fuisse*, si vidisset ista, Democritus? Risisset ne, prout dignum est, virum? Quamquam unde tantum illi risus suppetiisset? Tu ergo, amice, ride ipse quoque, & maxime cum alios admirari istum audieris!

FU-

a Αὐτὸν] Αὐτὸν αὐτὸν P. male. b Τὸ ἐν τῷ] Τοῦ ἐν τῷ male F.

92. Ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸς πρὸ πολ. ἡμ.] Ordo: Ἐγὼ αὐτὸς οὐδὲ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν. Sed forte sic legendum: Ἐγὼ δ' αὐτὸς, οὐδὲ πρὸ π. ἡ. &c. *F.G.*

Ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸς πρὸ πολλῶν ἡμερῶν εἶδον] Quae versio haec est, quam nobis offert *Benedictus* & sequitur *Faber*? *caeterum ego neque ipse ante paucos dies vidi.* Ergo aut nunquam vidit, aut ante valde multos dies vidit. Quod quid est? aut quomodo ad Graeca? multo melius & rectius Opsopoeus *caeterum ego quoque illum non ita multos ante dies conspexi.* *F.G.*

Ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸς &c.] Emendationem *Gujeti* non rejicerem, si auctoritas accederet; nam quamquam exempla haud pauca constructionis immutatae vidimus, ut *de Calumn.* c. 19. ἐπειδὰν ἐντὸς ἅπαξ τειχῶν γένωνται. Item *Philopf.* c. 22. *Parasit.* c. 16. & 2. *Bis Accus.* c. 34. *Rhet. Praec.* c. 18. *de Imag.* c. 11. Sic tamen pro lubitu transponere negandi particulam, periculosum est; verum & infra *Tragopod.* vs. 313. Οὐκ ἐρίσας ἐχάρη Φοίβῳ Σάτυρος Μαρσύας. Et *Homer.* Il. E. 150. Τοῖς οὐκ ἰρχομένοις ὁ γέρων ἐκέκαστ' ὀνείρους, ubi οὐκ ad ἐκέκαστο pertinet, non ad ἰρχομένοις, & Scholiast. atque *Eustath.* amphibolian pronuntiant. *Clarkius* vertens, *quibus non, ad bellum proficiscentibus, senex interpretatus est somnia*, sive, *Quibus nequidquam, cum ad bellum proficiscerentur, interpretatus est somnia.* Eoque minus, cum & in *Dial. Meretr.* XII. p. huj. Ed. 314. ὃ sic transponitur, quando ait: οὐχ ἑώρων τὸ ἄθυμα ἔν. ubi οὐχ omnino pertinet ad ἑώρων, nam non negat se vidisse, sensisse, sed non unum fuisse adfirmat. Propter talia jam nihil mutarem. Conf. & infra *Sat.* c. 8. pr. *F. F. R.*

98. Τῷ δακτύλῳ] Τῷ ποδὸς. *F.G.*

99. Τί σοι δοκεῖ ὁ Δημόκριτος] Hujus loci venustatem corrupit Interpolator. *Quid tibi*, inquit, *videtur facturus fuisse Democritus, si hac vidisset? merito virum irrisisset.* Interpres autem, antequam interpolatus fuisset, quanto melius? *Quid tibi*, inquit, *facturus fuisse videtur Democritus, si horum spectator contigisset? numquid pro dignitate virum derisisset?* Sensus est. Cum tanta in Peregrino gloriae sitis fuerit, censen' tu, Croni, satis unquam & κατ' ἀξίαν δεξάμενον τὸ ἀνθρωπίσκου derisurum fuisse Democritum? Dii boni! unde illi tantus risus suppetere potuisset? Haud dubie prius ei fuisset emoriendum, quam hominem pro virtutibus, ut diceret *Terentius*, exagitare potuisset. *T.F.*

2. Πόθεν εἶχεν ἐκεῖνος τοσοῦτον γέλωτα] Quod de risu Democriti dixit Lucianus, idem de lacrymis Heracliti scripserat *Juvenalis*;

Mirandum est unde ille oculis suffecerit humor.

T.F.

APA-

FUGITIVI.

APOLLO, JUPITER, PHILOSOPHIA, HERCULES, MERCURIUS, VIRI, DOMINUS, ORPHEUS, FUGITIVUS, HOSPES.

APOL.

VErane narrant ista, Pater, fuisse, qui in ignem se conjiceret in celebritate Olympiorum, jam senem hominem, nec ignavum ad talia portentorum artificem? Luna enim nobis narravit, quae ardentem se vidisse diceret. JUP. Vera omnino sunt, Apollo, quae utinam facta nunquam essent! APOL. Adeone bonus erat senex, atque indignus, qui igni periret? JUP. Etiam illud forte *ita se habuerit!* At ego multam me tum perferre injucunditatem memini a malo illo nidore, qualem sursum ferri naturale est ab assatis corporibus humanis. Nisi enim in Arabiam statim, ut habebam, abiissem, perieram, bene noris, a fumo teterrimo. Et tamen in tanta suaveolentia, & copia aromatum, in ture adeo

ΔΡΑΠΕΤΑΙ.

ΑΠΟΛΛΩΝ, ΖΕΥΣ, ΦΙΛΟΣΟΦΙΑ, ΗΡΑΚΛΗΣ, ΕΡΜΗΣ, ΑΝΔΡΕΣ, ΔΕΣΠΟΤΗΣ, ΟΡΦΕΥΣ, ΔΡΑΠΕΤΗΣ, ΚΑΙ ΥΠΟΔΙΚΟΣ.

ΑΠΟΛ.

1 Ἀληθῆ ταῦτά, φασι, πάτερ, ὡς ἐμβάλοι τίς αὐτὸν φέρων εἰς τὸ πῦρ, κατέναντι Ὀλυμπίων, ἤδη πρεσβύτης ἄνθρωπος, οὐκ ἀγεννὴς θαυμαλοποιὸς 5 τὰ τοιαῦτα; ἡ Σελήνη γάρ ἡμῖν διηγεῖτο αὐτὴ ἑωρακέναι καμόμενον λέγουσα. ΖΕΥΣ. Καὶ πάνυ ἀληθῆ, ὦ Ἄπολλον, ὡς μήποτε γενέσθαι ὤφελεν. ΑΠΟΛ. Οὕτω χρηστὸς ὁ γέρων ἦν, καὶ ἀνάξιος ἐν πυρὶ ἀπο- 10 λωλέναι; ΖΕΥΣ. Καὶ τοῦτο μὲν ἴσως· ἀλλ' ἐγὼ πολλὴν μὲν τὴν ἀηδίαν μέμνημαι ἀναχόμενος τότε ἀπὸ κνίσης πονηρᾶς, οἵαν εἰκὸς [a] ἀποφέρεσθαι [b] ὀπτωμένων ἀνθρωπίνων σωμάτων. εἰ γὰρ μὴ εἰς τὴν Ἀραβίαν ὡς 15 εἶχον εὐθὺς ἀπιὼν ᾠχόμην, ἀπολώλειν ἄν, εὖ ἴσθι, ἀτοπίᾳ τῇ καπνῇ· καὶ ὅμως ἐν τοσαύτῃ εὐωδίᾳ, καὶ ἀφθονίᾳ τῶν ἀρωμάτων, καὶ ἐν λιβανωτῷ πανπόλλῳ, μόλις αἱ ῥῖνες ὑπ-

a Ἀποφερ.] Ἀναφερ. malit *Gesn.* b Ὀπτωμένων] Sic *V2.* & *Jensius.* Ὀπτομένων vulgo male.

5. Ἡ Σελήνη] Bene Apollo inducitur non vidisse spectaculum hoc, quia Sol est Apollo: & hoc circiter noctem mediam [ἡ σελήνη γὰρ ἡμῖν] Nam in praecedenti sermone est, (c. 36.) καὶ ἐπειδὴ ἡ σελήνη ἀντέστειλεν, ἔδει γὰρ κἀκεῖνον θεάσασθαι. *G.*

ΔΡΑΠΕΤΑΙ] Dixi antea hunc Dialogum non esse Luciani. *J.B.*

ΔΡΑΠ.] Non videtur esse Luciani. *Th.M.*

ΔΡΑΠΕΤΑΙ] *Lucianeum non videtur.* Nihil est in hoc Dialogo Luciano indignum; sive stylum sive rem ipsam spectes. Quare miror, cur *Bourdelotius* & *Marcilius* dubitent eum esse Luciani. *L.K.*

ΑΠΟΛΛΩΝ] Personarum colloquentium nomina Graeca addidi ex *V1.* quae Ἀπόλλων, Ζεὺς &c. Latina adscivi ex *P.* Inscriptio enim illarum tam Graeca quam Latina aberat ab cett. etsi in medio Dial. inserta personarum dimidiata nomina. *J.F.R.*

13. Ὀπτομένων ἀνθρωπίνων σωμάτων] Corrige ὀπτωμένων. est enim ab ὀπτάω, ἄω. Recte id observatum in *Epist. Saturnalib.* c. 23. καὶ τὸ ἴλιγγον, καὶ τὰ δελφάκια μιλαξὺ ὀπτωμένων, &c. In *Necyomant.* T. I. c. 14. οἰμωγὴ ἦν ἐπὶ τῷ πυρὶ ὀπτωμένων. *J.J.*

Ὀπτωμένων] Sic recte scribitur in sola *V2.* ut *Nec.* c. 14. *Ver. H.* c. 29. *Prom.* N°. 23. & 35. In reliquis enim prave est ὀπτομένων. *M. du S.*

ἐπιλαθέσθαι μοι καὶ παμπαν ἤθελον τὴν κηλῖδα ἐκείνην τῆς ὀσμῆς, ἀλλὰ καὶ νῦν ὀλίγου δέουσαν αὐτῆς, ὑπομνησθεὶς αὐτῆς.

multo, vix mihi obliviſci nares ac dediſcere voluerunt illam odoris labem. Sed nunc etiam parum abeſt quin nauſeem ad illius memoriam.

ΑΠΟΛ. Τί δὲ βουλόμενος, ὦ Ζεῦ, τοιαῦτα εἴργασται ἑαυτόν; ἢ τί τὸ ἀγαθὸν, ἀπανθρακωθῆναι [a] ἐμπεσὸν εἰς τὴν πυράν; ΖΕΥΣ. Τοῦτο μὲν οὐκ ἂν, ὦ παῖ, φθάνοις καὶ Ἐμπεδοκλεῖ πρὸ αὐτοῦ ἐγκαλῶν, ὃς ἐς τοὺς κρατῆρας [b] ἥλατο καὶ αὐτὸς ἐν Σικελίᾳ. ΑΠΟΛ. Μελαγχολίαν τινὰ δεινὴν λέγεις. αὐτὰρ ὅτου γε τίνα ποτὲ ἄρα τὴν αἰτίαν ἔσχε τῆς ἐπιθυμίας; ΖΕΥΣ. Αὐτῆς σοι λόγον ἐρῶ, ὃν ἔλεξε πρὸς τὴν πανήγυριν, ἀπολογούμενος πρὸς αὐτοὺς ὑπὲρ τῆς τελευτῆς. ἔφη γάρ, εἴγε μέμνημαι.

2. APOL. Quid vero voluit, Jupiter, quod haec in ſe deſignavit? aut quid boni in eo ineſt, ſi quis in rogum deſiliens mutetur in carbones? JUP. Hac in re evitare non potes, quin ante ipſum Empedocli crimen intentes, qui in crateras ipſe quoque in Sicilia deſiliit. APOL. Terribilem mihi melancholiam narras. Verum hic quam tandem illius cupiditatis cauſſam habuit? JUP. Ipſius tibi orationem referam, quam in conventu habuit, cum cauſſam apud illos mortis ſuae diceret. Dixit enim ſi bene memini . . .

Ἀλλὰ τίς αὕτη σπουδῇ προσειοῦσα τεταραγμένη καὶ δακρύουσα, πάνυ [c] ἀδικουμένῃ ἐοικυῖα; μᾶλλον δὲ Φιλοσοφία ἐστὶ, καὶ τὸ νομά γε τὸμὸν ἐπιβοᾶται κεκλαυσμένη. Τί ὦ θύγατερ δακρύεις; ἢ τί ἀπολιποῦσα τὸν βίον ἐλήλυθας; ἆρα μὴ οἱ ἰδιῶται αὖθις ἐπιβεβουλεύκασί σοι ὡς τὸ πρόσθεν, ὅτε τὸν Σωκράτη ἀπέκτειναν ὑπὸ Ἀνύτου καταηγορηθέντα, εἶτα φεύγεις διὰ τοῦτο αὐτούς;

3. Sed quaenam iſta contente ad nos accedens perturbata & lacrimans, injuriam magnam paſſae ſimilis? Quin Philoſophia eſt, & nomen meum miſerabili voce inclamat. Quid, mea filia, ploras? aut quid relicto ſaeculo huc veniſti? Numquid denuo contra te machinati aliquid ſunt imperiti, ut olim cum accuſatum ab Anyto Socratem interfecere? tum tu propterea illos fu-

a Ἐμπεσὼν] Sic Edd. omnes. Ἐμπεσόντα Graev. b Ἥλατο] Adſpirate P. S. Amſt. ἅλατο ſpir. leni J. Fl. B. H. Fr. c Ἀδικουμένῃ] Sic bene Fl. P. aliaeque Ἀδικουμένην ſine puncto male J. V2.

19. Τὴν κηλῖδα] *Foeditatem.* F.G.

Ibid. Κηλῖδα] Quis ante aut poſt hunc *odoris* ſibi *maculam* finxit? M. du S.

23. Ἢ τί τὸ ἀγαθὸν] Scribendum vel puer videat, etſi Mſ. ſileret, ἢ τί τὸ ἀγαθὸν ἀπανθρακωθῆναι ἐμπεσόντα εἰς τὴν πυράν; *Quid prodeſt in pyram inſilientem conflagrare?* In vulgatis eſt contra τὴν γραμματικὴν canones ἐμπεσὼν. J.G.G.

24. Ἐμπεσὼν] An ἐμπεσόντ' εἰς, &c. F.G.

Ἐμπεσὼν] Ἐμπεσόντα legendum vel puerum videre ait Cl. *Graev.* Fateor ad Grammaticam uſitatius ita dici, ut ſupra, *Jov. Conf.* c. 7. f. εἰ δὲ ὑποχρῆσαι αὐτοῖς τὸ ἀθανάτους εἶναι. *Gall.* c. 26. ἐμοὶ — ἐμμάξαι ἐπτυμότα. Ibid. c. 4. ἠσθημένοι φαγόντα. *Rhet. Praec.* c. 1. ὡς ἄμαχον εἶναι ſcil. σε. Et *Evang. D. Marc.* IX. 47. δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. *Herodian.* L. 2. c. 8. f. (Νίγρος) ἠμέλει — δίον ἐπιφοιτῆσαι τὸν ταχίστων, καὶ φθάσαι οἰκειωτάρδρον αὐτά. Verum & ſimilia vulgatae alibi occurrunt, ut non velim quidquam immutare. Nemo quidem dubitat, quin infinitiv. cum nominandi caſu in alia conſtructione ſit uſitatiſſimus, idque Grammatici ſatis tradidere, & exemplorum occurrunt myriades; ſed nominativo perſonae praemiſſo, vel intellecto, tantum locum habere alterum illum nominativum, volunt. At in quibusd. modo nominativo, modo accuſat. utitur Noſter, ut, μόνῳ τῷ δεσπότῃ ὦναι δικαίῳ, in *Bis Accuſ.* c. 2. f. Contra vero, δικαίῳ σοι εἶναι πολυπραγμοσύνῃ. In *Paraſit.* c. 5. Nominativo *Polyb.* (notante Cl. *Jenſio* in marg. Lect. Lucian.) p. 655. Ed. *Amſt.* ἐπισφαλὴς εἶχον, διὰ τὸ γυμνοὶ κινδυνεύειν. Et ſic p. 1434. nec non p. 963. ἑτοίμως εἶχον πρὸς τὸ μὴ τοῖς ἐχθροῖς ὑποχείριοι γενέσθαι. At in his *Polybii*, nominat. perſonae praecedit, ad quem etiam referri dicetur aliquo modo nominativus ſequens. Vitioſum autem eſſe vulgatum Ἀλλὰ κακοῦργοί τινες φῆς εἶναι, — καὶ μοιχεύσει, docuit Cl. *Jenſ.* in *Prometh.* T.I. c. 16. pr. (qui multa de infinitivi ſtructura, in Lect. Lucian. p. 72. — 83.) adſentiente Cl. *Hemſterhuſio*, nec tamen omnia, ob nimiam copiam, inferente, & fruſtra improbante Cl.

fugis? PHIL. Nihil tale, Pater. Sed illi quidem, vulgus promiscuum, laudarunt & in honore me cum veneratione atque admiratione habuerunt, ac tantum non adorarunt, etsi non valde, quae dicerem, intelligerent. Verum isti, quomodo illos vocem? qui se familiares meos & amicos esse ajunt, & nominis mei larvam induunt, illi ergo pessime me tractarunt.

4. JUP. Philosophi igitur contra te aliquid machinati sunt? PHIL. Non, Pater. Hi enim & ipsi injuria mecum affecti sunt. JUP. A quibus ergo injuriam accepisti, si neque indoctos accusas, neque philosophos? PHIL. Sunt quidam, Jupiter, interjecti, velut inter utramque aciem, inter vulgus & philosophos, habitu, oculorum conjectu, incessu, nobis similes, & eadem ratione compositi. Postulant enim meis in castris militare, & nostrum sibi nomen inscribunt, discipulos se, & familiares, & sodales nostros dicunt: at vita illorum impurissima, inscitia, audacia, libidine, plena: quae non parva est in nos contumelia. Ab hisce, Pater, laesa profugi.

ΦΙΛ. Οὐδὲν τοιοῦτον, ὦ πάτερ, ἀλλ' ἐκεῖναι μέν, ὁ πολὺς λεὼς, ἐπῄνεσαν, καὶ μετὰ τιμῆς ἦγον αἰδούμενοι, καὶ θαυμάζοντές με, καὶ μονονουχὶ προσκυνοῦντες, εἰ καὶ μὴ σφόδρα ξυνίεσαν ὧν λέγοιμι. οἱ δὲ, πῶς ἂν εἴποιμι; οἱ ξυνήθεις καὶ φίλοι φάσκοντες εἶναι, καὶ τοὔνομα τοὐμὸν ὑποδυόμενοι, ἐκεῖνοί με τὰ δεινότατα εἰργάσαντο.

ΖΕΥΣ. Οἱ φιλόσοφοι ἐπιβουλήν τινα ἐπιβεβουλεύκασί σοι; ΦΙΛ. Οὐδαμῶς, ὦ πάτερ, οἵγε ξυνηδίκηνταί μοι καὶ αὐτοί. ΖΕΥΣ. Πρὸς τίνων οὖν ἠδίκησαι, εἰ μήτε τοὺς ἰδιώτας, μήτε τοὺς φιλοσόφους αἰτιᾷ; ΦΙΛ. Εἰσί τινες, ὦ Ζεῦ, ἐν μέσαιχμίῳ τοῖ τε πολλῶν, καὶ τῶν φιλοσοφούντων, τὸ μὲν σχῆμα, καὶ βλέμμα, καὶ βάδισμα, ἡμῖν ὁμοῖοι, καὶ κατὰ ταὐτὰ ἐσταλμένοι· ἀξιοῦσι δὲ ὑπ' ἐμοὶ τάττεσθαι, καὶ τοὔνομα τὸ ἐμέτερον ἐπιγράφονται, μαθηταί, καὶ ὁμιληταί, καὶ θιασῶται ἡμῶν εἶναι λέγοντες· ὁ βίος δὲ αὐτῶν πανμίαρος, ἀμαθίας, καὶ θράσους, καὶ ἀσελγείας ἀνάπλεως, ὕβρις ἐμὲ μικρὰ καθ' ἡμῶν ὑπὸ τούτων, ὦ πάτερ, ἠδικημένη πέφευγα.

ΖΕΥΣ.

Cl. *Gesnero* ad *Philopatr.* nam non modo κακοῦργοί τινες improbarat *Jensius*, per se; sed εἰσὶ pro εἶναι requiri, bene monuerat, propter illico adjunctum καὶ μοιχεύσει, καὶ πολεμοῦσι, &c. Sed *Homeri* locus Il. B. 350. quem *Gesn.* adfert, ubi φημὶ κελαινεῦσαι — Κρονίωνα Ἀστράπτειν &c. huic nostro *Fugitivor.* probando convenit, aeque ac infra *Philopatr.* c. 4. ἀλλ' ὑποδεδρυγμένος καθεδεῖται. At quod *Gesn.* etiam adfert ex *Dial. Marin.* IX. σῶσαι δύσει χαμισάμβῳ, id jam nihil probat; nam χαμισαμβύς ex Codd. ibi restituit *Hemsterhusius.* Verum addi posset *Dion. Halic.* VII. p. 473. 10. quem jam adduxi ad *Rhet. Praec.* c. 24. δι' αἰχύης λαβεῖν, ἀπὸ αὐτυγὸς ἐς γύαν — ὀνείρατα ἐκφέρειν. Et *Xenoph.* p. 458. εἴονται δὴν φρόνιμοι ἐς μέτριοι φαίνεσθαι, aliaque quae adferuntur a Cl. *Maittaire* de Dial. p. 82. quae cum *Polybianis* modo adductis pro vulgata facere nonnullis videbuntur; sed quia & in iis ad nominativum personae respicitur, illa huc detorquere nolim; magis enim huc facit, quod nominativum & accusat. simul infinito adjunctum alibi jam dedimus, ex Ep. ad *Ephes.* IV. 1. & 2. ubi Παρακαλῶ ἓν ὑμᾶς — ἀξίως — ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, ubi & *Elsner.* duo alia addidit. Notumque vel ex Grammaticis vulgaribus, illud *Xenophontis*, πρὸς τὸ ἀγαθοὶ φαινεσθαι; & ex eodem, Ὁ δὲ Ἀστύρης — ἐγὼ μὲν εἶμαι ἱκανὸς μὴ ἄρχειν, pro τὸ δὲ Ἀστύρην. Addo rursus *Arist. Capp.* vers. fin. L. I. p. m. 92. καὶ τόδε μέντοι προσυμνήσας — πρήσσειν, pro προσυμνήσασθαι δεῖ πρήσσειν. quum tamen ὑποχάσασθαι — ἀφαιρεῖσθαι ibid. paullo ante dixerit. Iterum L. 2. c. 4. p. 104. οὕτω γὰρ οἰκεῖς — ὡς ῥηϊδίως χυθεῖς ἐρρῶσθαι, pro χυθέντα; in quo posteriore exemplo tamen ad nominat. praemiss. potest esse relatio, aeque ac in hoc *Herodiani* I. 10. 8. φήθη δεῖν μέγα τι θρέψας κλεπτῆσαι. Sed Luciani vulgatae propius accedit hoc *Diod. Sic.* XII. c. 25. f. ἐὰν δὲ οἱ δημαρχοι μὴ συμφωνῶσι πρὸς ἀλλήλας κύριοι εἶναι τὰ ἀπὸ μέσου κείμενα; ubi κύριοι pro κυρίως. Sed *Gronovii* in *Polyb.* exemplo ad L. V. p. notar. 430. paullo aliam habent rationem, pertinentque ad nominativum illum usitatissimum, de quo prius diximus. Sed satis est ostendisse, vulgatum Luciani non temere movendum, etsi nec dissimulandum, saepe a scribis peccatum esse in pervertendis verborum modis, ut vid. in *Dial. Meret.* XII. p. hujus Tom. 313. N°. 76. Plura ad *Fugit.* c. 2. *J. F. R.*

27. Ἥλατο] Adspirate ἅλατο in fab. *Æsop.* CXV. & *Homer. Batrach.* 248. Cumque ἄλλομαι certe adspiretur, ut patet ex compositis ἐφάλλομαι, καθάλλομαι, adspirationem contra Edd. vet. adsumsi. *J. F. R.*

74. Ἐν-

ΖΕΥΣ. Δεινὰ ταῦτα, ὦ θύγατερ, ἀλλὰ τί μάλιστα ἠδικήκασί σε; ΦΙΛ. Σκόπει, ὦ πάτερ, εἰ μικρά. σὺ γὰρ καλιδὼν τὸν βίον ἀδικίας καὶ ἀξυνομίας μεστὸν, ἄτε ἀμαθίᾳ καὶ ὕβρει ξυνόντα, καὶ ταραττόμενον ὑπ' αὐτῶν, καλέλεισας τὸ ἀνθρώπινον γένος τῇ ἀγνοίᾳ ἐλαυνόμενον, ἐμὲ κατέπεμψας, ἐντειλάμενος ἐπιμεληθῆναι, ὡς παύσαιμι μὲν ἀδικοῦντες ἀλλήλους, καὶ βιαζόμενοι, καὶ ὅμοια τοῖς θηρίοις βιοῦντες· ἀναβλέψαντες δὲ πρὸς τὴν ἀλήθειαν, εἰρηνικώτερον ξυμπολιτεύοιντο. ἔφης γὰρ πρὸς μὲ καλαπέμπων, ἃ μὲ πράττουσιν ἄνθρωποι, καὶ ὡς ἔχουσιν ὑπὸ τῆς ἀμαθίας, ὦ θύγατερ, καὶ αὐτὴ ὁρᾷς· ἐγὼ δὲ, ἐλεῶ γὰρ αὐτοὺς, σὲ, ἣν μόνην ἰάσασθαι ἂν τὰ γιγνόμενα οἶμαι, προκρίνας ἐξ ἁπάντων ἡμῶν, πέμπω ἰασομένην.

5. JUP. Dura haec sane, Filia. Sed qua in re maxime te laeserunt? PHIL. Vide, Pater, parvane sint? Tu enim cum videres saeculum injustitia & iniquitate plenum, quod cum inscitia & contumelia versaretur, & ab iis perturbaretur; miseratus humanum genus, ab ignorantia agitatum, me demisisti, cui praeceperas uti curam agerem, quo desinerent mutuis se injuriis afficere, & vim facere, & similem feris bestiis vitam agere; sed oculis ad verum conversis, magis pacatam inter se civitatem haberent. Dicebas enim, me cum demitteres, *Quae agant homines, & quomodo ab inscitia affecti sint, ipsa vides, mea filia! Ego autem, qui illorum misericordia tangar, te, quam solam mederi posse his, quae fiunt, arbitrer, ex omni nostro numero delectam demitto ut sanes.*

ΖΕΥΣ. Οἶδα πολλὰ καὶ τοιαῦτα εἰπὼν τότε· σὺ δὲ τὰ μὲν ταῦτα ἤδη λέγε, ὅπως μὲ ὑπεδέξαντό σε καλαπταιόντων τὸ πρῶτον, ἃ τινα δὲ νῦν ὑπ' αὐτῶν πάσχουσας. ΦΙΛ. [a] Ἠξίουν μὲν, ὦ πάτερ, οὐκ ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας εὐθὺς, ἀλλ' ὅθεν ἐδόκουν μοι χαλεπώτερον τοῦ ἔργου εἶναι, τὸ βαρβάρους παιδεύειν, καὶ διδάσκειν, τοῦτο πρῶτον ἠξίουν [b] ἐργάσασθαι· τὸ Ἑλληνικὸν δὲ

6. JUP. Scio multa me & talia tum dixisse. Tu jam dic, quomodo te receperint primum advolantem, & quae nunc ab illis patiaris. PHIL. Properabam, Pater, non statim ad Graecos; sed, quae videbatur mihi difficilior operis *pars* esse, instituere ac docere barbaros, illam primum volebam perficere. Omissis *ergo interim* Grae-

a Ἠξίουν] Ἤξουν *V2.* ἤξουν cett. b Ἐργάσασθαι] Ex emendatione *Jensii.* Εἰργάσασθαι Edd. male.

74. Ἐντειλάμενος ἐπιμεληθῆναι] Verto *dato negotio, ut eos curarem* vel *sanarem.* Verbum enim ἐπιμελεῖσθαι, κατ' ἐξοχὴν de Medicis usurpatur, qui saucios curant & sanant. Auctor mox pro eo bis utitur verbo ἰάσασθαι. Sic etiam in *Sympos.* cap. 47. Διονικῶ ἐπεμελεῖτο. de quo paulo ante dixerat, ἀκεσαμένῳ τὸ τραῦμα. Hinc ἐπιμέλεια & ἴασις ut synonymae ponuntur *Proverb.* III. 8. Τότε ἴασις ἔσται τῷ σώματί σου, καὶ ἐπιμέλεια τοῖς ὀστέοις σου. & vers. 22. ἔσται δὲ ἴασις ταῖς σαρξί σου, καὶ ἐπιμέλεια τοῖς σοῖς ὀστέοις. *L. Bos.*

82. Ἰάσασθαι] Vid. supra dicta ad *Gall.* c. 28. N°. 10. *J. F. R.*

89. Ἤξα] Sic *V2.* nisi quod jota non erat subscriptum. Recte; non ut in reliquis, ἦξα. Confer Δημ. c. 4. *M. du S.*

Ἤξα] Conf. paullo supra *Mort. Peregr.* c. 37. f. Nec dubitabis & ita hic scribendum. Quum de volante sit sermo; sic & mox ὁρμήσασα utitur. *J. F. R.*

93. Ἐργάσασθαι] Ἐργάσασθαι hic legendum, non, ut Edd. εἰργάσασθαι, alia occasione monet Cl. *Jens.* scilicet ad *Hermot.* c. 71. pr. ubi e contrario vulgatum ἐργάσω in εἰργάσω recte mutat, & Codd. addicebant. Sed eorum fidem hic exspectasse nihil etiam opus; adeo res est manifesta; neque enim significatio τῷ εἴργω *prohibeo*, hic locum habet, neque si haberet, εἰργάσασθαι, sed ἐξάσθαι in aoristo dicendum foret. *J. F. R.*

96. Τῷ ζυγῷ] Αἴρειν ζυγὸν pro doctrina mandatisque observandis poni tradit Rev. *J. Elsner.* in *Evang. Matth.* XI. 29. ubi & haec Luciani eodem modo exponit. *J. F. R.*

Ibid. Ὁρμήσασα εἰς Ἰνδοὺς] Erudita & verissima haec Philosophiae historia est. *M. du S.*

97. Ἐν τῷ βίῳ] I. e. *in mundo.* *F. G.*

Ἐν

Graecis, quos faciles ad ſubigendum putabam, & celerrime recepturos frena, & jugo ſubmittendos: ad Indos primum excurri, maximam orbis gentem, nec difficulter iis perſuaſi, ut deſcendentes ſuis ab elephantis mecum verſarentur: adeo ut beata illa gens Brachmanes, qui in Nechraeorum & Oxydracarum confiniis colunt, omnes jam mihi militent, & meis ex praeceptis vivant, qua de cauſſa magno in honore ſunt apud omnes vicinos. Hi miro quodam mortis genere moriuntur.

εἶον ὡς ῥᾷστον ὑποβαλέαν, καὶ τάχιστα, ὡς γε ὤμην, ἐνδεξόμενον τὸ χαλινὸν οἷόν τε, καὶ ὑπαχθησόμενον τῷ ζυγῷ, ὁρμήσασα εἰς Ἰνδοὺς τὸ πρῶτον, ἔθνος μέγιστον τῶν ἐν τῷ βίῳ, καὶ χαλεπῶς ἔπεισα καταβάντας ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων ἐμοὶ συνεῖναι· ὥστε καὶ γένος ὅλβιον οἱ Βραχμᾶνες τοῖς Νεχραίοις καὶ Ὀξυδράκαις ὅμοροι, ἅπαντες ὑπ' ἐμοὶ τάττονται, καὶ βιῶσί γε κατὰ τὰ ἡμῖν δεδογμένα, τιμώμενοι παρὰ τῶν πλησίον ἁπάντων, καὶ ἀποθνήσκουσι παραδόξου τινὸς τοῦ θανάτου τρόπου.

7. JUP. Gymnoſophiſtas dicis. Audio enim & reliqua de illis, & hoc quoque, maximo illos rogo conſcenſo, urendos ſe praebere, neque quidquam de habitu aut poſitu *membrorum* mutare. Sed nihil hoc magnum: nuper enim Olympiae ſimile quid fieri ego vidi: credibile autem te quoque adfuiſſe tum, cum ſenex arderet. PHIL. Neque acceſſi, pater, Olympiam, metu ſacerrimorum hominum, quos dixi, quod multos illorum viderem eo ire, uti maledicerent ibi congregatis, clamoſoque ſuo latratu poſticum templi implerent: igitur neque vidi illum, quomodo ſit mortuus.

ΖΕΥΣ. Τοὺς γυμνοσοφιστὰς λέγεις. ἀκούω γοῦν τάδε ἄλλα περὶ αὐτῶν, καὶ ὅτι ἐπὶ πυρὰν μεγίστην ἀναβάντες, ἀνέχονται καιόμενοι, οὐδὲν τοῦ σχήματος ἢ τῆς καθέδρας ἐκτρέποντες. ἀλλ' οὐ μέγα τοῦτο· ἔναγχος γοῦν καὶ Ὀλυμπιάσι τὸ ὅμοιον ἐγὼ εἶδον γενόμενον, εἰκὸς δὲ καὶ σὲ παρεῖναι, χαμαιρούσῃ τότε τῷ γέροντι. ΦΙΛ. Οὐδὲ ἀνῆλθον, ὦ πάτερ, εἰς Ὀλυμπίαν, δέει τῶν καλαράτων ἐκείνων, οὓς ἔφην, ὅτι πολλοὺς αὐτῶν ἑώρων ἀπιόντας, ὡς λοιδορήσαιντο τοῖς ξυνελληλυθόσι, καὶ βοῆς τὸ ὀπισθόδομον ἐμπλήσωσιν ὑλακτοῦντες, ὥστε οὐδὲ εἶδον ἐκεῖνον ὅπως ἀπέθανε.

8. Poſt Brachmanes ergo ſtatim in Ae-

Μετὰ γοῦν τοὺς Βραχμᾶνας, εἰς Αἰθιοπίαν

18. Τὸν ὀπισθόδομον] Ὀπισθόδομος * μέρος τῆς ἀκροπόλεως τῶν Ἀθηναίων, ἔνθα ἦν τὸ ταμιεῖον ὄπισθεν τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ναοῦ, ἐν ᾧ ἀπετίθεντο τὰ χρήματα. *V.*

* Μέρος τῆς ἀκροπ.] Non vidit Scholiaſtes de Opiſthodomo Olympico hic agi. Quam ſupine! *M. du S.*

Ἐν τῷ βίῳ] Conf. ſupra *Tim.* §. 25. *Amor.* c. 20. pr. & c. 33. *Gall.* c. 5. Et *Geſn* ad *Icarom.* f. *Berglerumque* ad *Alciphr.* I. p. 120. *J. F. R.*

1. Οἱ Βραχμᾶνες] *Steph* περὶ πόλεων. *F. G.*

Ibid. Βραχμᾶνες — πυρὰν μεγίστην ἀναβάντες] Confer ſupra notata ad *Mort. Peregr.* c. 25. *J. F. R.*

Ibid. Νεχραίοις] Quaenam iſta gens? Quid ſi Arachoſios reponas? *M. du S.*

10. Ἡ τοῦ καθέδρας] Καθέδρα hic ipſe ſedentis habitus atque ſitus, ut κατάκλισις ſupra *de morte Peregr.* c. 25. f. ὑδ' ὅσον ὀλίγον ἐντρύψαντες τῆς κλαυκλίσεως. Etiam alias καθέδρα non ipſam ſedem ſ. id, in quo ſedetur, notat, ſed ſeſſionem, moram deſidendi &c. V. G. *Thucyd.* II, 18. ἐν τοιαύτῃ ὀργῇ ὁ στρατὸς τοῦ Ἀρχιδάμου ἐπεῖχεν, *propter moram.* Oſtendit ibi *Waſſius* ſynonymon eſſe καθέδραν ἐπιμονὴν, ἐποχὴν, ἕδραν, ἀγωγὴν, ἀναβολὴν, μονὴν κ. τ. λ. Neque obliviſcitur loci *Plutarchi*, Camillo p. 260. *H. Steph* ἵνα πρὸς τῇ Κατιτωλίῳ καθέδρα ἡ χολὴ γενομένη χρόνῳ. *J. M. G.*

18. Τὸν ὀπισθόδομον] Ne cui for e Scholiaſtae auctoritas imponat, non eſt hic ſermo de illo Palladis in arce Athenarum opiſthodomo, ſed de poſtico templi Jovis Olympii, quod auditorium fuiſſe praeconibus, philoſophis, & qui agere cum multitudine vellent, ad ſuperiorem *de morte Peregrini* libellum ſatis oſtenſum eſt. Vid. ad c. 32. *J. M. G.*

21. Αἰθιοπίαν] Quinam ibi Philoſophi memorantur? *M. du S.*

πίαν εὐθὺς, εἶτα εἰς Αἴγυπτον κατέβην, καὶ ξυγγενομένη τοῖς ἱερεῦσι, καὶ προφήταις αὐτῶν, καὶ τὰ θεῖα παιδεύσασα, ἐς Βαβυλῶνα ἀπῆρα, Χαλδαίους καὶ μάγους μυήσουσα, εἶτα ἐς Σκυθίαν ἐκεῖθεν, εἶτα ἐς Θρᾴκην, ἔνθα μοι Εὔμολπός τε καὶ Ὀρφεὺς συνεγενέσθην, ὃς καὶ προαποστείλασα ἐς τὴν Ἑλλάδα, τὸν μὲν, ὡς τελέσειεν αὐτοὺς, τὸν Εὔμολπον (ἐμεμαθήκει γὰρ τὰ θεῖα παρ' ἐμοῦ ἅπαντα) τὸν δὲ, ὡς ἐπάδων προσιάζοι τῇ μουσικῇ, καὶ ᾠδὰς εὐθὺς εἰπόμην.

Καὶ τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἐλθοῦσαν, οὔτε πάνυ ἠσπάσαντο οἱ Ἕλληνες, οὔτε ὅλως ἀπέκλεισαν· κατ' ὀλίγον δὲ προσομιλοῦσα, ἑπτὰ ἐκ τῶν ἁπάντων ἑταίρους καὶ μαθητὰς προσηγαγόμην, καὶ ἄλλον ἐκ Σάμου, καὶ ἄλλον ἐξ Ἐφέσου, καὶ Ἀβδηρόθεν ἄλλον, ὀλίγους πανταπασι.

Μεθ' οὓς τὸ σοφιστῶν φῦλον οὐκ οἶδ' ὅπως μοι παρενεφύετο, οὔτε ζηλῶν τὰμὰ ἐς βάθος, οὔτε κομιδῇ ἀπᾴδον, ἀλλ' οἷον τὸ Ἱπποκενταύρων γένος, σύνθετόν τι καὶ μικτὸν ἐν μέσῳ ἀλαζονείας καὶ φιλοσοφίας πλαζόμενον, οὔτε τῇ ἀγνοίᾳ τέλεον προσεχόμενον, οὔτε ἡμᾶς ἀτενέσι τοῖς ὀφθαλμοῖς καθορᾶν δυνάμενον, ἀλλ' οἷον λημῶντες ὑπὸ τῆς ἀμβλυώττειν ἀσαφές τι, καὶ ἀμυδρὸν ἡμῶν εἴδωλον, ἢ σκιὰν ἐνίοτε ἰδόντες ἄν. οἱ δὲ ᾤοντο ἀκριβῶς πάντα καλανενοηκέναι. ὅθεν παρ' αὐτοῖς ἡ ἀχρεῖος ἐκείνη,

thiopiam, ac deinde in Aegyptum descendi, & versata ibi cum sacerdotibus illorum ac Prophetis, cum divina eos docuissem, Babylonem perrexi, ut Chaldaeos & Magos initiarem: tum inde in Scythiam; deinde in Thracen, ubi Eumolpus & Orpheus mecum fuere. Quos etiam praemissos in Graeciam, alterum ut illos initiaret, Eumolpum, didicerat enim a me divina omnia; alterum ut canendo musices ope vim adferret *animis*, e vestigio statim consecuta sum.

9. Ac primum quidem advenientem neque vehementer amplexi sunt Graeci, neque plane excluserunt. Paullatim vero alloquio meo septem ex omnibus sodales ac discipulos mihi conciliavi, & ex Samo alium, & alium Epheso, & Abdera alium, paucos omnino.

10. Post quos Sophistarum mihi populus nescio quomodo adhaesit, neque aemulatus profunde mea placita, neque omnino ab iis abhorrens; sed, velut Hippocentaurorum genus, compositum quiddam & mistum, inter imposturam & philosophiam medium oberrans, neque ignorantiae plane adhaerens, neque in nos defigere intentos oculos ausum; sed velut lippientes, prae hebetudine visus obscurum quoddam & evanidum nostri simulacrum aut umbram forte nonnunquam videntes. At isti accurate omnia se nosse arbitrabantur. Unde apud illos inutilis illa ac superflua sapientia, &

36. Ἑπτὰ ὧν τῶν ἁπάντων] Τοὺς ἑπτὰ λεγομένους σοφοὺς, Πιττακὸν, Βίαντα, Θάλητα, Περίανδρον, Κλεόβουλον, Χίλωνα, Σόλωνα. *V.* In altero *Vossiano* majore idem Scholion sic: *Οἱ ἑπτὰ οὗτοι, Πιττακὸς, Βίας, Θαλῆς, Περίανδρος, Κλεόβουλος, Χίλων, Σόλων.*

37. Καὶ ἄλλον ὧν Σάμου] Ἐκ Σάμου, Πυθαγόραν τὸν Μνησάρχου. ἐξ Ἐφέσου Ἡράκλειτον. ἐξ Ἀβδήρων Δημόκριτον. ἄμφω δὲ φυσικὼ φιλοσόφω ἦσαν. *V.* In *Voss.* altero sic: Ἐκ Σάμου Πυθαγόρας. ἐξ Ἐφέσου Ἡράκλειτος. * ἐξ Ἀβδήρων. [καὶ ἄλλον] Δημόκριτον.

Ibid. Ἐκ Σάμου] Πυθαγόρας. *V.* alter.

38. Ἀβδηρόθεν] Ἐξ Ἀβδήρων. *G.*

48. Ἀμυδρὸν] Ἀφανὲς, σκοτεινόν. *V.*

* Ἐξ Ἀβδήρων] Hic omissum Δημόκριτον. *J. Cler.* quod in C. reperitur. Sed non vidit Editor deesse hic Ἀβδηρόθεν, cujus Scholium est ἐξ Ἀβδήρων. *M. du S.*

36. Ἑταίρους & μαθ.] Honestiores discipulos ἑταίρους vocari, vid. ap. Rev. *J. Elsn.* ad *Evang. Matth.* XXVI. 50. ubi & Judae ait Servator: ἑταῖρε ἐφ' ᾧ πάρει; sed hoc in vulgus notum. *J. F. B.*

37. Καὶ ἄλλον] Ephesius ille Heraclitus est, Abderitanus Democritus, quem & Milesium quidam tradidere. *V. Diog. Laërt.* In Scholiis impressis perturbatissima haec antea erant omnia. *M. du S.*

50. Ἀν-

& ut ipsi putabant, invicta, accendebatur: comtulae illae, & dubitabiles, & inexpectatae responsiones, & exitum non habentes labyrinthisque similes responsiones.

καὶ ἀθέατος σοφία, ἢ, ὡς αὐτοὶ ᾤοντο, ἀπρόσμαχος ἀνεφλέγετο, αἱ κομψαὶ, καὶ ἄποροι, καὶ ἄτοποι ἀποκρίσεις, καὶ δυσέξοδοι, καὶ λαβυρινθώδεις ἐρωτήσεις.

11. Deinde prohibiti ac reprehensi a meis sodalibus, indigne ferre & adversus illos coire, ac tandem in jus cogere, & eo dare, ubi cicutam biberent. Oportebat forte tum statim fugere, nec amplius illorum ferre consuetudinem. Jam vero Antisthenes & Diogenes, & paullo post Crates, & Menippus, hi, inquam, mihi persuasere ut paullum adhuc morae quasi corollarium adjicerem: quod utinam non feciſſem! Neque enim tot deinde mala subiissem.

Εἶτα κωλυόμενοι, καὶ ἐλεγχόμενοι πρὸς τῶν ἑταίρων τῶν ἐμῶν, ἠγανάκτουν, καὶ συνίσταντο ἐπ' αὐτούς, καὶ τέλος, δικαστηρίοις ὑπῆγον, καὶ παρεδίδοσαν τοῖς δημόταις τῷ κωνείῳ. ἐχρῆν μὲ οὖν ἴσως τότε φυγεῖν εὐθύς, καὶ μηκέτι ἀνέχεσθαι τὴν συνουσίαν αὐτῶν· νῦν δὲ Ἀντισθένης με, καὶ Διογένης, καὶ μὴν μικρὸν Κράτης, καὶ Μένιππος, οὗτοι ἔπεισαν ὀλίγον ὑπομεῖναι τὰ μονῆς· ὡς μὴ πόλε[a] ὄφελον· εἰ γὰρ ἂν τοσαῦτα ἐπεπόνθειν ὕστερον.

12. JUP. Nondum mihi dicis, Philosophia, quam injuriam passa sis, sed indignaris tantum. PHIL. Quin tu audi, Jupiter, quid sit. Impurum enim quoddam genus hominum, & plerumque servile atque mercenarium, non otiose nobiscum a pueritia inde versatum: servitutem enim serviit, aut mercede opus fecit, aut artes alias, quales cadunt in tales, didicit, cerdoniam, fabrilem, fulloniam, quae in lanis carpendis versatur, ut facilius deinde eae tractentur a feminis, sintque ad nendum & deducendum commodiores, quoties vel tramam illae torquere, vel nere licium volunt. Haec ergo isti puerili aetate meditati, neque nomen nostrum noverant. Cum vero ad virilem aetatem perveniissent, animadversa, quae meis sodalibus a multitudine ha-

ΖΕΥΣ. Οὐδέπω μοι λέγεις, ὦ Φιλοσοφία, τίνα ἠδίκησαι, ἀλλὰ ἀγανακτεῖς μόνον. ΦΙΛ. Καὶ μὴν ἄκουε, ὦ Ζεῦ, ἥλικα ἔστι· μιαρόν γέ τι φῦλον ἀνθρώπων, καὶ ὡς τὸ πολὺ δουλικὸν, καὶ θητικὸν, ὃ ξυγγενόμενον ἡμῖν ἐκ παίδων ὑπ' ἀσχολίας· ἐδούλευε γάρ, ἢ ἐθήτευεν, ἢ ἄλλας τέχνας, οἵας εἰκὸς τοὺς τοιούτους, ἐμάνθανε, σκυτεύειν, ἢ τεκταίνειν, ἢ χαλκεῖον, ἢ πλυνοὺς ἔχειν, ἢ ἔρια ξαίνειν, ὡς εὐεργὰ εἴη ταῖς γυναιξὶ, καὶ εὐμήρυλα, καὶ καλαγάγοιλο εὐμαρῶς, ὁπότε ἢ κρόκην ἐκεῖναι τρέφοιεν, ἢ μίτον κλώθοιεν. τοιαῦτα τοίνυν ἐν παισὶ μελετῶντες, οὐδὲ ὄνομα τὸ ἡμέτερον ᾔδεσαν. ἐπεὶ δὲ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἤρξαντο, καὶ κατεῖδον τὰ αἰδῶ, ὅση καὶ τῆς πολλῶν ὄχλου τοῖς ἑταίροις τοῖς ἐμοῖς,

a Ὤφελον] Sic esse in omnib. Edd. addit *Solan.*

53. Ἀπρόσμαχος] Ἀκαλαγάνις. *V.*

50. Ἀν. οἱ δὲ] Sic forte legendum: ἢ σκιὰν ἐνίους ἐθέντες, ὥστ' ἂν ἀκριβῶς. &c. vid. Codd. vett. *F.G.*

Ἀν. οἱ δὲ] Nihil varietatis in vett. libris invenio, nec desidero. οἱ δὲ enim non semel sic πλεονάζει vel ἐπινοίᾳ inservit. Vid. T. 2. *Asin.* c. 30. sub init. ὁ δὲ ὠδὴ κατῆλθεν. Et *Hermot.* c. 28. vs. 72. ὃς δέον — καθαπτεσθῶσαι, ὁ δὲ τὴν μήνυσιν ἔτριβε. *Herodian.* 2. c. 8. f. (Νίγρος) ἠμείλητο τοῖς τε Ἰλλυριεῦσι στρατεύμασι δίκην ἐπιφοιτῆσαι — ὁ δὲ ὠδὴ τῶν στρατιωτῶν τι αὐτοῖς ἐδόκει. *J.F.R.*

64. Ὤφελον] Ὄφελον *Th. Mag.* Nostrique ὡς ὄφελον *Amor.* c. 41. Et alii ubivis, item *Homer.* frequentissime, prima correpta, sive potestate interjectionis, sive augmento verbi ὀφείλω abjecto dicas, perinde erit; sed quia re vera est *aor.* 2. verbi ὀφείλω, nihil prohibet ὄφελον etiam scribere, & ita *Stephan.* T. 2. p. 1560. ex *Demosth.* παθόντων, ἃ μὴ ποτ' ὄφελον, aliaque ita scripta exhibet. Quare in vulgato Luciani nihil mutassim. *J.F.R.*

77. Ἐκεῖναι τρέφοιεν] *Filer de la trame au rouet.* *F.G.*

ἐμοῖς, καὶ ὡς ἀνέχονται οἱ ἄνθρωποι τῆς παῤῥησίας τοῦ αὐτοῦ, καὶ χαίρουσι θεραπευόμενοι, καὶ συμβουλεύουσι θεῖον, καὶ ἐπιτιμώντων ὑποπτήσσουσι, ταῦτα πάντα τυραννίδα καὶ μικρὰν ἡγοῦντο εἶναι.

betur, reverentia, & ut ſuſtinent homines illorum in dicendo fiduciam, & curari ſe gaudent, & conſulentibus obſequuntur, & reprehendentibus timide concedunt, regnum non parvum arbitrabantur eſſe haec omnia.

Τὸ μὲν δὴ μανθάνειν ὅσα τῇ τοιαύτῃ προαιρέσει πρόσφορα, μακρὸν ἦν· μᾶλλον δὲ κομιδῇ ἀδύνατον. αἱ τέχναι δὲ γλίχραι, καὶ σὺν πόνῳ, καὶ μόγις ἱκανὰ παρέχειν ἐδύναντο. ἐνίοις δὲ καὶ ἡ δουλεία βαρὺ, καὶ ὥσπερ ἔστιν, ἀφόρητον ἐφαίνετο. ἔδοξεν οὖν σκοπουμένοις, τὴν ὑστάτην ἀγκύραν, ἣν ἱερὰν οἱ ναυτιλλόμενοι φασὶ, καθιέναι· καὶ ὅπη τὴν βελτίστην ὑπόνοιαν [a] ὁρμίσαντες, ἔτι τε καὶ τόλμαν, καὶ ἀμαθίαν, καὶ ἀναισχυντίαν προσκαλέσαντες, αἵπερ αὐτοῖς μάλιστα συναγωνίζονται, καὶ λοιδορίας καινὰς ἐκμελετήσαντες, ὡς πρόχειροι εἶεν, καὶ ἀνὰ στόμα ταύτας μόνας ξυμβολὰς ἔχοντες. ὁρᾷς ὁποῖα πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδια; σχηματίζονται, καὶ μεταχοσμοῦσιν [b] αὐτὰς εὖ μάλα εἰκότως, καὶ πρὸς ἐμὲ οἷόν τι ἀμέλει ὁ Αἴσωπός φησι ποιῆσαι τὸν ἐν τῇ Κύμῃ ὄνον, ὃς λεοντῇ περιβαλλόμενος, καὶ τραχὺ ὀγκώμενος, ἠξίου λέων καὶ αὐτὸς εἶναι, καὶ πού τινες ἦσαν ἴσως οἱ πιστεύοντες αὐτῷ.

13. Ac diſcere quaecumque huic inſtituto vitae conveniunt, longum fuerit, aut potius plane illis negatum eſt. Artes parcae, & cum labore, & vix tamen vel ſic praeſtare quod ſatis eſſet, poterant. Quibusdam etiam grave ſervitutis onus, &, ut eſt, intolerabile viſum. Conſiderantibus ergo placuit ultimam ancoram, quam ſacram appellant nautae, demittere: firmantesque *navim* in praeclara illa amentia; advocatis inſuper audacia, inſcitia, atque impudentia, quae maxime hoc illis certamen adjuvant; novisque excogitatis conviciis, ut praeſto ſtatim & in ore ſint: has ergo ſymbolas ſolas cum habeant, (viden' qualia ad philoſophiam viatica?) figuram ſumunt ornatumque decentem, mihique quam ſimillimum: nimirum quale quid feciſſe ait Aeſopus illum Cumis aſinum, qui leonina circumpoſita aſperum rudens, leo & ipſe eſſe poſtulabat. Ac forte erant alicubi, qui fidem illi haberent.

Τὰ δ' ἡμέτερα πάνυ ῥᾴστα, ὡς οἶδα, καὶ ἐς μίμησιν πρόχειρα (τὰ προφανῆ λέγω) καὶ ἀπὸ πολλῆς τῆς πραγματείας δεῖ τριβώνιον περιβαλέσθαι, καὶ πήραν ἐξαρτήσασθαι, καὶ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχειν, καὶ βοᾶν, μᾶλλον δὲ ὀγκᾶσθαι, καὶ ὑλακτεῖν, καὶ λοιδορεῖσθαι ἅπασι. τὴν ἀσφάλειαν δ' αὐτοῖς τοῦ μηδὲν ὅπη τούτῳ παθεῖν, καὶ πρὸς τὸ σχῆμα αἰδῶς

14. Noſtra vero facilia omnino, ut noſti, & ad imitandum expedita; de manifeſtis illis dico: nec multum negotii eſt palliolo amiciri, & peram geſtare ſuſpenſam, & clavam in manu habere, & clamare, vel rudere potius aut latrare, & maledicere omnibus. Quippe ſecuritatem illis nihil ob eam rem patiendi ipſa habitus praeſtitura vi-

a Ὁρμίσαντες] Ex emendatione *Geſneri*. Ὁρμήσαντες vulgo. b Αὐτοὺς] Αὐτοὺς Edd. priores.

88. * Πρόσφορα] Πρόσφορα, χρήσιμα, οἰκεῖα, ἁρμόδια, ἐπιτήδεια. *V.*

* Πρόσφορα] Πρόφορα bis Edita, emendavit *Solan.* non addens anne idem error in V.

89. Γλίχραι] Ταπειναί. *V.*

89. Τέχναι δὲ γλίχραι] I. e. *tenues, jejunae, egenae.* *F.G.*

93. Ἀγκύραν ἱερὰν] Proverb. de quo in *Jove Tragoedo.* *J. B.*

96. Ἀμα-

videbatur reverentia : porro in promtu est invito etiam domino libertas, qui si asserere audeat, fusti percutiatur. Cibus autem non jam tenuis, neque ut ante nuda puls; opsonium non salsamentum aut thymus; sed carnes omnis generis, & vinum quodque suavissimum; & aurum a quocumque voluerint. Nempe tributum quoddam crebro accessu suo colligunt; vel, ut ipsi loquuntur, tondent oviculas, daturosque sperant plures, vel habitus pudore, vel metu ne male audiant.

[k] Τόδε] Sic Edd. & M. Τόνδε L. [l] Αὖτις] Bene *Bl.* 2. & M. Αὖθις male *Fl.* cum reliquis. [m] Ζωὸν] Ζωὸν cum puncto ſubſcr. W. Et mox ζωὰ eod. mod. [n] Στίψαντες] Στρίψαντες *Fl.* Vulgatum probat M. [o] Καταλειχθέντα] Et ſic *Fl.* cum cett. [p] Θνήσκουσι] Πίπτοντα θνήσκουσι Edd. vulgo praeter *Fl.* quae πίπτοντα cum Cod. W. omittit. [q] Ἐς πῆρην] Hoc recte exhibent *Bl. Fr. P. S.* & M. Ἐσπήρην junctim *Ald. F. H.* Ἐς πίελον *Fl.* male. [r] Κεῖνοι] Ita *Ald. Fl. P. H. S.* Niſi quod τὰ, κεῖνοι pleraeque. Ἐκεῖνοι minus recte *F. V2.* M.

mum ſuam aliquem recipit. Itaque τόδε πατρόθεν ſignificare puto, *quidquid eſt ex illa patria, quae ipſis aſſignata eſt.* *F. M. G.*

49. Στίζονται] Imo etiamnum mos ille ridiculus in illis regionibus obtinet. Omnes enim, qui terram ſanctam inviſunt Chriſtiani, ſtigmata referunt, hic ſervatoris in cruce pendentis, ille ſepulchri, alius alterius alicujus rei itidem ſacrae. Quae ſuperſtitio non ridicula tantum, ſed cum ſummo dolore conjuncta, quandoque etiam non ſine ipſius vitae periculo eſt. In balneis itaque aliquando videas, quorum corpora tota ſacris illis figuris cooperta ſunt; quoque plura ſtigmata gerunt, tanto ſanctiores habentur : ſancto enim titulo omnes decorant qui vel tantillum ridiculo iſto ſacro initiati ſunt ; ſed longe facilius corpori notae inuruntur, quam, quae vera ſanctitas eſt, animi maculae abſterguntur. *M. du S.*

Στίζονται] Ut ii qui hodie Hieroſolymam eunt. *M. V. La Croze.*

Ibid. Καρποὺς] De *carpis*, manuum partibus hic ſermonem eſſe, perſpicuum eſt ; ſed quia καρπὸς etiam *fructus*, deceptus eſt *Auguſtinus*, verba *Pſalmi* 128. 2. τοὺς πόνους τῶν καρπῶν σου φάγεσαι, reddens: *Labores fructuum tuorum manducabis*, quum ſit: *Labore manuum tuarum veſcitor*, bene obſervante *Gatakero*, in Cinn. p. m. 245. *F. F. R.*

54. Κεῖνοι] Bene, pro ἐκεῖνοι, v. ſupra, c. 16. *F. F. R.*

Ibid. Τῆσι παρθένοισι] Leg. *Jul. Pollux.* libr. 3. Demoſthenis Encomium quod ſequitur non eſſe Luciani, jam monui praefat. ad Lectorem: ſatis prodit ſtylus, attamen *Thomas Magiſter* ἐν ταῖς ἐκλογαῖς Ἀττίδος, in dictione ἐπιδρομὴ citat locum hujus encomii, ut Lucianeum. atque etiam quidam dubitarunt an tractatus de Dea Syria eſſet Luciani. *F. B.*

Τῆσι παρθένοισι, καὶ τοῖσι ἠθέοισι] Si ridere Ioniſmos in animo habuiſſet frequenter repetendo ingratas illas in σι terminationes, ſive perpetuos σι, σι, σι, ſibilos, potuiſſet & in hoc imitari *Herodotum* ſepties ita jun-

καὶ τοῖσι ἰθιθέοισι νόμον ἐποιήσαντο, μὴ [a] μὶν ἄλλως γάμον εἶναι, πρὶν Ἱππολύτῳ κόμας κείρασθαι· καὶ ὧδε ποιέουσι τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἱρῇ πόλῃ γίγνεται. οἱ μὲν νεηνίαι τὰ γενείων ἀπάρχονται· τοῖσι δὲ νέοισι πλοκάμους ἱροὺς ἐκ γενετῆς ἀπιᾶσι· τοὺς ἐπεὰν ἐν τῷ ἱρῷ γένωνται, τάμνουσί τε, καὶ ὃς ἄγγεα καλαθέντες, οἱ μὲν ἀργύρεα, πολλοὶ δὲ χρύσεα ἐν τῷ νηῷ, προσηλώσαντες ἀπίασι, ἐπιγράψαντες ἕκαστοι τὰ ἑωυτῶν. τοῦτο καὶ ἐγὼ ἔτι νέος ὢν, ἐπετέλεσα. καὶ ἔτι μοῦ ἐν τῷ ἱρῷ καὶ ὁ πλόκαμος, καὶ [b] τὸ οὔνομα.

gem posuere, ne aliter contrahant nuptias, quam comas Hippolyto posuerint. Idque ita faciunt. Hoc etiam fit Hierapoli. Juvenes mentorum ibi primitias ponunt. Submittunt autem adolescentibus sacros a nativitate inde cincinnos: quos in templo ipso defectos in vasculis deponunt alii quidem argenteis, multi vero aureis, iisque in templo fixis, inscripto suo quisque nomine, discedunt. Hoc ego etiam adolescens feci, estque adhuc in templo cincinnus pariter meus atque nomen.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

DEMOSTHENIS LAUDATIO.

ΛΥΚΙΝΟΣ ΚΑΙ ΘΕΡΣΑΓΟΡΑΣ.

LYCINUS ET THERSAGORAS.

ΒΑδίζοντί μοι κατὰ τὴν στοὰν, [c] τὴν ἐντεῦθεν ἐξιόντων ἐν δεξιᾷ, τὴν ἕκτης δεούσης

I *Nambulanti mihi in porticu, in sinistro exeuntium inde latere, sexto decimo, paullo an-*

a Μὶν] Μὰν Pell. b Τὸ οὔνομα] Ita Ionice W. Τοὔνομα Edd. Τ' οὔνομα Fl. c Τὴν] Τῶν adscript. marg. B1.

ΔΗΜ.] Οὗτος ὁ λόγος ἐνδεὴς τῆς τοῦ Λυκιανοῦ ἰδέας καὶ ἀγχινοίας. G.

jungentem p. 262. D. τούτοισι ἐν τοῖσι αὐτοῖσι τόποισι καλοικημένοισι εἰσὶ τοῖσι. Et p. 264. f. &c. *J.F.R.*

56. Γάμον εἶναι] Pro πρὸς vel εἰς γάμον. ut ἐλθόντας τὸ ἱρὸν, *Pausan.* p. 259. 9. Ed. *Fr.* referente *Maittair.* p. 74. Sic ἔρχεσθαι κλισίην, *Homero* familiare, recte observante *L. Bos* de Ell. p. 268. quod tamen in verbo ἰκάνω ei nondum concedo; nam cum ὃν μὲ ἰκάνω *Homerus* ait, & ἱκάνω *invado* significat, potest *quemcumque invadam* etiam sine ulla ellipsi exponi. *J.F.R.*

58. Πόλει] Qui delicias Ionicas amat, πόλι scriberet; ita enim ablat. sive dativ. formatur *Herodot.* Vid. L. VI. 383. A. (Ed. *Steph.*) item 389. A. & IX. 589. B. &c. aut saltem πόλιι corrigeret. Sed quia πόλει perpetuo in hoc Dial. ut c. 1. 10. 13. 21. ac 22. &c. nihil mutavi, etsi scribarum vitium puto. *J.F.R.*

59. Τοῖσι δὲ νέοισι] Mallem αἱ δὲ παρθένοι, vel quod ad scripturam magis accedit, τῇσι δὲ παρθένοισι, nam de *Virginibus* antea dixerat; nisi mox a se id praestitum narraret. Vid. *Theophr.* Char. 21. *M. du S.*

ΔΗΜΟΣΘΕΝ. ΕΓΚ.] Stylus hujus libelli a Luciani lepore, gratia & perspicuitate longe abest; Sophistamque potius olere videtur. *Kust.* Luciani si genuinus foetus censendus hic libellus, a juniore scriptum esse, & ante XXX. aetatis annum crediderim. Sed supposititius est. Vid. notas ad c. 24. *NB.* Edidit cum notis in suo Demosthene *Wolfius.* *M. du S.*

ΔΗΜ. ΕΓΚ.] Esse non videtur Luciani, sed alicujus Lucianum κακοζηλοῦντος. *Th.M.*

ΔΗΜ. ΕΓΚ.] Si Lucianus auctor est hujus libelli, quod in neutram partem facile confici posse arbitror; prior pars Satirica esse videtur, in laudatores ineptos, magno conatu magnas nugas vel poëticas vel solutae orationis agentes. Altera pars autem, quae ex Macedonicis depromta commentariis fingitur, digna Luciano, & maximo quovis ingenio. Hinc tumidum illud & plus fere quam Sophisticum dicendi genus, quod movit *Marcilium*, ut Luciani esse negaret, itemque quod *Aristotelis*, *Xenocratis*, *Theophrasti*, condiscipulorum forte suorum, auditor fuisse dicitur Demosthenes; haec, inquam, non imputanda sunt auctori, non magis, quam quae in aliis id genus libellis ex alia persona dicuntur. Quin veniam etiam ab aequis lectoribus spero, si interpretatio nostra quibusdam locis parum candida & facilis videatur, quippe quae, quantum ejus fieri potest, etiam dictionem & formam exempli sui referre debeat. *J.M.G.*

ΔΗΜ. ΕΓΚ.] Διατριβὴ indigna Luciano, scripta Alexandriae. Vid. c. 8. 9. 24. 25. &c. Ad stilum *Plutarchi* mihi valde accedere videtur. *M.V. La Croze.*

ΔΗΜ. ΕΓΚ.] Communi doctorum consensu non cre-

ante meridiem, obviam fit Therſagoras. Forte quidam veſtrûm hominem noverint. Parvus eſt, vulturino naſo, ſubalbidus, habitu virili. Igitur accedentem adhuc conſpicatus, Heus, *inquam*, Therſagora Poëta, quorſum ergo, & unde? THERS. Domo, inquit, huc. LYC. Utrum, *inquam*, ambulaturus? THERS. Scilicet, *inquit*, & illo opus habeo. Cum enim intempeſta nocte ſurrexiſſem, viſum eſt natalem Homeri poëtices quibusdam primitiis honorare. LYC. Praeclare tu quidem, *inquam*, qui iſta educationis nutritionisque illi praemia ſolvas. THERS. Inde igitur, *inquit*, cum incepiſſem, imprudens ad hoc meridiei usque delapſus ſum. Quod ergo dixi, opus mihi eſt ambulato.

δέκα, σμικρὸν πρὸ μεσημβρίας, Θερσαγόρας τυγχάνει. τάχα τινὲς αὐτὸν ὑμῶν ἑώρακασιν. σμικρός τίς ἐστι, γυπὸς, ὑπόλευκος, ἀνδρικὸς τὴν φύσιν. ἰδὼν οὖν αὐτὸν ἔτι προσιόντα, Θερσαγόρας, ἔφην, ὁ ποιητὴς, ποῖ δὴ, καὶ πόθεν; ΘΕΡΣ. Οἴκοθεν, ἦ δ' ὅς, ἐνταῦθα. ΛΥΚ. Πότερον δ' ἢ δ' ὃς ἐγὼ, περιπατήσων; ΘΕΡΣ. Ἀμέλει μὰ, ἔφη, καὶ τούτου δέομαι· ἀωρὶ γὰρ τῆς νυκτὸς ἐξαναστὰς, ἔδοξέ μοι χρῆναι τοῖς Ὁμήρου γενεθλίοις τὰ ποιητικῆς ἀπάρξασθαι. ΛΥΚ. Καλῶς γε σὺ ποιῶν, ἔφην, καὶ τὰ τροφεῖα τῆς παιδεύσεως ἐκείνῳ τίνων. ΘΕΡΣ. Ἐκεῖθεν οὖν ἐξελαμβάνομαι, ἦ δ' ὅς, ἔλαθον ἐμαυτὸν, εἰς τοῦτο τῆς μεσημβρίας ἐκπεσών. ὅπερ οὖν, ἔφην, δεῖ μοι καὶ τοῦ περιπάτου.

2. Verum multo prius, ait, precibus adoraturus iſtum venio, *manu autem monſtrabat Homerum: nempe noſtis illum ad dex-*

Πολὺ μᾶλλον πρότερον, ἔφη, προσευξόμενος τουτονὶ δέομαι ἥκω, τῇ χειρὶ τὸν Ὅμηρον ὑποδείξας. ἵστε δήπου τὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ τοῦ Πτο-

d Γάρ του] Omittit γάρ του *Th. Mag.* V. ἀωρί. Τοῦτου Πτολεμαίε *Graev.* Cod.

e Ἔδοξε] Ἔδοξα marg. B1. male. *f* Τοῦ τοῦ Πτολεμαίου] Τοῦ Πτολεμαίου *Graev.* Cod.

10. Ἀμέλει μὰ] Ἀντὶ τοῦ πάντως. V.

20. Πολὺ μᾶλλον πρότερον] Ἡ πλεονάζουσα φράσις αὕτη συνήθης Ἀττικοῖς, καὶ ποτὲ μὲν, ὡς λὸ πρώτου προσόντα δηλωτικῶς, ποτὲ δὲ, ὡς λὸ τρίτου ἀφηγηματικῶς, ὅπερ πολὺ ᾠδοῖ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ ἐστὶ γοῦν. V.

creditur ab Luciano compoſitum; & revera ſtylus adfectatione plenus & rudis valde differens a Luciani charactere juſtam dat ſuſpicionis cauſſam &c. Vid. Miſc. Obſ. Maji & Jun. 1733. p. 368. Nomina perſonar. Graecis addidi, quae *Geſn.* verſioni inſeruerat. *J. F. R.*

1. Βαδίζοντά μοι] Luciani non videtur. *F. G.*

2. Ἕκτῃ ἱστα δίκα] Eo die menſis Pyanepſionis obiiſſe Demoſthenem, auctor eſt *Plut.* ſub fin. ejus vitae p. 1576, 2. V. *Dem.* 164, 1. *M. du S.*

Ibid. Τῆς ἕκτης ἱστα δίκα] Cum menſem non nominet, nihil inde de natali die vel *Homeri* vel Demoſthenis colligas. Et luſit, credo, auctor in hoc etiam, quod natalem inducit celebrantes poëtae & oratoris maximi, cum de neutro aliquid conſtaret. *J. M. G.*

3. Θερσαγόρας] Quis hic ſit neſcio. Poëtam fuiſſe mox audies. Ad nos aliunde ejus fama non pervenit. *M. du S.*

7. Θερσαγόρας] Adjecerat Cl. *Hemſt.* videndum *L. Evs* ad *Euang. Luc.* XVIII. 13. ubi cum itidem nominativus legatur, ὁ Θεὸς, ἱλάσθητί μοι, poſt exempla alia etiam hoc Luciani adfert, addens: „ Neque tamen Atticiſmum hunc animadvertit Luciani Interpres h. l. quando reddidit: *Hic Therſagoras poëta eſt.* „ Debebat: *Therſagora poëta, quonam, & unde?* At Cl. *Geſn.* vel ſine hac admonitione priſtinum errorem jam correxit. Conf. *Bis Accuſ.* c. 20. f. & 33. pr. Adde, ſi vis, *Aeſop.* F. 129. f. τὸν ἰδιώτην, φιλῶ; *J. F. R.*

13. Ὁμήρου γενεθλίοις] A quo oraculo edocti natalitia *Homeri*, & quando celebrari coepta ſint, alii doceant. *M. du S.*

18. Ὅπερ οὖν ἔφην. δεῖ μοί μοι καὶ τοῦ περιπάτου] *Salmurienſis* interpres accipit, ac ſi mutetur perſona, & quum antea loquutus fuerit Therſagoras, nunc incipiat Lucianus: unde voculam καὶ hic praecipue efficacem omittit in verſione, quam vides eſſe: *Ego vero, ut dixi, deambulatione opus habeo.* Hanc ſententiam admiſit ab *Melanchthone*, qui prorſus eodem modo *Tum ego: Et mihi opus eſt deambulatione.* Sed profecto non ita eſt, & continuatur perſona Therſagorae, qui quum ante jam dixerat de ambulando καὶ τούτου δέομαι, id nunc repetit dicens, *Quod igitur dicebam, etiam deambulatione quidem opus habeo; multo autem prius, ejebat, venio hunc ſalutare optans.* *J. G.*

22. Ἵστε δήπου] Vid. *Plut.* 1557, 1. Erat etiam in

Πτολεμαίων νεὼ, τ̃ καθειμῶν τὰς κόμας. προσερῶν τε ἓν αὐτὸν ἀφικόμην, ἔφη, καὶ προσευξόμενος ἀφθόνων μελαδιδόναι τ̃ ἐπῶν. ΛΥΚ. Εἴ γ', ἔφην, ἐν εὐχαῖς τὰ πράγματα εἴη. πάλαι γάρ τοι κ̀ αὐτὸς ἐνοχλεῖν μοι δοκῶ τ̃ [a] Δημοσθένην, ὀπιχυσῆσαί τι πρὸς τ̃ αὑτῷ γενέθλιον. εἰ οὖν ἡμῖν ἐπαρκέσοι τὸ εὔχεσθαι, συμβωλοίμην ἄν σοι. κοινὸν γ' ἡμῖν τὸ Ἕρμαιον. ΘΕΡΣ. Ἐγὼ μὲν, ἔφη, κ̀ τῶν νύκτωρ τε κ̀ τήμερον πεποιημένων, δοκῶ μοι τ̃ [b] εὐροίας τ̃ Ὁμήρου ἐπιγράψασθαι. θείως γάρ πως κ̀ μανικῶς εἰς τ̃ ποίησιν ἐξεβακχεύθην· κρινεῖς δ' αὐτός. ὀπίτηδες γάρ τοι τυτὶ τὸ [c] γραμματεῖον ᾠηγόμην, εἰ ἄρα τῳ σχολὴν ἄγοντι τ̃ ἑταίρων ᾠειτύχοιμι. δοκεῖς οὖν μοι ἐν καλῷ σὺ τ̃ σχολῆς εἶναι.

tram aedis Ptolemaeorum, illum demissis comis. Hunc ergo adoraturus veni, *inquit*, & rogaturus, ut copiosa mihi carmina impertiat. LYC. Si quidem, *inquam*, in precibus ipsae res ineſſent, olim sane Demoſtheni negotium faceſſiturus mihi videor, ut ad ſuum mihi natalem *obeundum* opis aliquid conferat. Quare ſi precari ſatis eſſet, ſocium me tibi adjungerem: commune nobis munus *contingeret*. THERS. Equidem, *inquit*, eorum, quae vel nocte vel interdiu feci, adfluentem facile ubertatem ad Homerum auctorem jure referre mihi videor. Divinitus enim quodammodo, & vatis inſtar velut Bacchico inſtinctu ad carmen incitatus ſum. Judicabis ipſe. Conſulto enim hunc libellum mecum detuli, ſi forte in ſodalium aliquem otioſum inciderem. Videris ergo mihi pulchre otium habere.

ΛΥΚ. Μακάριος γ' εἶ, ἦν δ' ἐγὼ, κ̀ 3. LYC. Nempe tu beatus es, *inquam*, idem-

a Δημοσθένην] Nihil variare Edd. notat *Solan.* b Εὐροίας] Sic *Fl.* & ex ea marg. *A1.* Εὐρροίας *Ald. 2.* Εὐνοίας cett. quod rejecimus. c Γραμματεῖον] Γραμματίον *Fl.*

31. Ἕρμαιον] Ἕρμαιον λέγεται τὸ εὕρημα. παράγεται δὲ ἀπὸ τ̃ Ἑρμῆς, Ἑρμαῖον ὁ Ἕρμαιον. εἰ γὰρ παλαιοὶ τ̃ Ἑρμῆν ὡς ἔφορον τ̃ ὁδῶν ᾠῆσαν τὰς ὁδοὺς ἔχραφον. ὥστε κ̀ εἴ τι εὑρισκόν τινες ἐν ταῖς ὁδοῖς τὰς αἰτίας (1) τῷ Ἑρμῇ ἀνετίθεσαν, κ̀ ἀπὸ τ̃ Ἑρμοῦ (2) παρωνόμαζον Ἑρμαῖον κ̀ Ἕρμαιον. *V.*

(1) Τῷ Ἑρμῇ] Ex C. hoc inſertum. Aberat ab V.

(2) Παρωνόμαζον] Παρωνομάζοντ Edita. Emendavit *M. du S.*

Ceramico ſtatua intra urbem, quam a Polyeucto factam tradit *Plut.* in ejus vita. *Meurſ.* Ath. Att. 23. AG. IV. 974. *M. du S.*

Ibid. Τὸν ἐν δεξιᾷ τ̃ τ̃ Πτολεμαίων νεὼ] *Hunc in templo Ptolemaei ad dextram collocatum eſſe.* Mſſ. τοῦτον Πτολεμαίου νεώ. lego. Τὸν ἐν δεξιᾷ τ̃ Πτολεμαίου νεὼ, ut & legiſſe videntur interpretes. Ptolemaeus autem Philopator Homero templum dedicavit, ut auctor eſt *Aelianus* Var. Hiſt. XIII, 22. *J.G.G.*

Ibid. Τ̃ τ̃ Πτολεμαίων νεὼ] Templi Homero a Philopatore Ptolemaeo ſtructi mentio eſt apud *Aelian.* V. H. 13, 22. quod Alexandreae collocat, neſcio quam bene, *Marshamus* in Can. Chron. p. 441. An illud idem templum hic ſignari dicemus, & ſcenam dialogi eſſe in Aegypti Alexandrea? Nolim ſane hoc ſolo argumento: cum praeſertim *Ptolemaei Gymnaſium* in ipſis Athenis Atticis inveniam. *Pauſan.* l. I. p. 29, 31. *J.M.G.*

Ibid. Τῶν Πτολεμαίων νεὼν, τ̃ καθειμῶν τὰς κόμας] Homerus comatus. *F.G.*

28. Δημοσθένην] *Solanus* non ſemel dubitaſſe videtur Δημοσθένη an Δημοσθένῳ rectius ederet. In paradigmatibus quidem grammaticis accuſativus formatur Δημοσθένη. Sed ſaepius apud Noſtrum Δημοσθένῳ: ut ſupra bis ter vidimus, ac mox rurſus. Et ſic ap. *Aeſchin.* frequentius accuſat. in ν terminatur quam in ν. Vid. ejus Orat. contra Creſiphontem p. 420. D. Edit. *Pariſ.* Et 437. A. & D. Item 436. B. & E. 438. A. &c. Et ipſum *Demoſth. de Corona* p. 481. D. Δημοσθένη tamen ibid. p. 451. B. & 467. B. Conf. quae Tom. I. ad Scholiaſt. dixi. Item T. II. p. 280. v. Ἀρη. Rurſus quae ad Scholiaſt. Eunuch. Schol. 5. ubi Ἀριστοτέλη quoque *Laërtio* uſitatius eſſe quam Ἀριστοτέλῃ, notavi, etſi Διογένη, Σωκράτη & ſimilia occurrunt ibidem. Ἀριστοφάνῃ vero *Bis Accuſ.* c. 33. ubi *Fl.* tamen Ἀριστοφάνη. Sed quid tricamur in iis quae utrovis more formantur? Notavimus tamen, ut alii editores deinde non nimis ſolliciti ſint in hoc nominum genere. *J.F.R.*

30. Συμβωλοίμῳ ἄν σοι] Legendum puto συμβαλοίμην. Certe hoc interpretatus ſum. *J.M.G.*

33. Τῆς εὐροίας τ̃ Ὁμήρου ἐπιγρ.] Sic omnino legendum ex *Aldina* editione, quamquam vitioſe ibi εὐρρείας. Homero ſe debere ait, quod ſponte ſua carmen numeros veniſſet ad aptos, & flumen quaſi bonorum verſuum licuiſſet effundere. *J.M.G.*

37. Εἰ

idemque tibi usu venit, quod ei qui curriculo vicerat, qui jam pulvere abluto, & reliquo se spectaculo oblectans, fabellas habere cum palaestrita cogitabat, quo tempore jam jam vocandi *ad certamen* luctatores videbantur: at ille, *Verum*, inquit, *in carceribus non haberes fabulas.* Sic tu mihi videris poëtici curriculi victor, illudere homini fortunam arenae vehementer extimescenti. THERS. Iste ridens, Nempe, *inquit*, tanquam difficile quiddam acturo.

4. LYC. Forte enim, *inquam*, minoris tibi Demosthenes, quam ut comparari cum Homero possit, esse orationis *argumentum* videtur. Itaque multum tibi places Homero laudato: mihi vero Demosthenes *laudandus* parvum quiddam & nihil est. THERS. Calumniaris, *inquit:* nolim ego in contentionem vocare heroas, etsi magis

τέτονθας τὸ τῦ δόλιχον νενικηκότ, ὃς ἤδη λελυμμ τ κόνιν, καὶ τὸ λοιπὸν τ θέας ψυχαγωγ μυθολογεῖν πρὸς τ παλαιστὴν διενοεῖτο, [d] ἐπίδοξον κληθησεαζ τ πάλης ὄσης. ὁ δ', Ἀλλ' ἐπὶ τ βαλβίδ οὐκ ἂν ἐμυθολόγεις, ἔφη· καὶ σὺ δή μοι δοκεῖς νενικηκὼς τ δόλιχον τ ἐπῶν, ἐντρυφᾶν ἀνδρὶ μάλα δὴ κατορρωδοῦντι τ τῦ σταδίυ τύχην. ΘΕΡΣ. Καὶ ὃς γελάσας, Ὡς δή [e] σοι τί τ̃ῆ̃ς ἀπόρων εἶπεν ἐργασόμεν.

ΛΥΚ. Ἴσως γ̃ῶ, ἔφην, ὁ Δημοσθένης ἐλάττον ἢ καθ' Ὅμηρον εἶναί σοι λόγυ καλαφαίνε· καὶ σὺ μ̃ὶ μέγα φρονεῖς, Ὅμηρον ἐπαινέσας· ἐμοὶ δὲ ὁ Δημοσθένης σμικρὸν, καὶ τὸ μηδέν; ΘΕΡΣ. Συκοφαντεῖς, ἔφη. Ἀγανασιάσαιμι δ' οὐκ ἂν τὺς ἥρως, εἰ

[d] Ἐπίδοξον] Rescriptum ex ἐπιδόξου. Ἐπιδόξου Edd. [e] Σοι] Σὺ L. & Fl. Vulgatum tenent cett.

41. Τῦ τ δόλιχον] Δύνατας καὶ, τῦ τ δόλιχον νενικηκότ, (3) καὶ τὸ τ δόλιχον νενικηκότ. ἀλλ' ἐπεὶ τὴν ὠκυτότητα τ ἅρμασιν ὑποτέλλεαζ εἰώθασιν Ἀττικοὶ, ἓν τ δύο ἀνάγκη παρελεῖαζ, σωσπακούεται γ̃ὰ τὸ λοιπόν. εἰ μ̃ὲ γὰρ τὸ τῦ εἶη, λείπει τὸ τὸν, καὶ ἔσαι ἄτως, καὶ πέπονθας τὸ τῦ νενικηκότ (4) τ δόλιχον, σωσπακούεται γ̃ὰ τὸ τὸ, ὃ καὶ φαυλότερον. εἰ (5) δὲ τὸ τ δόλιχον εἶη, (6) ἐλλείψει τὸ τ γενικῆς ἅρμα σωσπακούμενον ἄτως, καὶ πέπονθας τὸ (7) τῦ νενικηκότ τ δόλιχον. ἐγκριτώτερον δ' ἔσαι τοῦτο τῦ πρότερον, καθότι φίλον Ἀθηναίοις τ ἅρμα ἐλλιπεσέρας τὰς πτώσεις προφέρεσθαι, αὐτοὶ γ̃ὰ ἀφικόμενοι φασὶ πρὸς βασιλέα, καὶ προσῆλθε βασιλεῖ. V.

Ibid. Δόλιχον] Δόλιχ ὄνομα δρόμυ ὅσπερ ἐσὶν (8) ὀκτὼ σάδια. (9) ἐνταῦθ' Ὁμήρ συγκρίνει Δημοσθένη. καὶ δείκνυσιν μεγίσην εἰς (10) ῥήτορα χάριν, καὶ τ βίον δὲ σεμνύνει Δημοσθένης, ὃν λέξει τοὺς ἐπαίνυς εἰσφέρων. V.

43. Ψυχαγωγούμ] Παραμυθούμ, τέρπων. V.

48. Κατορρωδοῦντι] Φοβουμένῳ. V.

(3) Καὶ τὸ τὸν δόλιχον νενικηκότ] Quinque haec absunt in C.

(4) Τὸν δόλ.] Δὲ τὸν δόλιχον V. Absunt hic δὲ τὸν in C. Sed eadem mox post *si* recte inserunt δὲ τὸ, quod in V. ibi deerat. *M. du S.*

(5) Δὲ τὸ] Admisi ex C. cum abesset in V. *J. F. R.*

(6) Ἐλλείψει] Ἐλλείπει Edita. Emendavit *M. du S.*

(7) Τὸ τὸ] Τὸ αὐτὸ τῦ C.

(8) Ὀκτὼ] C. η'. quod ad verum propius accedit. *M. du S.*

(9) Ἐνταῦθ' Ὁμήρ] Confusa haec in V. ad vera sua verba retulimus. Carmine autem, ut & alibi factitavit, argumentum Libelli exequitur. *M. du S.* Id est ad sequentia capitis quinti verba, καὶ χαίρω retulit, ubi igitur eadem repetiit. *J. F. R.*

(10) Ῥήτορα] Ῥήτορας edita, & mox male σεμνύει. Mutavit *M. du S.*

37. Εἰ ἄρα τω] Ἐγκλιτικῶς & Attice τ̃ῳ pro τινὶ, ut infinita magis sit oratio. *J. M. G.*

40. Καὶ πέπονθας τὸ τῦ τ δόλιχον νενικηκότ] Vertitur: *cui idem accidit ac illi, qui dolicho victoriam est adeptus.* Cur non? *cui idem accidit ac illi, qui in stadio vicit.* Sic enim Latini loquuntur, qui ignorant vocem *dolichum.* Sic & statim καὶ σὺ δή μοι δοκεῖς νενικηκὼς τ δόλιχον τ ἐπῶν, inepte vertitur, *& tu certe mihi videris verborum dolicho devictus*, cum sit vertendum, *& tu mihi videris in carminum stadio vicisse.* *J. G. G.*

44. Ἐπίδοξον κληθ.] Barbare prorsus antea legebatur ἐπιδόξυ. L. Codex hanc scripturam suppeditavit, ex qua sensus jam aliquis erui potest, ex vulgata nullus. *M. du S.*

50. Ὡς δή σοι] Δή τοι forsan. *F. G.*

Ὡς δή σοι] Haec etiam impeditiora. L. quidem & Fl. σὺ, sed ne sic quidem satis explicita. *M. du S.*

Ὡς δή σοι — ἐργασαμένῳ] Sic legendum arbitror, ut pendeat ab κατορρωδοῦντι. *J. M. G.*

55. Σμικρὸν] Euphoniae causa legerem μικρόν. *J. F. R.*

εἰ χ' [a] πλείων εἰμὶ τ' γνώμην πρὸς Ὁμήρου τετάχθαι. ΛΥΚ. Εὖγε, εἶπον, ἐμὲ δ' οὐκ ἂν [b] νομίζοις πρὸς τῶ Δημοσθένους; Ἀλλ' ἐπεί γε μὴ ταύτῃ τ' λόγον ἀτιμάζεις χ' τ' ὑποθέσιν, δῆλον ὡς τ' ποιητικὴν ἔργον ἡγῇ μόνον, τὰς δὲ ῥητορικὰς λόγους καταφρονεῖς ἀτεχνῶς, οἷον ἱππεὺς παρὰ πεζὰς ἐλαύνων. ΘΕΡΣ. Μὴ μανείην, ἔφη, ταῦτά γε, κἂν εἰ πολλῆς δεῖ τ' μανίας ἐπὶ τὰς ποιητικὰς ἰέναι θύρας. ΛΥΚ. Δεῖ γάρ τοι χ' τοῖς καταλογάδην, ἔφη, ἐνθέου τινὸς ἐπιπνοίας, εἰ μέλλουσι μὴ ταπεινοὶ φανεῖσθαι, καὶ φύλης φροντίδος. ΘΕΡΣ. Οἶδά τοι, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, καὶ χαίρω πολλάκις, ἄλλων τε δὴ λογοποιῶν, χ' τὰ Δημοσθένους ἐγγὺς τ' Ὁμήρου τιθείς. οἷον λέγω τ' σφοδρότητα, χ' ποικιλίαν, χ' τ' ἐνθουσιασμόν. χ' τὸ μὴ οἰνοβαρές, πρὸς τὰς

fert animus ab Homero ſtare. LYC. Euge, inquam: me vero non putas *ſtare malle* a Demoſthene?

5. Sed quando non hac parte orationem noſtram ſpernis, ob argumentum; apparet nimirum, ſolam te poëticen opus putare, oratoria vero opera contemnere ſimpliciter, equitis inſtar pedites praetervehentis. THERS. Abſit ut eo usque, *inquit*, inſaniam, licet multo ſane furore opus eſt ad poëticas fores accedentibus. LYC. Quippe ſolutae etiam orationis ſcriptoribus, *inquam*, divino quodam afflatu opus eſt, ſi velint non humiles videri, & cura exili. THERS. Novi ſane, *inquit*, & ſaepe juvat cum ſcriptorum ſolutae orationis aliorum tum Demoſthenis, vehementiam verbi cauſſa, amaritudinem, & divinum illum inſtinctum, cum *iisdem* Homeri *virtutibus* contendere; & illud *Vicit mero*.. conferre cum *ebrietatibus*

[a] Πλείων] Πλέον *Fl.* [b] Νομίζοις] Νομίζεις *Fl.*

58. Πρὸς Ὁμήρου] Πρὸς pro ὑπὲρ Antiqui utuntur. Exempla ex Demoſthene addita in Urbano. Πρὸς Ὁμήρου. πρὸς τῶ Δημοσθένους τετάχθαι. *G.*

71. Καὶ χαίρω] Ἐνταῦθ' Ὁμήρου συγκρίνει Δημοσθένην, καὶ δείκνυσι μυγίστην εἰς ῥήτορα χάριν, καὶ τ' βίαν δὲ στρατόπεδα Δημοσθένους, ὡς ἀφαλέζει τοὺς ἐπαίνους αὐτοῦ. *V.*

75. Ἐνθουσιασμὸν] Ἐνθουσιασμὸν λέγουσι, ὅταν ἡ ψυχὴ ἐλλάμπηται ὑπὸ τῆ θεοῦ. *V.*

58. Πλείων εἰμὶ] Ut ſupra ſaepe vidimus ἄλλῳ εἰμὶ, *totus ſum in eo*; ita hic *potior ſum*, pro, *magis eo inclino*, uſurpat. *J.F.R.*

Ibid. Πρὸς Ὁμήρου] Πρὸς pro ὑπὲρ ait Scholiaſtes recentior, (ut qui etiam Urbanum Grammaticum adlegat) quod non plane falſum; nempe quantum ὑπὲρ vim valet *pro*, quo ſenſu Oratoribus eſt frequens. Conf. ſupra T. I. *Deor. Dial.* XX. §. 3. τοῦτο μὲ ἔπαυε ἀγωνιῶντ' πρὸς ἐμοῦ λέγοντα, quod adcuratius Cl. *Hemſterh.* reddit, *ea me mea narrata*, ac Scholiaſten *Ariſtoph.* leviter reprehendit. Quia πρὸς τινὸς λέγειν proprie eſt, *ab aliquo dicere*, ut *ab aliquo ſtare*, i. e. *a partibus* alicujus. Ita & hic τετάχθαι γνώμην πρὸς Ὁμήρου, erit: ſententiam meam adjungere partibus Homeri: metaphorice, copias meas adſcribam ordinibus Homeri. *J.F.R.*

60. Πρὸς τῶ Δημοσθένους] Subaudi τετάχθαι. *F.G.*

61. Ἐπεί γε μὴ] An μὴν; *F.G.*

62. Κατὰ] Forſan χ'. *F.G.*

75. Οἰνοβαρὲς] *Hom.* Il. A. 225. *M. du S.*

76. Φιλίππου μέθης] *Demoſth.* Ol. II. p. m. 16. C. οὐ δὴ τῆς σώφρων ἢ δίκαιος ἄνθρωπος, τὴν καθ' ἡμέραν ἀπραξίαν τῶ βίου, χ' μέθην, χ' κραιπαλωδίας χ' ἐν ἡδοναῖς εἶναι μέρος τ' τοιούτου. *M. du S.*

Φιλίππου μέθης] Reſpicit ad Olynth. 2. p. 23. E. (edit. *Wolf.* 1604. f.) ubi τὴν καθ' ἡμέραν ἀπραξίαν τῶ βίου χ' μέθην, χ' κραιπαλισμοὺς conjungit. Ibi *Ulpian.* Κραιπαλισμοὺς ἐκ τοῦ ἐρχήσεως αἰσχρᾶς χ' ἀπρεπεῖς. *J.M.G.*

77. Εἷς οἰωνὸς ἄριστ'] *Hom.* Il. M. 243. Εἷς οἰωνὸς ἄριστ' ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Idem Od. 496. — ἕν οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης τεθνάμεναι. *M. du S.*

78. Δεῖ γὰρ τοὺς] Locus exſtat in Or. *pro Cor.* p. m. 162. A. quem ob praeſtantiam mox integrum exhibebimus ad πίρας μὲ &c. *M. du S.*

Δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς] Pro *Coron.* c. 28. Δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲ ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προαιρεμένους ἐλπίδα· φέρειν δ' ὅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῶ γενέσθαι. *J.M.G.*

80. Ἧκε μίγ'] *Hom.* Il. H. 125. *M. du S.*

82. Πηλίκον] Perlectis *Ol. Phil.* que & aliis multis, haec verba apud *Demoſth.* nondum reperire valeo. *Liv.* XXI. 53. *Quantum ingemiſcant, inquit Sempronius, patres noſtri, circa moenia Carthaginis bellare ſoliti, ſi videant nos, progeniem ſuam, duos conſules, conſulareſque exercitus, in media Italia paventes intra caſtra?* *M. du S.*

Πηλίκον ποτὲ στυγεῖ.] Orat. contra *Ariſtocr.* p. 759. med. Πηλίκον ποτὲ στυγεῖται ἂν οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι, οἱ ὑπὲρ δόξης θ' ἐλευθερίας τελευτήσαντες, χ' πολλῶν θ' καλῶν ἔργων ὑπομνήματα καταλελοιπότες, εἰ ἄρα αἰσθάνοιντο, ὅτι νῦν ὑ πόλις εἰς ὑπερῴαν χῆμα θ' τάξιν προελήλυθε. *J.M.G.*

84. Ῥίψατε πέλεκυν] *Dem.* Or. pro cor. c. 43. p. m. 172.

bus Philippi & saltationibus & lascivia: istud vero, *Auspicium felix unum . . .* cum illo, *Oportet enim bonos viros spe bona subnixos . . .* & illud:

Heu multum ploret Peleus, agitator equorum, cum isto:

Quantos tandem gemitus edant illi viri, qui pro gloria & libertate mortem oppetivere? Confero autem etiam profluentem illum Pythonem, cum Ulyssis verborum nivibus: atque illud:

Si liceat, senio procul, immortalibus esse, ad illud:

Extremum enim omnibus hominibus vitae mors est, etiam si in cavea quis conclusum se servet: & sexcenties illis contigit, ut in eadem cogitata incurrerent.

Φιλίππῳ μέθας, καὶ χορδακισμούς, καὶ τ' ἀσέλγειαν· τὸ δ', Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, πρὸς τὸ, Δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, τὰς ἀγαθὰς ἐνθυμήσεις ἐλπίδας· καὶ τὸ·

Ἦκε μέγ' οἰμώξειε γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς, πρὸς τὸ·

Πηλίκον ποτὲ στενάξαιεν ἂν οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι, οἱ ὑπὲρ δόξης καὶ ἐλευθερίας τελευτήσαντες. παραβάλλω δὲ καὶ τ' ῥέοντα Πύθωνα, πρὸς τὰς Ὀδυσσέως νιφάδας τῶν λόγων, καὶ τὸ·

Εἰ μὲν μέλλομεν ἀγήρω' ἀθανάτω τε [a] Ἔσεσθαι, πρὸς τὸ·

Πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. καὶ [b] μυρίαι γεγόνασιν αὐθις αὐτοῖς ὁπὸ ταυτὸν τῆς γνώμης ὁδοιπορίαι.

[a] Ἔσεσθαι] Deest in *Fl.* [b] Μυρίαι] Bene *J. Fl. Fr. P.* &c. Κορίαι male *Th. Mag.* v. ἐπιδρομὴ.

76. Κορδακισμοὺς] Κορδακισμοὺς ὁ αἰχρὸς τῶν • μίμων ψόφους. *V.*

• Μίμων] Sic scripsi, erat enim μύων nullo sensu, cum *Hesychius* nos doceat Κορδακισμοὺς esse τὰ τῶν μίμων γελοῖα καὶ παίγνια. *J. Cler.* Scripsisse videtur μίων. *M. du S.* Quidni ergo μιμῶν? *J. F. R.*

172. A. ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν οὐκ εἶχον ὅ τι ἀντιλέξαι. Quem locum respicit & *Philostr.* p. 482. Ubi a Doctissimo interprete alio amandamur; unde factum etiam, ut phrasin mutatam voluerint, minus commode. *M. du S.*

Ῥέοντα Πύθωνα] De hoc Philippi oratore *Dem.* pro Cor. c. 84. Τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι, θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν, οὐκ εἶχα, ὅ τι ἀντιλέξαι. *J. M. G.*

85. Ὀδυσσ. νιφάδας] *Hom.* Il. Γ. 222. Cetera vid. Il. M. 323. *M. du S.* Ex quo Lucianum etiam emendavi. *J. F. R.*

89. Πέρας μὲν] Πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις (ἐστὶ) τοῦ βίου [ὁ] θάνατος. κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ· δεῖ [δὲ] τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς τὴν ἀγαθὴν προσβαλλομένους ἐλπίδα. φέρειν δ' ὅτι ἂν ὁ Ζεὺς διδῷ γενναίως. Omnibus enim hominibus vitae terminus est mors. Etiamsi quis in cellula conclusum se tenuerit. Viros vero fortes honesta semper aggredi oportet, bona interim spe munitos: quidquid vero Dii voluerint, generoso animo perferre. *M. du S.*

Πέρας μὲν] *Demosth.* pro Coron. c. 28. Πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν — τηρῇ. Deinde statim illa quae modo dedimus, Δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας κ. τ. λ. Caeterum de οἰκίσκῳ *Ulpiani* observationem adscribere placet, Φασὶ τὸ ὄρυιον εἶκον ὅτω καλεῖσθαι παρ' Ἀττικοῖς. Λέγει δὲ, ὅτι κἂν μεταβάλλῃ τις τὴν διαιταν, κἂν ὄρυις εἶναι νομίζηται, πάντως ἀποθανεῖται πάντως, καὶ μὴ διαιτῶν ἑαυτὸν, ἀλλ' ὅτω κρυπτόμενον. Itaque *caveam* vertimus. *J. M. G.*

Ibid. Θάνατος] *Demosth.* de Cor. 28. qui ὁ θάνατος. *M. du S.*

90. Κἂν ἐν οἰκίσκῳ] Utitur & *Alciphron* totidem verbis I. Ep. 25. nisi quod αὐτὸν tantum postponat, scribens: κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις καθείρξας αὐτὸν τηρῇ, ubi *Bergl.* bene „ Sunt Demosthenis verba ex Orat. de Corona, „ quae crebra allusione Auctorum quasi in proverbium abierunt. Mutuatus autem est hanc sententiam ex Homero Demosthenes, ut annotant *Plutarch.* de Poësi Homerica — *Lucian.* in Enc. Demosthen. Et *Clem. Alex.* VI. Strom. ubi parallela „ colligit ex antiquis, & posterioribus scriptoribus. „ Locus *Homeri* quem adumbravit Demosth. est Il. M. „ 322. cujus summa: *Si post hoc bellum essemus immortales futuri, dissuaderem pugnam; sed quia mille modis instat mors, pugnemus gloriose*". Sed non satis constat argumentum, si *post bellum* reddas Homeri sententiam; nam *post bellum*, esset *bello patrato*, quae minime dicunt verba Poëtae contrarium dicentis, nempe, — εἰ μὲν γὰρ πόλεμον περὶ τόνδε φυγόντες Αἰεὶ δὴ μέλλομεν ἀγήρω' ἀθανάτω τε Ἔσεσθ'. Id est: *quod si bello hoc evitato senii mortisque expertes essemus.* &c. *J. F. R.*

91. Μυρίαι] Locum laudat *Thomas Mag.* V. ἐπιδρομὴ.

Ἥδομαι δὲ καὶ πάθη, ἢ ἀληθέσεις, ἢ τροπὰς λέξεως [a] καλαμανθάνων, καὶ τὰς ἀφαιρούσας τὸ κόρον μεταβολὰς, ἢ τὰς ἐκ τῶν ἀλλοτροπῶν ἐπανόδους, ἢ τὰς τῶν ἀλλαβολῶν σὺν τῷ καιρῷ γλαφυρότητας, ἢ τὸ τοῦ τρόπου μισοβάρβαρον παντάχοῦ.

6. Delector vero etiam cum affectiones, & figuras, & immutationes dictionis obſervo, & illas ſatietati medentes variationes, & illos e diverticulis reditus, & ſuavitates illas comparationum ad vim earum penetrabilem adjunctas: & illud in moribus ubique *elucens* barbariei odium.

Καί μοι πολλάκις ἔδοξεν (εἰ γὰρ ἀν τἀληθὲς ἀποκρυψαίμην) εὐπρεπέστερον μὲ ραθυμίας Ἀττικῆς καθάπτεσθαι Δημοσθένης, ὁ τὴν παῤῥησίαν, ὡς φασιν, ἀνειμένως, τοῦ τοὺς Ἀχαιοὺς Ἀχαΐδας προσειπόντος. μᾶλλον δὲ τόνῳ πνεύματος τὰς Ἑλληνικὰς ἀποπληροῦν τραγῳδίας, τῷ μείζονι τὴν ἀκμαιοτάτης μάχης μᾶλλον ἀναπλάττοντος, ἢ [b] μύθοις τὴν φορὰν σκεδαννύντος.

7. Et mihi ſaepe viſus eſt (neque enim verum diſſimulaverim) decentius reprehendere ſocordiam Atticam Demoſthenes ille, qui frena, ut ajunt, dicendi libertati laxaverat, quam is, qui Achaïdum nomine Achaeos compellavit: ac pleniore ſpiritu Graecas explere tragoedias eo, qui in ſummo pugnae diſcrimine colloquia fingit, fabulisque diſpergit *pugnantium* impetum.

Πολλάκις δὲ μὴν τοῦ Δημοσθένους καὶ μέτρα κώλων, καὶ ῥυθμοὶ ἢ βάσεις, οὐκ ἔξω τῆς ποιητικῆς ἡδονῆς ἐμβιβάζουσιν, ὥσπερ οὐδ' Ὁμήρου ἐλλιπὴς ἀντιθέσεων, ἢ παρισώσεων, ἢ σχημάτων τραχύτης, ἢ καθαρότης. ἀλλ' ἔοικε φύσει πως ὑπάρχειν, ταῖς δυνάμεσι τὰς χρείας ὑπεπλέχθαι. πόθεν γὰρ δὴ [c] περιφρονοίην

8. Saepe vero cum Demoſthene etiam dimenſiones membrorum, & numeri ac pedes, non absque poëtica ſuavitate ingrediuntur, quemadmodum neque Homero ſua deſunt Antitheta, aut exaequationes, aut aſperitas figurarum, aut mundities. Sed videtur natura quodammodo ita comparatum, ut *ſuae utrique* facultati virtutes velut *mutuo* implexae ſint. Unde igitur tuam

a Καλαμανθάνων] Omiſit *Fl.* b Μύθοις] Bene ſic *Fl. J. B. S.* Λύθοις *H1.* Λιθοις *P.* c Περιφρονοίην] Nil mutare Edd. addit *Solan.*

3. Ἀνειμένως] Ἐκλελυμένως, παρειμένως. *V.*

5. Διαρκεστέρῳ δὲ τόνῳ] Ὅτι κατὰ τοῦτο κρειττων * Ὁμήρου Δημοσθένης. *V.*

6. Τοῦ μείζονι] † Ὅμηρος γὰρ ποιοῦντα τὸν Διομήδην τῷ Γλαύκῳ, ὀργῶσης ἤδη τῆς μάχης δικαιοδικαιότερον ἀναγωνιζόμενον τῷ λόγῳ. *V.*

* Ὁμήρου Δημοσθένης] In V. & Editis erat Ὅμηρος Δημοσθένης. Sed cum hac in parte potiores Demoſthenī apud Lucianum hic laudes tribui manifeſtiſſimum eſſet, ego mutavi. Et ita recte eſt in C. *M. du S.*

† Ὅμηρος γὰρ] Ita refinxit *Solan.* Edita enim, Οἷον ποιοῦντα. Mox διαδικαιότερον dedit Idem, pro vulgato διδοδικαῖον.

μὴν, ubi corrupte legitur κυρίαι, & deeſt vox αὖθις. *M. du S.*

97. Σὺν τῷ καιρῷ] Verius puto καιρίῳ, ut intelligatur vis illa, qua animum feriunt. Quae ſit καίριος vel καιρία πληγὴ, nemo temere ignorat. *J. M. G.*

Ibid. Τὸ τοῦ τρόπου] I. e. orationis moratae. *F. G.*

3. Παῤῥησίαν — ἀνειμένως] Petita Phraſis videtur ex Il. I. 372. ἀναιδείαν ἐπιειμένος. Ἀνειμένη ψυχὴ, aliud eſt. Vid. *Philoſtr.* p. 767. libera mens (curis). Ad Ἀχαΐδας vid. Il. B. 235. H. 96. *M. du S.*

17. Περιφρονοίην] *Wolf.* ὑπερφ. Sed omnes libri noſtri conſentiunt; nec mutare opus eſt. *M. du S.*

18. Τὴν σὺν] Lege σὴν. *F. G.*

22. Δημοσθένους] Vid. ad c. 2. *J. F. R.*

24. Τὰ μὲν] Scilicet ἀγώνισμα. *F. G.*

28. Οὐκ ἦν] *Eurip.* Phoen. 503. ubi tamen quidam Codd. *Eurip.* hoc male. εἰ πᾶσι ταὐτὸ καλὸν ἦν σοφὸν θ' ἅμα, οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις. Quod mendoſe in *Canteri* Ed. ſine ἂν legitur. *M. du S.*

31. Σμύρναν] Sic *H. Baſ.* utraque, *Gr.* & *Fr.* Reliquae Στυπτίαν, & quod mireris. *P.* & *S.* quae Στυπτίαν retinent, *Smyrnam* vertunt. *Stephanum Byz.* fruſtra conſului. *M. du S.*

Σμύρναν] Interpretes *Melanchton* & *Bened.* Smyrnam etiam dederant, etſi Στυπτίαν in Graecis edidere uterque. *J. F. R.*

Ibid Θέλεις τὰς Αἰγυπτίας] De Homero vel Aegyptio vel Ind. adeo, V. quos laudat *Caſaub.* ad Athen.

4.

tuam ego Calliopen contemnam, talem qui norim?

9. Sed nihilo secius illud opus, in quo mihi decertandum est, laudum Homeri, altero tanto majus tuis in Demosthenem praeconiis pono, non quod carmina sunt, sed ob argumentum, ajo: quoniam meum opus non habet firmam, quae subjici laudibus possit, crepidinem, extra ipsam poëticen: reliqua universa obscura partim, ut patria, genus, tempus *quo floruit*. Quod si enim certum quidquam horum esset, certamen anceps haud foret mortalibus, patriam assignantibus illi Ionicam Colophonem, aut Cumas, aut Chium, aut Smyrnam, aut Aegyptias Thebas, aut sexcentas alias; patrem vero Maeonem Lydum, aut fluvium adeo, & matrem Melanopen ajunt, aut Nympham ex Dryadum genere, hominum defectu scilicet. Tempus *porro* vel Heroicum *ei assignant*, vel Ionicum. Ac tantum abest uti clare sciant, qua comparatione aetatis ad Hesiodum fuerit, *priorne an aequalis*, *an posterior*; ut etiam nomen noto illi praeferant, Melesigenem. Fortunam denique *ei tribuunt* paupertatis aut caecitatis. Sed nonne melius fuerit & haec pati in obscuro jacere? Ergo in an-

ἀν [d] τ' σὴν Καλλιόπην, [e] ταύτῳ δὲ γιγνώσκων;

Ἀλλ' ὐδὲν ἧττον τὐμὸν ἀγώνισμα τ' εἰς Ὅμηρον ἐγκωμίων διπλάσιον ἔργον, ἢ τὺς σὺς εἰς Δημοσθένην ἐπαίνυς τίθημι, ὐ τοῖς μέτροις, ἀλλὰ τῇ ὑποθέσει, φημὶ· [f] τῷ τὐμὸν μὲ ὀκ ἔχειν ἑδραίαν τινὰ κρηπῖδα ὑποβαλέσθαι τ' ἐπαίνων, πλήν γε τ' ποιητικῆς αὐτῆς· τὰ δ' ἄλλα, τὰ μὲ ἀσαφῆ, πάλῑς, καὶ γένος, ὐ χρόνος. εἰ γᾶν τι σαφὲς αὐτῷ ἦν, ὀκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις. πάλῑδα μὲ διδόντων αὐτῷ, [g] Ἰωνικὴν Κολοφῶνα, ἢ Κύμην, ἢ Χίον, ἢ [h] Σμύρναν, ἢ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας, ἢ μυρίας ἄλλας· πατέρα δὲ Μαίονα τ' Λυδὸν, ἢ πόλαμὸν, ὐ μητέρα [i] Μελανώπην, φασὶν, ἢ νύμφην τ' Δρυάδων, ἀνθρωπίνυ γένυς ὑπορίᾳ· χρόνον δὲ, τ' ἡρωϊκὸν ἢ τ' Ἰωνικὸν. ὐ μηδ' ὅπως πρὸς τ' Ἡσίοδον εἶχεν ἡλικίας σαφῶς εἰδέναι, ὅπυ γε ὐ τὔνομα πρὸ τῦ γνωρίμυ, τὸ [k] Μελησιγενῆ προκρίνυσι· τύχην δὲ, [l] πενίαν, ἢ πάθος ὀμμάτων, ἀλλὰ [m] μὴν βέλτιον εἴη ὐ ταῦτα ἐν ἀσαφεῖ κείμενα. [n] δεινὸν δή μοι

[d] Τὴν σὴν Καλλιόπην] Τὴν κλεῖν καλλιόπην. *Fl.* & puncto periodum ibi claudit. Σὺν pro σὴν male *S.* [e] Ταύτῳ δὲ] Ταυτί δὲ *Fl.* Ταυτὶ δὲ *S.* Ταυτί γε non modo marg. *A1.* adscripsit, sed & recipi jussit, quod non improbem. Τοιαύτῳ γε non male etiam conjecerat *Gesn.* Ταυτωὶ L. Ταύτην δὴ marg. *B1.* Quod edidi, est in *J. Ald. P. H. B1.* [f] Τῷ] Τὸ *Fl.* [g] Ἰωνικὴν] Ἴων ἢ *Fl.* [h] Σμύρναν] Sic bene *B1. 2. Fr.* Στυππίαν *Fl. J. Ald. H. P. S.* [i] Μελανώπλω] Μελανώπου *Fl.* Μελαλώπην marg. *A1.* [k] Μελησιγενῆ] Μελισγένης *Fl.* [l] Πενίαν] Sic *J.* & marg. *B1.* Πενίας cett. [m] Μὴν] Adscitum ex L. Μὴ *J.* aliaeque Edd. [n] Περιστενὸν] Περὶ στενὸν Edd. priores.

29. Πατρίδα] Lege *Gellium* (III. 11.) *Septem urbes certarunt de patria insignis Homeri*; *Smyrna*, *Rhodos*, *Colophon*, *Salamin*, *Ios*, *Argos*, *Athenae*. G. Graece sic: Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου, Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίς, ‡ Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

‡ Ἴος] Alias Χίος legitur; & sic alibi dedimus ex Anthol. Sed Ἴος ap. *Gell.* III. XI. f. edidit *Gronov.* Sed & ibi χίος quasdam Edd. habere, addit; verum utrumque recte, confirmat Idem. *J. F. R.*

4, 14. Aegyptium etiam vocat Calasiris apud *Heliodor.* Aethiop. l. 3. p. 148. *J. M. G.*

35. Ἢ τ' Ἰωνικὸν] Forte *Ionicum* hoc *tempus* pertinet ad migrationem illam Ionicam, quae facta est Attico anno 536. id est post Trojam captam annis 163. Sane Arundellianum marmor posteriorem facit Homerum Trojano bello annis 168. V. *Marsham* Ca. Chron. p. 352. & 360. seq. *J. M. G.*

37. Ὅπυ γε] Aut haec loco mota sunt, aut valde absurdus scriptor censendus est; nam quod *Melanchthon* vertit, *Quidam* &c. ex ingenio isthaec mutavit. *M. du S.*

39. Πενίας] Πενίαν fortasse. *F. G.*

40. Ἀλλὰ μὴν] Corrige μὼν. *F. G.* Idem habet *Menag. Ibid.* Μὴν] Ego μοι conjiciebam pro μὴ, quod in Impr. est nunc μὼν quod *Menagio* placuerat, in L. reperiri cum videam, in textum etiam recepi. *M. du S.*

41. Περὶ στενὸν] Ego unica voce περίστενον scribi de-

μοι κομιδῇ τὸ ἐγκώμιον, φαίησιν ἄπρακτον ἐπαινέσαι, καὶ σοφίαν ἐκ τ' ἐπῶν εἰκαζομένην συλλέγειν.

Τὸ δὲ σὸν, ἔφη, χτ' χειρὸς, ὑπάδρομόν τε, καὶ λεῖον, ἐφ' ὡρισμένοις τε καὶ γνωρίμοις μόνον ὀνομάτων, οἷον ὄψον ἕτοιμον ἡδυσμάτων ὧδε σοὶ δεόμενον. τί γὰρ ἂν μέγα, καὶ λαμπρὸν ἡ τύχη τῷ Δημοσθένει προσῆψε; τί δ' ἂν γνώριμον; οὐκ Ἀθῆναι μὲν αὐτῷ πατρὶς, αἱ λιπαραὶ, καὶ ἀοίδιμοι, καὶ τ' Ἑλλάδος ἔρεισμα; καίτοι λαβόμενος ἂν ἐγὼ τ' Ἀθηνῶν, ὅτι τ' ποιητικῆς ἐξουσίας ἐπεισῆγον ἂν ἔρωτας θεῶν, καὶ κρίσεις, καὶ καλοικήσεις, καὶ δωρεὰς, καὶ τ' Ἐλευσῖνα. νόμων δὲ, καὶ δικαστηρίων, καὶ πανηγύρεων, καὶ Πειραιῶς, καὶ ἀποικιῶν, καὶ τροπαίων θαλαττίων τε καὶ χερσαίων ἐπεισηγμένων, ἐδ' ἂν εἷς [a] ἐπ' ἴσης ἀξίας ἐφικέσθαι δύναιτο τῷ

10. Tuum autem *opus*, *ita* pergebat, ad manum, percursu facile, & laeve, intra nomina solum definita & cognita, tanquam paratum quoddam pulmentarium, condimentis modo a te *adjiciendis* indigens. Quid enim non magnum & clarum adjunxit fortuna Demosthenis? Quid non celebre? Non Athenae illi patria, nitidae illae & tot celebratae carminibus, columen illud Graeciae? Ego sane Athenas nactus pro poëtica illa licentia inducerem amores Deorum & judicia, & inhabitationes, & munera, & Eleusinem. Si vero insuper leges, judicia, conventus solemnes, Pireeus, coloniae, & *reportata* terra marique tropaea, inducantur; ne unus quidem pro dignitate assequi oratione possit, ut

a Ἐπ' ἴσης ἀξίας] Ex emendatione *Gesn.* Ἐπίσης ἀξίως vulgo.

bere censeo. *M. du S.*

51. Αἱ λιπαραὶ] *Pind.* Isthm. II. §. 4. Λιπαραῖς ἐν Ἀθήναις l. c. Ἑλλάδος ἔρεισμα Ἀθῆναι etiam *Pindaricum* est, teste *Plut.* 414. 2. Ed. *Steph.* quem vide & 623. De reliquis verbis accipe *Philostrati* locum p. 829. & 830. αἱ δὲ εἶσω μέλιτται θεωργάζονται τὸ παιδίον, *Pindarum*, ἐπιβάλλουσαι τὸ μέλι. . . . ἐξ Ὑμηττοῦ τάχα ἥκουσι, καὶ ἀπὸ τ' λιπαρῶν καὶ ἀοιδίμων Ἀθηνῶν. καὶ γὰρ τοῦτο οἶμαι αὐτὰς ἐργάζεσθαι Πινδάρου. Vox Ἀθηνῶν quae hoc in loco a Morello inserta est, nupero *Philostrati* enarratori non placet. Nescivit scilicet vir doctissimus ῥῆσιν esse *Pindaricam*; necessarioque aut requiri vocem, aut intelligi, quod vel sequentia verba etiamsi diserti in eam rem deessent auctores, satis evincunt. Imo ipse *Graevius*, qui caetera recte interpretatur, dum locum hunc *Philostrati* ad Συγρ. c. 15. profert, hoc ignorasse videtur, cum putat voce τοῦτο *mel Hymettium* intelligi; cum palam sit, *Elogium* hoc ipsum intelligi debere, non *mel Atticum*. Vid. *Eur.* Tr. p. 503. A. *M. du S.*

Αἱ λιπαραὶ] *Pindaricum* hoc Athenarum elogium agnoscit Schol. *Aristoph.* Νεφ. 298. cujus Lyrici loca plusc ula laudat *Spanh.* ad l. c. qui non *pingues* intelligi vult Athenas, cum λιπτόγειων sit solum Atticae, sed *splendidas*. Videtur tamen neque altera illa exsulare significatio debere, quod olearum ferax fuit Attica, vel ob id ipsum, quod λιπτόγεως. *Florentinus Geopon.* 9, 4. extr. de oleis Ἡ δὲ λιπτόγειος ἐπιτηδεία, καὶ μαρτυρεῖ ἡ Ἀττικὴ. Add. *Cerda* ad Virg. Ge. 2, 179. seq. Deinde nisi λιπαραὶ Ἀθῆναι sint pingues, vix intelligitur jocus *Aristophanis* Acharn. 640. ubi ridet eos, qui hoc epitheto Athenarum ita delectentur, cum eodem plane modo laudentur aquae. Εἰ δὲ τις ὑμᾶς ὑποδυσπετοῦσας λιπαρὰς καλεῖσθαι Ἀθήνας. Εὖρε τὸ πᾶν ἂν ἀφ' τὰς λιπαρὰς, ἀφύων τιμὴν θεὶς ἅψας. Vid. *Casaub.* ad Athen. 5, 3. Interim *nitidas* dicere in versione placuit, quia *nitere* dicuntur, qui bene habiti sunt, inprimis ab oleo &c. *J. M. G.*

Ibid. Τῆς Ἑλλάδος ἔρεισμα] Sic supra T. I. *Tim.* §. 50. pr. ὦ Τίμων, τὸ μέγα ὄφελος τῷ γένει, τὸ ἔρεισμα τῆς Ἀθηναίων, ubi plura Cl. *Hemsterh.* N°. 18. Adde *Gatak.* Cinn. c. 20. p. 392. Edit. min. Majoris 384. Ac *Drelincourt.* Homeric. Achil. p. 53. qui plurima auctorum testimonia collegit, a quibus Achilles aliique Heroes patriae vocantur *munimentum*, *turris*, *murus*, *columen*. Sed parum habet utilitatis talia hic collegisse. *J. F. R.*

53. Ἐπὶ τῆς] An ὑπὸ; *F. G.*

54. Ἔρωτας θεῶν] Vid. Ὀρχ. c. 39. *M. du S.*

Ibid. Κρίσεις] Neptuni & Minervae lis nota, quam tangit etiam Ὀρχ. c. 39. *M. du S.*

Ibid. Καὶ κρίσεις] Hoc argumentum ipse tractat Demosthenes contra *Aristocr.* p. 735. fin. ubi tum quinque celebria Atticae judicia recenset, tum Areopagum eo nomine commendat, Ἐν μόνῳ τούτῳ τῷ δικαστηρίῳ θεοὶ δίκας φόνου ἔδοσαν καὶ λαοῖς ἠξίωσαν, καὶ δικασταὶ γενέσθαι διενεχθεῖσιν ἀλλήλοις, ὡς λόγος. Λαοῖς μὲν Ποσειδῶν υἱὸν Ἁλιρρόθιον τὸν υἱὸν παρὰ Ἄρεως, δικάσασθαι δὲ Εὐμενίσι ἔδοσαν Ὀρέστην οἱ δώδεκα θεοί. Est & apud *Liban.* Or. XXII. & XXIII. conficta Neptuni actio, & defensio Martis. Καλοικήσεις intelligo praeter ipsam Miner-

ut ait Demosthenes. Maxima igitur omnino mihi esset dicendorum copia. Neque vero sic seponere laudationem mihi videar, cum in lege & *formula* laudandi sit illud ipsum, a patriis ornare quos praedicandos sumimus. Isocrates autem corollarium *laudum* Helenae inseruit Thesea. Ac Poëtarum quidem natio libera. Sed tu fortasse metuis, ne illum e proverbio jocum contra proportionem violatam tibi arcessas, majoremque ipso sacco tabellam atque inscriptionem dicaris apposuisse.

11. Dimissis Athenis orationem excipit Trierarchus pater, *aurea*, ut Pindari verbo utar, *crepido*. Nec enim ordo ac census major tum Athenis Trierarchico. Si vero is, Demosthene adhuc puero admodum, fatis functus est, non calamitas putanda illa

λόγῳ, φησὶν, ὁ Δημοσθένης. ἀφθονία μὲν ἦν ἄν μοι πλείττη πάντως. [b] τὸ δ' [c] ἐγκώμιον οὐκ ἂν ἀπαρτᾶν ἐνομιζόμην, ἐν νόμῳ τοῖς ἐπαίνοις ὄν, ἐκ τ' παλριδων 'θπικοσμεῖν τὰς ἐπαινεμένους. Ἰσοκράτης δὲ παρεμπόρευμα τ' Ἑλένης Φέρων ἐνέθηκε τ' Θησέα. τὸ μὲν δὴ ποιητικὸν φῦλον, ἐλεύθερον· σοὶ δ' ἴσως εὐλάβεια τὸ τ' παροιμίας [d] σκῶμμα 'θπὶ τῇ ἀσυμμετρίᾳ ἐπαγαγέλ, μή σοι μεῖζον προσκέοιτο [b] τὐπίγραμμα τῷ θυλάκῳ.

Παρέντι δὴ τὰς Ἀθήνας, ἐκδέχε τ' λόγον πατὴς τριήραρχ, χρυσέα κρηπὶς, χτ' Πίνδαρον. ἐ γὰ ἦν Ἀθήνησι λαμπρότερον τιμήματ τριηραρχικῦ. εἰ δὲ τῦ Δημοσθένης ἔτι κομιδῇ παιδὸς ὄντ, ἐτελεύτα, τ' ὀρφανίαν ἐ συμφορὰν ὑπολη-

πτέον

[b] Τὸ δ'] Τόδ' Edd. priores. [c] Ἐγκώμιον] Punctum erat post h. v. Id sustulit *Solan.* & ante πάντως collocavit. In quibusd. etiam comma male ante ὄν erat. *B2.* vero sequens οὐκ cum τόδε conjungit, & comma ante ὄν delet. [d] Σκῶμμα ἐπὶ τῇ ἀσυμ.] Ἐπισκώμμαλι τ' ἀσυμμετρίας *Fl.* [e] Τὐπίγραμμα] Τὐπίσαγμα emendat *Erasm.* Chil. IV. 2. 69. At in vulgato nostri conspirant.

nervae in arce commorationem, illam Panis infra Pelasgicum de qua Lucian. *Bis Accus.* p. 219. pr. *J.M.G.*

55. Δωρεὰς] Olivam, equum, frumentum. *M. du S.*

58. Οὐδ' ἂν εἷς] Respicit ad formulas Demosthenis, V. g. pro *Coron.* c. 2. extr. οὐδ' ἂν εἷς ταῦτα φήσειε. c. 39. Οὐδ' ἂν εἷς εἶποι περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐδέν. *J.M.G.*

60. Φησὶν ὁ Δημ.] Verba haec apud *Demosth.* π. τ' συμμ. non invenio, sed iis proxima sunt, ad eaque respicit haud dubie, quae de Athenienſibus habet, qui contra Persas fortiter pugnando urbe sua relicta, gloriam erant assecuti immortalem. *Phil.* II. (144. A.) ἀξίως δ' εἰπεῖν οὐδεὶς δεδύνηται . . . ἐγὼ δ' μείζω τὰ ἐκείνων ἔργα ἢ ὡς τῷ λόγῳ τις ἂν εἶποι. *M. du S.*

Ibid. Ἀφθονία μὲν ἦν ἄν μοι πλείττη πάντως τόδ' ἐγκώμιον. οὐκ ἂν ἀπαρτᾶν ἐνομιζόμην] Turpis macula ex *Salmuriensi* editione in hanc propagatur, dum sic editur, quum voces illae τόδ' ἐγκώμιον pertineant ad sequentia, ad quae retulit etiam interpres, sed infelicissime vertens, *idque encomium non distrahendum putarem:* neque enim ἀπαρτᾶν est distrahere, sed suspendere. Certe melius Melanchthon, *idque encomium non existimarem praetermittendum esse.* Sic ex eadem *Salmuriensi* paulo ante video editum monstrose Στυπτίαν pro Σμύρναν. *J.G.*

61. Τὸ δ' ἐγκώμιον —— ὄν] Sic interpungendus hic locus quod in sola *B.* praestitum est. In varia reliquae abierunt, & absurda. *M. du S.*

62. Ἀπαρτᾶν] Verte *adnectere.* *F.G.*

Ἀπαρτᾶν ἐνομιζόμην] Etiam haec Demosthenica formula, pro *Coron.* c. 18. extr. Καί μοι μηδεὶς ὑπολάβοι ἀπαρτᾶν τ' λόγον τ' γραφῆς, ἐὰν εἰς τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις καὶ λόγους ἐμπέσω. Ne quis me putet a caussa & accusatione aberrare. *J.M.G.*

64. Ἰσοκράτης — τ' Ἑλ.] Vide *Isocr.* Ἑλεν. ἐγκ. hodieque extans. *M. du S.*

69. Τὐπίσαγμα] *Erasmi* emendationem in textum recipiendam duximus, *Chil.* IV. 2. 69. Quid enim hic ἐπίγραμμα, quod in omnibus nostris libris legitur? *M. du S.*

Τὐπίγραμμα] Placuerat mihi quoque illud ἐπίσαγμα *Erasmi* & *Wolfii:* sed reduxit me in viam Doctissimus *Hemsterhusius*, cum illud ambitiose factum a mercatoribus moneret, ut pittacia, tabellas, inscriptiones s. titulos affigerent saccis. *J.M.G.*

72. Πατὴρ] De quo jam ad Ἐυτυχ. c. 7. dictum est. *M. du S.*

Ibid. Χρυσέα κρηπὶς] *Plut.* 623. f. de Herod. mal. *Pindaro* tribuit. ἐπ' Ἀρτεμισίῳ παίδες Ἀθηναίων ἐᾴλοιτο Φασινὰν κρηπῖδα ἐλευθερίας. & 1593. Vide etiam apud eundem 979. f. & 1, 2. & in *Themistocle* 210. f. Periit hoc *Pindari* opusculum. *M. du S.*

Χρυσέα κρηπὶς κατὰ Πίνδαρον] *Pythior* 7. pr. patriam & genus Megaclis tanquam crepidinem aut fundamentum laudibus ejus substerni scribit. Jam respexerat ad hunc locum paullo ante, ubi negat ejusmodi ἰδρυσίαν κρηπῖδα laudum Homeri esse. *J.M.G.*

πτέον ἀλλὰ δόξης ὑποθέσιν, τὸ τῆς φύσεως γενναῖον ἀποκαλυπτούσης.

Ὁμήρῳ μὲν οὖν οὔτε παίδευσιν, οὔτ' ἄσκησιν μνήμη καθ' ἱστορίαν παρειλήφαμεν, ἀλλ' εὐθὺς ἀνάγκη τῆς ἐπαίνων ἅπτεσθαι τῶν ὑπ' αὐτοῦ δεδημιουργημένων, ὕλην ἐκ τροφῆς, καὶ μελέτης, καὶ διδασκαλίας οὐκ ἔχοντα· [a] μηδ' ἂν ὅπως τὴν Ἡσιόδου δάφνην καταφυγόντα, τὰ [b] ῥαθύμως καὶ τοῖς ποιμέσι τὰ ἐπῶν ὑπηνέυσαν. σοὶ δὲ ἐνταῦθα δήπου πολὺς μὲν ὁ Καλλίστρατος, λαμπρὸς δ' ὁ κατάλογος, Ἀλκιδάμας, Ἰσοκράτης, Ἰσαῖος, Εὐβουλίδης· μυρίων μὲν ἐφελκομένων Ἀθήνησι τῆς ἡδονῶν καὶ τὰς παλρονομίας ἀνάγκαις ὑποκειμένους, ταχείας δ' ὅσης τοῖς μειρακίοις τὰ [c] ἡλικίας εἰς τὰς τέρψεις [d] ἀπολιθαίνειν, παρὸν δ' αὐτῷ κατ' ἐξουσίαν [e] κωμᾶν, ἐκ τῶν ἐπιτρόπων ὀλιγωρίας, [f] ὁ τῆς φιλοσοφίας καὶ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς κατεῖχε πόθος, ὃς αὐτὸν ἦγεν οὐκ ἐπὶ τὰς Φρύνης, ἀλλ' ἐπὶ τὰς Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου, καὶ Ξενοκράτους, καὶ Πλάτωνος θύρας.

Καὶνταῦθα, ὦ βέλτιστε, [g] φιλοσοφοίης τῷ λόγῳ, διττὰς [h] ἐπ' ἀνθρώποις ἐρώτων

orbitas est, sed gloriae argumentum, cum generosam illam naturam aperiret.

12. At Homeri neque institutionem neque exercitationem historiarum monumentis accepimus: sed statim necesse est illas attingere laudes, quas ipse sibi architectatus est, cum ex educatione, & exercitatione, atque disciplina materiae nihil habeas, neque ad illam Hesiodi laurum liceat confugere, quae nulla opera pastoribus etiam carmina adspiret. Tibi vero, quando ad hunc locum ventum est, multus est Callistratus, & splendidorum nominum Catalogus, Alcidamas, Isocrates, Isaeus, Eubulides. Cum vero sexcentae in Athenarum urbe voluptates illos etiam alliciant, qui patriae potestatis necessitati subjecti sunt; facilisque sit illi adolescentulorum aetati ad voluptates prolapsio; liceret autem illi per tutorum negligentiam suo arbitrio luxuriari: philosophiae tamen civilisque virtutis amor praevaluit, qui illum non ad Phrynae, sed ad Aristotelis & Theophrasti, & Xenocratis, & Platonis fores egit.

13. In hac orationis parte Philosophari quoque, vir optime, possis, duplices esse amo-

a Μηδ' ἂν] Sic *Fl. Bt. H. Fr.* Μηδ' ἐν P. Μὴ δὴ γοῦν *J.* & marg. *A1.* b Ῥαθύμως] Ῥᾳδίως marg. *A1.* c Ἡλικίας] Ἡλικίας male *J.* d Ἀπολιθαίνειν] Ἀπολισθάνειν *Fl.* e Κωμᾶν] Κωμᾶν prima longa Edd. vulgo. Recte Schol. f Ὁ τῆς φιλ. ἡ τῆς] Καὶ φιλοσοφίας ὁ τῆς *Fl.* inverse. g Φιλοσοφοίης] Φιλοσοφεῖς *Fl.* h Ἐπ'] Ita Edd. Leg. ἐν marg. *J.* recte.

94. Κωμᾶν] Κόμην τρίφειν. *V.*

97. Φρύνης] Πόρνου. *V.* An πόρνην, vel πόρνης; *J. F. R.*

84. Ἡσιόδου δάφνην] Vid. *Theogon.* 30. *M. du S.*

87. Καλλίστρατος] Hunc oratorem cum audiisset Demosthenes, eloquentiae tanto amore incensus est, ut statim relicto Platone Callistratum sectari coeperit, & eloquentiae studio totus incubuerit, qua de re legendus *A. Gell.* III. 13. meminit & *Plut.* *M. du S.*

Ibid. Ὁ Καλλίστρατος] *Gell.* 3, 13. narrat ex Hermippo, ut Demosthenes *motus, demulctus & captus* oratione Callistrati Demagogi *nobilem illam* τὴν περὶ Ὠρωποῦ δίκην *dicentis, ut eum inde sectari coeperit, Academiam cum Platone reliquerit.* *J. M. G.*

88. Ὁ κατάλογος] Oratorum scil. i. e. eloquentiae exempla. *F. G.*

Ibid. Ἀλκιδάμας] Is est, quem *Cic.* Tusc. I. *Nobilem Rhetorem* appellat; nili quod ibi prave legitur *Alcidamus.* *Plutarchus* Alcidamantem, ut Lucianus, vocat. *M. du S.*

89. Ἰσαῖος] Chalcidiensem fuisse tradit *Plut.* 1543. *M. du S.*

Ibid. Εὐβουλίδης] Philosophus is Milesius. vid. *Plut.* 1553. *M. du S.*

93. Ἀπολισθάνειν] Potest verum esse quod *Fl.* refert, quae & alibi sic scribit. Sed quia vulgatum frequentius occurrit, nihil propter hanc solam immutem, nec refert: *De Dom.* c. 12. f. διολισθαίνουσαν etiam legimus, ubi *Schol.* διολισθάνουσαν; idque crebro permutari, ibi obiter diximus. *J. F. R.*

94. Κωμᾶν] I. e. τρυφᾶν, luxuriari. *F. G.* Immo κωμᾶν prima brevi, ut invitis Edd. dedi. *J. F. R.*

97. Φρύνης] Duae hujus nominis fuere meretrices. Haec

amorum in hominibus agendi rationes, alteram marini cujusdam amoris vagam, feram, & fluctus in mente excitantem, popularis Veneris procellam, aestuante adolescentium impetu revera marinam: alteram autem caelestis aureae cujusdam catenae tractionem, quae non igne aut sagittis insanabiles vulnerum morbos infligat, sed ad non marcescentem ipsius pulchritudinis puramque formam contendat, sano quodam illarum mentium furore, quae *Jovis propinquae, & proximi comites Deum* Tragici verbo dicuntur.

14. Amori nempe pervia sunt omnia: tonsura, specus, speculum, gladius, articulare linguam, jam provecta aetate, actioni dare operam, memoriam acuere, contemnere tumultum, noctes continuare diebus laboriosis: e quibus omnibus quis ignorat, *inquit*, qualis tibi Demosthenes in dicendi facultate exstiterit, sententiis & verbis cum densaret orationem, tum moribus atque affectionibus animorum exprimendis probabilitatem pararet, magnitudine splendidus, contentione ac spiritu vehemens, idemque verborum pariter ac sententiarum moderatione saluberrimus, & maxime varius in permutatione figurarum? Solus ille quidem Oratorum, ut dicere ausus est Leo-

Moschopulus, πρός σε ὅταν σε ἀξιῶ ἐπιμελείας τοῦ σώματος, σπουδάζω περί σε, ὅταν ἐπιμελῶμαί σου, περί σε πραγμάτων. *J.G.G.*

49. Ἐκφυλον] An ἔκφασον? *F.G.*

52. Καθίσειν] Sic legendum videtur: καθίζειν, καὶ τὸ κάθισον, τῷ κάθησο. *F.G.*

56. Ἀλλὰ τὸ κάθισον, τῷ κάθησο ἀλλοφέρειν φημί] Nihil aliud vult Lucianus, quam κάθισον dici ad stantem, cum jubemus sessum capere, κάθησο vero ad eum, qui jam sedet, quemque rogamus, ne surgat. *Thomas* eadem tradidit quae Lucianus: Ἄλλο, inquit, κάθισον, καὶ ἄλλο κάθησο. Τὸ μὲν γὰρ κάθισον πρός τινα ἐφάπτεσθαι λέγεται ἵνα καθίσῃ. τὸ δὲ κάθησο πρὸς τὴν καθημένην ἵνα κάθηται, καὶ μὴ ἐξανασταίῃ, ὡς τὸ παρ' Ὁμήρῳ Ἥσο ξεῖν' ἡμεῖς δὲ καὶ ἄλλοθι δήομεν ἕδρην. Sic lege hunc locum in edito libro satis mendosum. quod vero paulo antecedit, τὸ καθέσθητι ἥκιστά σε λέγοντα ὡς ἔστω ἔκφυλον. *audivi te dicentem imperativum* καθέσθητι, *sede*, *vocem esse peregrinam vel barbaram*, Luciani forte respicit verba quae in *Lexiphane* suo posuit: Τὸ ἵστασο, καὶ ἀναστάθητι, καὶ τὸ καθεσθεὶς ἀεὶ μετοικικὸν τῆς Ἀθηναίων φωνῆς. *Micyllus* ex superioribus Luciani verbis colligit hic aliquid desiderari. cui equidem non invitus assentiero vel propter haec verba quae infra habentur. Οὐκ οἶσθα οἷόν ἐστι συγγραφεὺς ἀνήρ. Σολ. Παύου οἶδα νῷ γέ σε ἀκούσας ταῦτα λέγοντα. Nam Lucianus de proprietate vocabuli συγγραφεὺς nusquam in hoc libello locutus est. Nunc vicissim *Thomam* & *Phrynichum* audiamus. Ἐκκλίσθητι, inquit *Thomas*, καθισθεὶς, καθισθήσομαι, καθισθήτω, καὶ ὅσα ἀπὸ τούτου, βάρβαρα λέγει ἀντὶ τοῦ καθίζομαι, ἐκκλίζομαι, καθιζάνω, καθιζάνομαι, κατακλίνομαι, καθίσθητι, καὶ ὅσα ἀπὸ τούτου. *Phrynichus*. ἐκκλίσθητι, καθίσθητι, καθισθήσομαι δὲ πλεονασμὸν καθισθήσου), ἔκφυλα. Parum igitur Attice *Heliodor.* in IV. Καθισθεὶς δὲ πλησίον θάρσει, θυγάτηρ, ἔλεγον. Et *Basilius* in epistola: Ταῦτα λογιζόμενος πολὺν χρόνον ἐκκλισθήσομαι. Lucianus in priore verarum narrationum: Ὀπτωμένων δὲ ἀμφοτέρων ἀσπερ δὴ περὶ τράπεζαν. *Herodian.* in V. Συγκαθισθεὶς αὐτῷ ἐν τῷ βασιλικῷ θρόνῳ. *Joseph.* Ἀρχαιολογίας libro II. Καθισθεὶς ἐπί τινος θρόνου. Idem libro VIII. Καθισθῆναι δ' ἐν Βηθσαΐδᾳ. & pluribus aliis in locis. De καθίζω, & καθίζομαι *Thomas Magister*: Καθίζω ἐγὼ, καὶ καθίζομαι, καὶ καθίζω ἕτερον. *Pollux* scribit *Xenophontem* καθίζειν usurpasse pro καθίσαι ποιεῖν. Locus est in II. ἀναβάσεως. Καὶ ἀναγελλόμενοι δὲ Ἀρμαίῳ, ἐν ᾧ θυόᾳ ἔλεγε τοὺς τὸν θρόνον τὸν βασίλειον καθιοῦν collocaturos esse. Sic καθίζειν ἄκυρον apud Demosthenem & Galenum. *Moschopul.* Καθίζει ἕτερον, μετοικιστικῶς. καὶ καθίζω ἐγὼ, ἀμετάβατος. Καθήμαι δὲ ἐγὼ, ἀεὶ μεσότατον, &c. Τὸ καθεσθήσομαι, καὶ ἐκκλίσθητι βάρβαρα. Alibi *Thomas*: Τὸ καθίζω ὁ μόνος τίθεται αὐτὶ τοῦ ἕτερον ποιῶ καθίζειν, ἀλλὰ ἐμαυτόν. Luciamus in *Nigrino*: Καὶ καθίσας ἐμαυτὸν ἀπερ ὁ θεάτρου. *J.G.G.*

57. Εἴη ἀλλοφέρον] V. *Th. Mag.* v. κάθισον. *M. du S.*

61. Ἥσο

parvo tibi discrimine abesse videtur? cum alterum faciamus in aliis, *collocare* dico, alterum vero in nobis solis, *sedere*.

12. SOL. Haec etiam satis enarrasti: & dic sane *ultra*: ita enim oportet te docendo praeire. LYC. Nempe aliter dicente me, non intelligis. Non nosti, quid sit *vir scriptor*? SOL. Omnino novi nunc quidem, postquam te ista dicentem audivi. LYC. Quandoquidem etiam *καταδουλοῦν* tu forte idem quod *καταδουλοῦσθαι* putasti. Ego vero differentiam ea non parvam habere, novi. SOL. Quam? LYC. Quod alterum significat alterius potestati subjicere; *καταδουλοῦν* vero sibi. SOL. Recte dicis. LYC. Supersunt alia quoque multa tibi discenda: nisi tamen ipse scire tibi videris, cum nescias. SOL. Non videri possum. LYC. Ergo in aliam occasionem differamus reliqua, nunc autem solvamus collocutionem.

Φ Ι.

παρά σοι δοκεῖ μικρῷ τινι διαφέρειν; εἴτοι τὸ μὲν [f] ἕτερον δρῶμεν, τὸ καθίζειν [g] λέγω· τὸ δὲ μόνους ἡμᾶς αὐτοὺς, τὸ καθέζεσθαι.

ΣΟ. Καὶ ταῦτα [h] ἱκανῶς διελήλυθας, ἀλλ' ἤδη λέγε, ἕτω· γὰρ [i] σε δεῖ προθιδάσκειν. ΛΥΚ. Ἑτέρως γὰρ λέγοντός σου οὐ κατανοεῖς. οὐκ οἶδα οἷον ὄντα ξυγγραφέα ἀνῆκας; ΣΟ. Πάνυ οἶδα νῦν γέ σου ἀκούσας ταῦτα λέγοντος. ΛΥΚ. Ἐπεὶ καὶ τὸ καταδουλοῦν σὺ μὲν ἴσως ταυτὸν τῷ καταδουλοῦσθαι νενόμικας, ἐγὼ δὲ οἶδα διαφορὰν οὐκ ὀλίγην ἔχον. ΣΟ. Τίνα ταύτην; ΛΥΚ. Ὅτι τὸ μὲν ἑτέρῳ, τὸ καταδουλοῦν δ' ἑαυτῷ γίγνεται. ΣΟ. Καλῶς λέγεις. ΛΥΚ. Καὶ ἄλλα δέ σοι πολλὰ ὑπάρχει μανθάνειν, εἰ [k] μοι αὐτὸς εἰδέναι οὐκ εἰδὼς δόξεις. ΣΟ. Οὐκ ἂν δόξαιμι. ΛΥΚ. Οὐκοῦν τὰ λοιπὰ εἰσαῦθις ἀναβαλώμεθα· νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν διάλογον.

f Ἕτερον] Καὶ ἕτερον *Fl.* *g* Λέγω] Ex *Fl.* recepi. Λέγειν cett. *h* Ἱκανῶς] Rescripsi ex *Fl.* *P.* *Pa.* Ἱκανὸς cett. *i* Γάρ σε δεῖ προδιδάσκειν] Ms προσδιδάσκειν *Fl.* omisso γὰρ ac δεῖ. *k* Μοι] Mu legit *Gesn.*

74. Καταδουλοῦσθαι] Ἰσοκράτης ἐν τῷ Εὐαγόρᾳ καὶ τὴν τῶν ἄλλων βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ καταδούλωσιν. οὐκ ἀσφαλὲς ἦν τὸ τοῦ Λουκιανοῦ. *P.*

61. Ἥσο ξεῖν'] *Hom.* Od. Π. 44. *M. du S.*

Ἥσο ξεῖν'] Apud *Homerum* Od. Π. 44. editur Ἧσ', ὦ ξεῖν'. Notavit *Barnesius* forte ipsius hujus loci auctoritate Ἧσο. Caeterum apud *Homerum* manifesto Ἧσο significat, *sede*, hoc est, sedem quam occupasti retine: nam praecesserit τεῷ δ' ἔδρης ἐπιώτι πατὴρ ὑπόειξε Ὀδυσσεύς. Τηλέμαχος δ' ἐπιφθὰς ἀρίστου, φώνησέν τε. Caeterum apparet, me in interpretatione *sede* posuisse, pro *sedem tuam retine*; *asside* autem pro *sessum abi*: quod a bonis auctoribus ita dictum, facile demonstrari potest; non ausim dicere, numquam politum aliter. *J. M. G.*

66. Τὸ καθίζειν λέγειν] Si quis intelligat hanc lectionem, ab illo etiam edoceri cupio. Caeterum hoc videre mihi videor, λέγω huic loco optime convenire, & sic interpretatus sum. *J. M. G.*

71. Ξυγγραφεὺς ἀνήρ] Ξυγγραφεὺς, inquit *Thomas*, ὁ μόνον ὁ συγγραψάμενος πολέμου τινὰ, ἢτι ἄλλο ἐφ' ἑαυτῷ γενόμενον, οἷος ἦν Θουκυδίδης, ἀλλὰ καὶ γραφόντας ψηφίσματα ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον συγγραφὰς ἐκάλουν. Θουκυδίδης· Καὶ ἐπήνεγκαν οἱ ξυγγραφεῖς ἄλλα μὲ ὠδὴν. *Ammonius* quoque paene eadem habet: Ἰσομισγράφος μὲ γάρ ἐστιν ὁ τὰ πρὸ ἑαυτοῦ γεγονότα συγγραψάμενος, ὡς Ἡρόδοτος. Ξυγγραφεὺς δὲ ὁ τὰ ἐφ' ἑαυτῷ γεγονότα, ὡς Θουκυδίδης. Itaque secundum horum sententiam ξυγγραφεὺς dicitur non solum de scriptore & auctore librorum, sed & de scriba senatus, aut alius collegii. *J. G. G.*

72. Πάνυ οἶδα — λέγοντος] At nihil dixit, quod ad declarandum hoc nomen pertineret. Itaque est, ut excidisse descriptionem τῆ συγγραφίων putemus, facile illam quidem aliunde resarciendam. *J. M. G.*

73. Τὸ καταδουλοῦν] Τὸ μὲ καταδουλοῦσθαι ἑτέρῳ, τὸ δὲ καταδουλοῦν ἑαυτῷ. *Moschopul.* paulo aliter: δουλῶ ἐμαυτὸν, καταδουλοῦμαι τὴν Ἑλλάδα. Pro Luciano facit illud *Thucyd.* Τοὺς μὲ ξυγκαταδουλοῦν ἂν σφίσιν αὐτοῖς τὸ ἀπ' Ἀμπρακίας μέρος. Ex *Moschopuli* sententia dixit idem in III. Τοὺς μὲ καταδουλουμένους τὴν Ἑλλάδα. *J. G. G.*

82. Νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν διάλογον] Nihil argumenti in his verbis video pro eo, quod Lucianus hunc Dialogum, Soloecistam, tamquam coronidem imposuisset omnibus, quos ante scripsisset, dialogis; (quae est sententia *Bourdelotii*) quum simpliciter innuatur finis hujus dialogi. Ex verbis proxime praecedentibus liquet, non alienum fuisse ab Luciani instituto, scribere post hunc & alios dialogos, quibus ulterius de soloecismis esset acturus. Ait enim, ἐκεῖνα τὰ λοιπὰ εἰσαῦθις ἀναβαλώμεθα· νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν διάλογον. Fateor, non sequi post hunc alios super hoc argumento

ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ, Η ΔΙΔΑΣΚΟΜΕΝΟΣ.

ΤΡΙΕΦΩΝ, ΚΡΙΤΙΑΣ, ΚΑΙ ΚΛΕΟΛΑΟΣ.

ΤΡΙΕΦ.

Τί τοῦτο, ὦ Κριτία; ὅλον σεαυτὸν ἠλλοίωσας, καὶ τὰς ὀφρῦς κάτω [a] συνένευκας, μύχιον δὲ [b] βυσσοδομεύεις, ἄνω καὶ κάτω περιπολῶν, κερδαλεόφρονι ἐοικὼς, ἢ τῷ ποιητῇ, ὦχρός τέ σευ εἶλε παρ-

PHILOPATRIS, SEU QUI DOCETUR.

TRIEPHON, CRITIAS, ET CLEOLAUS.

TRIEPH.

QUid hoc rei est, Critia? totum te mutasti. Superciliis deorsum contractis profundas volvis sub pectore curas, sursumque & deorsum vagatus *animos sub vulpe latentes*, ut est in Poëta, videris circumferre, *oraque pallor occupat*. Num Cerbe-

ΤΡΙΕΦ.] Sic P. Τριεφῶντος &c. B1. ac 2. In cett. omissa. a Συνένευκας] Συνήνυκας Edd. priores. b Βυσσοδομεύεις] Βυσσοδομεύων C. Nil mut. Fl.

ΦΙΛΟΠ.] Καὶ ἔστω ὁ λόγος ἄλλου τινός, καὶ ὑ Λουκιανοῦ δηλονότι εἶναι. καὶ τὰ λοιπὰ ὑ δεῖ ἐπιφέρειν. V.

* Ἐκ] Abest propositio ab editis. Addidit M. du S.

3. Βυσσοδομεύεις] * Ἐκ βάθους στέρνων. V.

to dialogos; satis tamen manifestum puto, illud νῦν δὲ διαλύσωμεν τὸν λόγον, tantum de hoc dialogo capiendum esse. *J. J.*

Ibid. Διαλύσωμεν τὸν λόγ.] Non audiendus est *Bourdelotius*, cum ex his verbis argumentatur, hunc esse ultimum dialogorum ipsius Luciani, reliquos suppositicios. Vera esse potest ipsa propositio, sed argumentum lubricum. Sic paullo ante dixit, μακρὸν γὰρ ἂν ποιήσαιμεν τὸν διάλογον. *J. M. G.*

ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ] Non est hujusce Luciani. Sed antiquioris alicujus. Multa id arguunt, primumque ineptiae styli, cum aliae omnibus paginis, tum illae φυ. φυ. &c. Deinde ratio temporis. Nam Syrus noster Lucianus pervixit ad tempus belli Marcomanici, anno Christ. 171. ut patet in *Pseudomante*: at hic nebulo se baptizatum significat a D. Paulo. Paulus vero martyrii palmam accepit imperantis Neronis anno 13. Falliturque *Baronius* Neronis anno 12. verba illa hujusce Dialogi, - Γαλιλαῖος ἀναφαλαντίας, ἀπίρριος, εἰς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνακαίνισεν, adscribens huic Luciano. Nam qui potuit Lucianus hic a Neronis anno 12. & Christi 68. ad annum servatoris 171. pervivere, sive annis 103. Atqui etiam post bellum Marcomanicum, quin Lucianus hic aliqua commentatus sit, negari non potest. Saperdae autem prorsus illi sunt, qui propter ea, quae in extremo Dialogo isto, de Babyloniis, Aegyptiis, Persis, Scythis verba fiunt, hujusce distortissimi foetus parentem ad tempora imperatoris Trajani referunt, cum ea magis in Neronis aut etiam Claudii pertinere posse, quivis facile lolio non victitans perviderit. Plane quidem qui tam belli pueri pater est, Neronis principatu eum suscepit. *Th. M.*

ΦΙΛΟΠ.] Spurium *Spanhemius* aliique multi; genuinum videntur existimare *Cave* 129. & Theologi nonnulli; sed palam est, esse spurium. *M. du S.*

ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ] De nomine Φιλόπατρις inter elogia honorum ac laudum posito. V. *Perizon.* ad *Aelian.* 3, 26. collatis addendis, ubi neque hujus inscriptionis obliviscitur, neque quod in *Peregrino* . . . . plebs illum impostorem vocat ἵνα φιλόσοφον, ἵνα φιλόπατριν. Metellus est Consul Φιλόπατρις *Ciceroni* ad Att. 2, 1. *J. M. G.*

ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ] Ab Inquisitoribus & hic libellus in exemplari *Aldino*, quo utor, rescissus est. *M. du S.* In meo exemplari, quo Cl. *Wesselingi* beneficio utor, adest; sed nihil varietatis in margine notatum. *J. F. R.*

ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ] Hunc Dialogum Luciani non esse mihi certissimum est, ex stilo & ingenio hominis Lucianeo multum inferiore. Adfectata autem est Lucianeae locutionis imitatio quae ab ipso proficisci nequivit, quia sua ipse non excerpsit; Auctorem vero aetate posteriorem esse, satis demonstravit Cl. *Gesner.* in singulari Differt. quam calci hujus tomi adjungemus; ibique statuit scriptum Constantinopoli, tempore Juliani, ab Luciano quodam Sophista Imperatoris illius amico, ad quem hodienum exstat scripta a Juliano epistola. Ita vero studiose hunc Dial. pertractavit *Gesn.*

ut

berum vidisti, aut Hecaten ex inferis ascendentem, an consilio cum Deorum aliquo una fuisti? Neque enim adeo te affici par, puto, erat, si vel mundum, ut quondam sub Deucalione, eluvie totum periturum audivisses. Tecum loquor, o pulcher Critia, non audis multum tibi inclamantem, & prope jam te consistentem? Irasne aliquas adversum nos geris? obmutuisti? an expectas dum injecta te manu impellam? CRIT. O mi Triepho! audivi orationem magnam atque difficilem, & multis implexam implicitamque nodis: jamque mecum retracto nugas, & aures obturo, ne si forut vix mihi quod addam, relictum sit. Summis laudibus has ejus lucubrationes effert Cl. *Heuman.* in Poecil. p. 248. seqq. Sed p. 250. miratur ejusdem timiditatem, quod nihil in codicum inopia corrigere ausus fuerit. (Sed de hac opinione forsan in praefat. agemus) Bis ejus versionem, bis, ter Graeca emendat, quod suo loco obiter indicamus. *J.F.R.*

ειάς. μή πω τρικάρηνον τεθέασαι; ἢ Ἑκάτλω ἐξ ᾅδου ἐληλυθυῖαν; ἢ καί τινι θεῶν ἐκ προνοίας συνήλικας; οὐδέπω γάρ σε τοιαῦτα εἰκὸς παθεῖν, εἰ καὶ αὐτὸν ἠκηκόεις, οἰμαι, τὸν κόσμον κλυσθῆναι, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Δευκαλίωνος. σοὶ λέγω, ὦ καλὲ Κριτία, οὐκ ἀΐεις ἐμοῦ βοῶντος τὰ πολλά, καὶ ἐς βραχὺ γειτνιάσαντος; δυσχεραίνεις καθ' ἡμῶν, ἢ ἐκπεκώφωσαι, ἢ καὶ τὰ χειρὸς παλαιστήσοντα ἐπιμένεις; ΚΡΙΤ. Ὦ Τριεφῶν, μέγαν τινὰ καὶ ἀπορημένον λόγον ἀκήκοα, καὶ πολλαῖς ὁδοῖς διειλημμένον, καὶ ἔτι ἀναπεμπάζω τοὺς ὕθλους, καὶ τὰς ἀκοὰς ἀποφράττω, μή πω ἔτι ἀκούσαιμι ταῦτα, καὶ

6. Τρικάρηνον] Κέρβερον. *V.*

7. Τίνι θεῶν — συνήλικας.] Mirum non est insolito aliquo visu turbatis, cum ipsa mente, spiritibus quos vocant animalibus, corpus etiam ad languorem dari, totumque ejus immutari habitum; cujus rei nec in sacris nulla sunt vestigia. Vide mihi *Dan.* 9, 27. *Jud.* 13, 22. *Athenagoras in Legatione pro Christianis* c. 15. p. 63. Ed. Oxon. Dechair. ex *Homer.* Il. Υ. 131. Καλλιποὶ δὲ θεοὶ, inquit, φαίνεσχ' ἑαυτούς. Add. *Spanh.* ad *Callim.* H. in Pall. 54. p. 592. & 610. & viri docti ad *Petron.* c. 17. p. 58. Nota sunt de antro Trophonii quae dicuntur. *J.M.G.*

8. Ἐκ προνοίας] I. e. ex Dei providentia. *F.G.*

Ἐκ προνοίας] Miserrima affectatio. *Spanh.* ad *Callim.* 610. *Consulto* vertit, quamvis idem *inopinatum conspectum* dixisset. Vid. *pro Lapsi.* c. 14. *M. du S.*

11. Ὦ καλὲ Κριτία] Προσφώνησιν hanc, utut Latinis paullo videatur insolentior, non putavi refugiendam, scilicet ipsum secutus *Ciceronem*, qui, cum ex Graeco vertendum esset, προσφώνησον τὸν καλὸν Κριτίαν, dixit *Tuscul.* I. c. 40. *propino hoc pulchro Critiae.* Quanquam nec illud ignoro, Critiam illum Socraticum a corporis pulchritudine celebrari. *J.M.G.*

13. Δυσχεραίνεις] Lucianus in *votis* sive *navi* c. 10. ἢ δυσχεραίνει καθ' ἡμῶν, ἢ ἐκπεκώφωται. *J.M.G.*

14. Ἢ ἐς τὸ χειρὸς] An ἢ ἐς οἷα τὸ χειρός; *F.G.*

17. Διειλημμένον] Omittunt hoc verbum Lexica. Sed tamen quid sit ἐλλαμβάνεσθαι, tradunt ex *Dioscoride*, nimirum amplecti, circumplecti, cum de capreolis vitium, vel claviculis sermo est, quarum illae arcto complexu ad palos arboresque sese applicant. Erit igitur διειλημμένος λόγος, intricatus, implexus, difficilis. *J.M.G.*

18. Ἀναπεμπάζω] Lucianus in *Gallo* c. 5. ἀναπεμπάζει τὸ ὄνειρον. *J.M.G.*

19. Ταῦτα, καὶ] Lege ταυτά. *F.G.*

7. Τίνι θεῶν — συνήλικας.] Mirum non est insolito aliquo visu turbatis, cum ipsa mente, spiritibus quos vocant animalibus, corpus etiam ad languorem dari, totumque ejus immutari habitum; cujus rei nec in sacris nulla sunt vestigia. Vide mihi *Dan.* 9, 27. *Jud.* 13, 22. *Athenagoras in Legatione pro Christianis* c. 15. p. 63. Ed. Oxon. Dechair. ex *Homer.* Il. Υ. 131. Καλλιποὶ δὲ θεοὶ, inquit, φαίνεσχ' ἑαυτούς. Add. *Spanh.* ad *Callim.* H. in Pall. 54. p. 592. & 610. & viri docti ad *Petron.* c. 17. p. 58. Nota sunt de antro Trophonii quae dicuntur. *J.M.G.*

8. Ἐκ προνοίας] I. e. ex Dei providentia. *F.G.*

Ἐκ προνοίας] Miserrima affectatio. *Spanh.* ad *Callim.* 610. *Consulto* vertit, quamvis idem *inopinatum conspectum* dixisset. Vid. *pro Lapsi.* c. 14. *M. du S.*

11. Ὦ καλὲ Κριτία] Προσφώνησιν hanc, utut Latinis paullo videatur insolentior, non putavi refugiendam, scilicet ipsum secutus *Ciceronem*, qui, cum ex Graeco vertendum esset, προσφώνησον τὸν καλὸν Κριτίαν, dixit *Tuscul.* I. c. 40. *propino hoc pulchro Critiae.* Quanquam nec illud ignoro, Critiam illum Socraticum a corporis pulchritudine celebrari. *J.M.G.*

13. Δυσχεραίνεις] Lucianus in *votis* sive *navi* c. 10. ἢ δυσχεραίνει καθ' ἡμῶν, ἢ ἐκπεκώφωται. *J.M.G.*

14. Ἢ ἐς τὸ χειρὸς] An ἢ ἐς οἷα τὸ χειρός; *F.G.*

17. Διειλημμένον] Omittunt hoc verbum Lexica. Sed tamen quid sit ἐλλαμβάνεσθαι, tradunt ex *Dioscoride*, nimirum amplecti, circumplecti, cum de capreolis vitium, vel claviculis sermo est, quarum illae arcto complexu ad palos arboresque sese applicant. Erit igitur διειλημμένος λόγος, intricatus, implexus, difficilis. *J.M.G.*

18. Ἀναπεμπάζω] Lucianus in *Gallo* c. 5. ἀναπεμπάζει τὸ ὄνειρον. *J.M.G.*

19. Ταῦτα, καὶ] Lege ταυτά. *F.G.*

καὶ [a] ἀποψύξω ἐκμανεὶς, καὶ μῶθος τοῖς ποιηταῖς γενήσομαι, ὡς ἡ Νιόβη τὸ πρίν. ἀλλὰ σὺ μὲν κρημνὸν ὠλέμην ἂν ὑπὸ κεφαλῆς σκολιότητας, εἰ μή σε ἐπέκραξάς μοι, ὦ τᾶν, ἡ τὸ τοῦ Κλεομβρότου πήδημα τοῦ Ἀμβρακιώτου ἐμυθεύθη ἐπ' ἐμοί.

ΤΡΙΕΦ. Ἡράκλεις, τῶν θαυμασίων ἐκείνων φασμάτων, ἢ ἀκουσμάτων, ἅπερ Κριτίαν ἐξέπληξαν. πόσοι γὰρ ἐμβρόντητοι ποιηταὶ. ἡ τερατολογίαι φιλοσόφων, οὐκ ἐξέπληξάν σου τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ λῆρος πάντα γέγονεν ὑπὸ σοί; ΚΡΙΤ. Πέπαυσο ὀλίγον, καὶ μηκέτι παρενοχλήσῃς, ὦ Τριεφῶν· ἢ γὰρ παροπτέος ἢ ἀμελητέος γενήσῃ παρ' ἐμοῦ. ΤΡΙΕΦ. Οἶδ' ὅτι οὐ μικρὸν οὐδὲ εὐκαταφρόνητον πρᾶγμα ἀνακυκλεῖς, ἀλλὰ καὶ λίαν τῶν ἀπορρήτων. ὁ γὰρ χρὼς, καὶ τὸ ταυρηδὸν ὑπόβλεπτον, καὶ τὸ ἔκπαλον τῆς βάσεως, τό τε ἄνω καὶ κάτω σεισθὲν

ote iterum illae audiendae ſint, dirigeam prae furore, ut illa olim Niobe, & fabula Poëtis fiam. Sed profecto, niſi tu mihi jam inclamaſſes, de praecipiti loco in caput vertigo me impuliſſet, & Cleombroti de me ſaltus, Ambracioten illum dico, narrari quam ſcitiſſime potuiſſet.

2. TRIEPH. Mirabilia, Hercle, viſa vel audita, quae quidem Critian adeo potuere percellere. Quot enim attoniti poëtae, quot Philoſophorum portentoſi ſermones, tantum abeſt ut tuam dimovere mentem potuerint, ut potius merae nugae fuerint. CRIT. Quieſce paullum Triepho, & noli moleſtus eſſe amplius. Neque enim a me inſuper habendus es, aut negligendus. TRIEPH. Novi te haud parvam rem, neque ſpernendam facile, quin valde etiam abſtruſam, volutare animo. Color enim ille tuus, illa in vultu torvitas, in ingreſſu illa inconſtantia, illa ſurſum deorſumque con-

a Ἀποψύξω] Bene omnes, demta *J.* quae ἀπὸ ψύξω

20. Ἀποψύξω] Ἀποθανοῦμαι, ἐκφανήσομαι. *V.*

20. Ἀποψύξω] Gloſſ. Graecol. ἀπὸ ψύχω dirigeo. *F.G.* Idem habet *AE. M.*

23. Σκοτοδινήσας] Lucian. in *Philopſeud.* c. 24. ὡς μὴ σκοτοδινιάσας ἐμπέσοιμι ἐπὶ κεφαλήν. *J.M.G.*

24. Κλεομβρότου] Hic lecto *Platonis* de animae immortalitate libro, praecipitem ſe de ſaxo dedit. *M. du S.*

Κλεομβρότου] Notiſſimum eſt *Callimachi* in eum Epigramma, ſed nimis pulchrum ut non hic adſcribatur. Eſt autem in Antholog. Graeca l. 3. ultimum,

Εἶπας, ἅλιε χαῖρε, Κλεόμβροτος Ἀμβρακιώτης.
Ἦλατ' ἀφ' ὑψίσυ τείχεος εἰς Ἀΐδαν·
Ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακόν, ἀλλὰ Πλάτωνος
Ἓν περὶ τᾶς ψυχᾶς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

J.M.G.

28. Ἐμβροντήτοις] Ἐμβροντήτους Poëtas etiam Lucian. vocat *Timon.* init. *J.M.G.*

Ἐμβροντήτοις] Cur hoc epitheton poëtis tribuatur, vid. ſupra *Hemſterh.* T. I. *Tim.* §. 1. *J.F.R.*

33. Οὐ γὰρ παροπτέος] Solebant ita fere loqui, cum aliquid aut narrari oſtendive ſibi cuperent, aut ipſi narrare aggrederentur. Prioris generis exemplum eſt apud Lucian. in *Scytha* c. 4. ubi Anacharſis ad Toxarin: μὴ φείδῃς ἀθίατον αὐτῶν ἀναῤῥῖψαι. *Necyom.* c. 21. ἀλλ' εἰπέ, καὶ μὴ φείδῃς μου κ. τ. λ. *Contempl.* c. 1. φείσῃ δὲ μου κ. τ. λ. & *Icarom.* c. 3. μὴ δὲ πρὸς φιλίαν μου φείδου. Huc refero obſcuriorem paullo in *Nigrin.* locum c. 6. ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἄν, εἴ οἷόν τε, αὐτῶν ἀκοῦσαι τὸν λόγον. εἰδὲ γὰρ εἰδὲ καταφρονεῖ ΑΥΤΩΝ οἶμαι θέμις, ἄλλως τε κ' ἐμοῦ φίλου ἐμοῦ περὶ τὰ ὅμοια ἱστορικοῦ ὁ βουλόμενος ἀκούειν αὖη. Illud ΑΥΤΩΝ non ad λόγων refero, quod praeceſſerat, ita enim nimis inepte cum iis quae ſequuntur cohaereret: ſed auctorem, parum ad verborum ordinem attentum, quae dicturus erat praecepiſſe quaſi, idemque ſibi voluiſſe exiſtimo, ac ſi dixiſſet, εἰδὲ γὰρ καταφρονεῖ ΤΩΝ ΒΟΥΛΟΜΕΝΩΝ ΑΚΟΥΕΙΝ οἶμαι θέμις κ. τ. λ. neque omnino inſolens eſſe arbitror, ut ex iis, quae ſequuntur, ſuperior expleri oratio debeat. Licet nunc magis fere Cl. *Hemſterhuſii* emendatio mihi placeat. Caeterum propius ad locum qui prae manibus eſt, quadrat, quod eſt apud Comicum in *Ranis* vſ. 512. ubi muliercula Pſeudo Herculi aliquid, quod e re illius eſſet, narratura ita προοιμιάζει, Οὐ μὴ σ' ἐγὼ φείσωμαι ἀπελθόντα. De aliis precibus paſſim Lucianus, quod index docebit. Jam *Herodot.* I, 24. ἐπισῖδε σφι ὕστα δοκίοι φείδεσθαι αὐτόν. *Julian.* Or. v. quae eſt in Deûm matrem, gratias eidem ſe habere ait, ὅτι μὴ φείσεσθαι ὥσπερ τὸ σκέτος πλανώμενον, ſed edocuerit rationem myſteriorum &c. *J.M.G.*

Οὐ γὰρ παροπτέος] Sed verba illa ex *Nigrin.* c. 6. ab *Geſner.* adlegata aliter exponit *Hemſterh.* quem vide. (ſed video ipſum hoc jam notaſſe.) *J.F.R.*

34. Οὐ μικρὸν] Lucian. in *Navig.* c. 11. οὐ μικρὸν οὐδ' ὀλίγον.

converſio, valde te conſpiciendum atque notabilem faciunt. Sed reſpira ab illo malo, & nugas evome, ne quid inde morbi nanciſcaris. CRIT. Sed heus tu, Triepho, quantum eſt unum jugerum, curriculo te hinc aufer, ne ſpiritu in ſublime ſublatus, ſpectaculum multitudini fias, & delapſus alicubi, ut quondam Icarus, Triephonteum pelagus nomine tuo ſignes. Inſigniter enim, quae hodie ex ſacerrimis ſophiſtis audivi, ventrem mihi inflarunt. TRIEPH. Ego vero, quantum voles, retro curram. Igitur reſpira a malo. CRIT. Phy, phy, phy, phy, nugas illas! hem, hem, hem, hem, nefanda conſilia! heu, heu, heu, heu, ſpes vaniſſimas!

3. TRIEPH. Deum immortalem! quantus erat ille flatus, quam nubes ipſas convertit! Cum enim antea vehementi Zephyrus flatu in undas impingeret, Boream jam ſuper Propontide excitaſti, adeo ut funibus

πολεῖν, ἀρίγνωτόν σε καθίστησιν. ἀλλ' ἄμπνευσον τῶ δεινῶ, ἐξέμεσον τὰς ὕβλυς, μή τι κακὸν παθήῃς. ΚΡΙΤ. Σὺ μὲν, ὦ Τριεφῶν, ὅσον πέλεθρον ἀνάδραμε ἀπ' ἐμοῦ, ἵνα μὴ τὸ πνεῦμα ἐξάρῃ σε, καὶ πεδάρσιον τοῖς πολλοῖς ἀναφανῇς· καί σε καλαπεσὼν, Τριεφώντιον πέλαγος [b] καλονομάσῃς, ὡς καὶ Ἴκαρος τὸ πρίν. ἀ γὰρ ἀκήκοα τήμερον παρὰ τῶν τρισκαλαράτων ἐκείνων σοφιστῶν, μεγάλως ἐξώγκωσέ μου τὴν ψδήν. ΤΡΙΕΦ. Ἐγὼ μὲν ἀναδραμοῦμαι ὁπόσον βούλει, σὺ δὲ ἄμπνευσον τῶ δεινῶ. ΚΡΙΤ. Φὺ, φὺ, φὺ, φὺ, τῶν ὕβλων ἐκείνων. ἰὴ, ἰὴ, ἰὴ, ἰὴ, τῶν δεινῶν βουλευμάτων. αἰ, αἰ, αἰ, αἰ, τῶν κενῶν ἐλπίδων.

ΤΡΙΕΦ. Βαβαὶ τοῦ ἀναφυσήματος, ὡς τὰς νεφέλας διέτρεψε. ζεφύρου γὰρ ἐμπνέοντος λάβρου, καὶ τοῖς κύμασιν ἐπωθίζοντος, Βορέην ἄρτι ἀνὰ τὴν Προποντίδα κεκίνηκας, ὡς

[b] Καλωνομάσῃς] Καλωφωνάσῃς *J. Fr. H.* Ceterae recte quod edidimus.

39. Ἀρίγνωτον] Εὐδιάγνωστον. *V.*

ἀκαλαφρόητον πρᾶγμα ὡς δοκεῖς ἀνακυκλῶν. *J.M.G.*

40. Μή τι κακὸν παθήῃς] Hemiſtichion veteris poëtae videtur. An Homeri? *F.G.*

44. Καί σε καλαπεσὼν] Lucian. in *Icarom.* c. 3. μὴ καὶ σύ σε τὸ θαλάσσης καλαπεσὼν Μενίππιόν τι πέλαγος ἡμῶν ὥσπερ ὁ Ἰκάριον ἀπολίπῃς ἐπὶ τῷ σεαυτοῦ ὀνόματι. *J.M.G.* *Heuman.* in Poecil. p. 249. Vertit vult *ſpiritu meo*, ne quis intelligat ſubſtantiam ſpiritualem; ſed *Geſn.* videtur ambiguum ſtudio ſervaſſe. *J.F.R.*

47. Σοφιστῶν] Chriſtianos notari τῶν σοφιστῶν voce, infra apparebit. Caeterum Lucianus *de Mort. Peregr.* c. 13. Chriſtum ipſum σοφιστὴν appellavit: & apud *Prudentium Periſtephan.* 10, 40. Chriſtianis Aſclepiades Syriae Praefectus hoc nominis tribuit: *Quis hos Sophiſtas error induxit novus?* *J.M.G.*

48. Ἐξώγκωσε] Etiam hic Lucianum imitatus eſt noſter, niſi quod paullo modeſtius ille hyperbola utitur, in *Philopſ.* c. 39. τοιοῦτε ἀκούσας ἦσθ', ὥσπερ οἱ τῆ γλυκύτητι πιόντες, ἐμπεφυσημένοι τὰ γαστέρα, ἐμέτου δεόμενοι κ.τ.λ. Simili fere metaphora, ſed alio inſtituto, utitur *Elihu*, *Job* XXII, 18. ſeq. *J.M.G.*

46. Φὺ, φὺ, φὺ] Τὸ φὺ hic pro φεῦ admirantis videtur. *F.G.*

Φὺ — ἰὴ — αἰ] Praeterquam quod pueriles valde exclamationes iſtae; ne Graecum quidem illud φύ. Forſan legendum φεῦ. *M. du S.*

54. Ὡς τὰς νεφέλας — ἐμπνέοντος] Horum verborum omiſſa eſt interpretatio a *Micyllo* ex editione Pariſ. 1615. f. & *Baſil.* 1619. 8. quem ſequuntur Gallus Ablancurtius, & Drakius Britannus. Fingitur autem ructibus Critiae excitatus in Propontide Boreas, quo adverſum tenente, ingredi Euxinum Pontum naves niſi funibus de litore adjutae non potuerint. Nam εἰσπλεῖν πόντον (frequenti praepoſitionis ὡς ellipſi) hic valere ingredi, nemo negabit, niſi ſi quis putet, ſecundo Borea intrari e Propontide Pontum, id eſt, verſus ſeptentrionem navigari poſſe. Sed etiam illud hinc apparet, Critiam, ut excitare halitu Boream poſſet, debuiſſe conſtitutum eſſe eo circiter loco, ubi eſt Conſtantinopolis. Quod quorſum valeat, in diſputatione dictum eſt. §. 26. *J.M.G.*

56. Λάβρου] *Homer.* vox Il. B, 148. Odyſſ. O, 293. *J.M.G.*

57. Προποντίδα] De alia abſurditate non dicam; ſed id rogo; ubinam gentium ſtantes hos facit, ut a flatu alterius Boreas Propontida perflet? Ego ut quod ſentio dicam, Conſtantinopoli hoc ſcriptum puto. Alioqui cur de Propontide ſcriptor cogitarit, non video. Addo votum ejusdem de compeſcendis Scytharum excurſionibus in fine Dialogi; unde ſatis liquet in ea regione habitaſſe, quae iis gentibus vicina eſſet. Vide etiam Nηρ. c. 6. unde conjicio tres hoſce libellos ab eodem viro ſcriptos, qui Lemni habitaret. *M. du S.*

ὡς ἀφ' καλῶν αἱ ὁλκάδες τ Εὔξεινον πόντον οἰχήσουϑ, τ κυμάτων ὑπκυλινδύντων ἐκ τῦ φυσήματος. ὅσον οἴδημα τοῖς ἐγκάτοις ἐνέκειτο. πόσος κορκορυγμὸς, κ) κλόνος τ γαςέρα σε συνετάραττε πολύωπον σεαυτὸν ἀναπέφηνας, τοσαῦτα ἀκηκοώς. ὡς κ), χ τὸ τερατῶδες, κ) ἀφ' τ ὀνύχων ἠκηκόεις. ΚΡΙΤ. Οὐ πρόσδοξόν τι, ὦ Τριεφῶν, ἀκηκοέναι κ) ἐξ ὀνύχων· κ) γὰ κύημην γαςέρα τεθέασαι, κ) κεφαλὴν κύουσαν, κ) ἀνδρείαν φύσιν ἐς γυναικείαν ἐνεργοβατοῦσαν, κ) ἐκ γυναικῶν ὄρνεα μεταβαλλόμενα· κ) ὅλως τερατώδης ὁ βίος, εἰ βούλει πιστεύειν τοῖς ποιηταῖς. ἀλλ' ἐπεί σε πρῶτον κιχάνω τῷ δ' ἐνὶ χώρῳ, ἀπίωμεν ἔνθα αἱ πλάτανοι τ ἥλιον εἴργουσιν, ἀηδόνες [a] δὲ κ) χελιδόνες εὐηχα κελαδοῦσιν, ἵν' ἡ μελῳδία τ ὀρνέων τὰς ἀκοὰς ἐνηδύνουσα, τό, τε naves ingredi Euxinum Pontum cogantur, fluctibus ex tuo ſpiritu magna ſe vi volventibus. Hem quantus tumor tuis ineſſe debuit inteſtinis, quantus ſtrepitus, quae conquaſſatio ventrem tibi conturbavit! auritiſſimum te eſſe demonſtraſti, qui tot ac tanta audieris, adeo ut, ingenti portento, unguibus etiam audiſſe videaris. CRIT. Sed non debebat tibi paradoxum videri, Triepho, ſi quis etiam unguibus audiat; ſiquidem femur uterum vidiſti, & caput praegnans, maris vero naturam in feminam divina vi transeuntem, mutatasque in aves feminas. Et tota adeo vita, ſi Poëtis credas, portentorum plena eſt. Sed cum te primum his poſſum complectier oris, age abeamus eo, ubi ſolem platani arcent, luſciniaeque & hirundines dulciſonis aethera cantibus implent, ut avium aures permulcens

[a] Δὲ] Sic noſtrae, Ts Geſn. Edit.

58. Κάλων] A κάλω χοινίοι, pro κάλως. F. G.

Ibid. Τὸν Εὔξεινον] Τὸ ς excidiſſe videtur Librario. F. G. Sed ſaepe omittitur cum verbis veniendi, maxime *Homero* ut Il. E. 773. Τροίην ἰξον. Plura ex eod. *L. Bos* de Eliſ. p. m. 268. Adde Noſtrum ſupra *Dea Syr.* c. ult. γάμων εἶναι, & *Theogn.* vſ. 1172. — ἥλυθες ἀθανάτους. Quare nihil inſerto τὶς opus erit. *J. F. R.*

61. Πόσος κορκορυγμὸς] Locus videtur expreſſus ex illo *Ariſtoph in Neb.* vſ. 38. ſeq. εἶτ' ἐτεράχθης τ γαςέρα ὁ κλόνος ἐξαίφνης αὐτὴν διεκορκορύγησεν Ubi κλόνος ſecundum Scholiaſten eſt ῥοῖζος τις ὁ εἰλεῖ· διεκορκορύγησε autem ponitur ἀντὶ τῦ ἤχησε — ἢ ἐμιμήσατο τ φωνὴ (ὁ ποιητὴς, ut interpretor) τ ἐντέρων τ ἦχον. *J. M. G.*

62. Πολύωπον] Forte, ut famam finxere. *Virg.* Aen. IV. 181. ſeq.

— *Cui quot ſunt corpore plumae,*
Tot vigiles oculi ſubter, — tot ſubrigit aures.

J. M. G.

Πολύωπον] Ut regibus multas aures tribuit *Xenoph.* quod indico ad Schol. de *Calumn.* c. 5. *J. F. R.*

64. Τερατῶδες] Τὴν τερατώδη παροιμίαν, τὸ τερατῶδες, ἔπος. F. G.

Ibid. Τῶν ὀνύχων] Non reperio apud paroemiographos, quid ſit δι' ὀνύχων vel ἐξ ὀνύχων ἀκούειν. *Jo. Alb. Fabricius* in literis ad *Reimarum*, ἀφ' τ ὀνύχων ἀκούειν, inquit, *dictum de homine qui totus auris, perinde ut Argus oculus totus; qui ἀφ' ὀνύχων videbat.* Quae ſi vera eſt ratio, & quid ni vera ſit? comparandus cum h. l. eſt ille apud Lucian. in *Dear. Judic.* c. 8. ubi optat Paris ὥσπερ Ἄργος ὅλος βλέπειν τῷ σώματι. Item *Catullian.* illud 13, ult.

Quod (unguentum) *tu cum olfacies, Deos rogabis, Totum ut te faciant, Fabulle, naſum.*

Denique illud apud *Ariſtaenetum* epiſt. 1. p. 5. ἐνδιδυμένη τὸ εὐπροσωποτάτην ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται. Sed ſunt hoc genus infinita. Simillimum illud *Plauti Sticho* 5, 5, 20. Ubi perpruriſcamus usque ex unguiculis. *J. M. G.*

66. Κυήμιλον] De Baccho, alludit ad γαστροκτήμιλον. F. G.

Κυήμιλον γαστέρα] Jupiter Bacchum ex ſe conceptum, conflagrantisque Semeles utero ereptum, femori ſuo inſeruit, & exacto legitimo geſtationis tempore edidit. Vid. Lucian. Θ. Δ. IX. Quod autem κτήμιλον *ſuram*, vocat, non μηρὸν, alludit, credo, ad γαστροκτημίας nomen, in quo laſcivit etiam Lucianus V. H. 1, c. 22. Latinus ſermo illum luſum vix admittit. *J. M. G.*

67. Κεφαλὴν κύουσαν] De Minerva. F. G.

Κεφαλὴν κύουσαν] Pallas in cerebro Jovis concepta, quam periculoſo edita partu fuerit, ſuo more deſcribit Lucian. Θ. Δ. VIII. *J. M. G.*

68. Ἀνδρείαν φύσιν] De Salmacide, Scythone, Tireſia, Coeneo, Iphide nota omnia ex *Ovid.* Metamorphoſeon libris: ut & de feminis Alcyone, Philomela & Progne, Pieridibus, Nyctimene, Scylla, &c. in aves mutatis. *J. M. G.*

71. Ἀλλ' ἐπεί σε] *Hom.* Od. N. 228. *M. du S.*

Ἀλλ' ἐπὶ] Ex Od. O, 260. Ὦ φίλ', ἐπεί σε θύοντα κιχάνω τῷ δ' ἐνὶ χώρῳ. *J. M. G.*

80. Ὕπερον] Vulgo nominandi caſus in Lexicis, ab ipſo etiam *Stephano*, poſt quem errare nemo ſibi turpe putat, effertur ὑπέρ, genere maſculino, ſed *Wolfg. Seberus* ad *Polluc* 7, 107. neutro genere rectius ad-

cens cantus, & aqua leni decurrens susurro, animam ipsam tranquillet.

4. TRIEPH. Eamus sane, Critia, sed timeo, ne forte incantatio sit, quod tu audiviſti, & piſtillum aut januam ex me ſciat mirabilis illa tua perculſio. CRIT. Per ego aetherium tibi Jovem juro, non ita futurum. TRIEPH. Amplius etiam terres; cum Jovem dejeraſti. Quam enim ille jurisjurandi religionem violanti poenam infligere poſſit! novi enim te non ignorare, ut tui Jovis res ſe habeant. CRIT. Ain tu? non poſſe autem Jovem in tartarum aliquem mittere? neſcisne tu homo, ut Deos omnes de caeleſti illo pavimento dejecerit, ut Salmonea contra tonantem fulmine olim proſtraverit, & hodienum prout quisque eſt petulantiſſimus proſternat: inde eſt, quod apud Poëtas ut Titanum victor, de-

ὕδωρ ἠρέμα κελαρύζον, τὰς ψυχὰς κηλεῖ.

ΤΡΙΕΦ. Ἴωμεν, ὦ Κριτία· ἀλλὰ δέδια μή τω ἐπῳδὴ τὸ ἠχυσμένον ᾖ, καί με ὕπερον, ἢ θύρετρον, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀψύχων [b] ἀπεργάσῃ ἡ θαυμασία σου αὕτη [c] κατάπληξις. ΚΡΙΤ. Νὴ τὸν Δία τὸν αἰθέριον, ὡς τοῦτο γενήσεται ἐπὶ σοί. ΤΡΙΕΦ. Ἔτι με ἐξεφόβησας, τὸν Δία ἐπομοσάμενος. τί γὰρ ἂν δυνήσαιτο ἀμυνέμεναί σε, εἰ ἀθεμίστως τὸν ὅρκον; οἶδα γὰρ ἔγωγε σὲ μὴ ἀγνοεῖν περὶ τοῦ Διός σου. ΚΡΙΤ. Τί λέγεις; ὁ δυνήσεται ὁ Ζεὺς ἐς Τάρταρον ἀποπέμψαι; ἢ ἀγνοεῖς ὡς τοὺς θεοὺς πάντας ἀπέῤῥιψεν ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου βηλοῦ, καὶ τὸν Σαλμωνέα ἀντιβροντῶντα πρώην καλεκεραύνωσε, καὶ τοὺς ἀσελγεστάτους ἔτι καὶ νῦν· διὰ δὲ τοῦτο καὶ ποιητὴς Τιτανοκράτως καὶ Γιγαντολέτης ἀνυ-

[b] Ἀπεργάσῃται] Hoc praetuli ex *J. Alſ. B1. Fr. S.* Ἀπεργάζεται *P. H.* [c] Κατάπληξις] Κατάπληξις dederat *Solan.* bene. Sed ſine libris hic nihil audeo.

adhiberi docet, quo uſus etiam eſt Lucian. in *Philopſ.* c. 35. ex quo loco illud ſimul diſcimus, non injuria hic metuere Triephontem: fieri enim, ſi DIs placet, poſſe, ut ex piſtillo fiat homo, eo loco docemur: quidni contra piſtillus ex homine? *J. M. G.*

Ibid. Θύρετρον] Θύρετρον, θύραμμα *Heſychio* & *Suidae.* An januae munimentum? *la barre de l'huis.* *F. G.*

Θύρετρον] *Heſychius*, & ex ipſo forte *Varinus*, diſtinguunt ab invicem θύρετρα id eſt θύραι, & θύρετρα, hoc eſt θυράμματα, quae tamen & ipſa vox interdum januam ſeu fores ipſos ſignificat; quanquam etiam *cardines* interdum verti debeat, ut apud τοὺς ὁ 3. *Reg.* VII, 50. Ego crediderim, quidquid etiam de hac diſtinctione, ſuſpecta certe *Stephano* ſit, auctorem praeoculis habuiſſe locum e *Philopſeude* Lucian. jam laudatum, ubi etiam ὁ μόχλος τῆς θύρας mutatus in hominem dicitur. *J. M. G.*

81. Ἀπεργάσῃ — κατάπληξις] Ultimam hanc vocem pro κατάπληξις, ſubſtitui. Rationem emendationis ultimis verbis Triephontis & c. 9. Φιλοψ. lectis, facile intelliges; ex eo enim libello haec omnia palam petita, confer omnia haec cum illius c. 34. 35. & 36. Retineri tamen poteſt vulgata ſcriptura, quia nihil adeo abſurdum eſt, quin ab hoc ſcriptore dici potuiſſe videatur. *M. du S.*

82. Κατάπληξις] Ἀντὶ ἀκούσματος καταπληκτικοῦ· ut apud *Lucret.* 4, 1157. *Magna atque immanis* (amaſia) *κατάπληξις plenaque honoris* a ſaucio amatore vocatur. *J. M. G.*

84. Ἔτι με ἐξεφόβ.] Qui per tale Numen jurat, a quo vindicari perjurium non poteſt, ille non verebitur perjurium committere, ſi nimirum de illius impotentia conſtet. Triepho autem putat, adeo conſtare de Jovis aetherii futilitate Critiae ſuo, ut non dubitaturus ſit, illius ſtramineo numine ad perjurium abuti. Quanto autem rectius hic noſter, quam *Cicero*, qui tanquam e Porticu unus ita diſputat, *Offic.* 3, 29. ut in jurejurando non ad metum Deorum aut iram reſpici debere, dicat. Sed *de ira DEI Lactantius* viderit; nos jam non philoſophamur. *J. M. G.*

85. Ἀμυνέμεναι] Verbum *Homerice* praeter rationem ac neceſſitatem inflexum, ut ante ἀμπνύσσω &c. *J. M. G.*

89. Θεοὺς πάντας] Unde hoc fit? Vulcanum enim ſolum in terram praecipitatum fuiſſe *Homerus* tradit. *F. G.*

90. Θεσπεσίου βηλοῦ] *Hom.* Il. A. 591. & O. 23. *M. du S.* Cetera *Homeri* idem *Solanus* ubique adduxerat, quae & *Geſn.* Quare ea deinde non bis addemus. *J. F. R.*

Ibid. Βηλοῦ] Quid ſit βηλὸς cum de coelo ſermo eſt, diſputatur in *Scholiis min.* ad Il. A, 591. Noſter hic reſpexiſſe imprimis videtur ad Il. O, 23. Hyperbolam enim puto, nec, ubi omnes Deos Jupiter deturbaverit, reperio. Caeterum etiam Lucianus hiſtoriae meminit *Contempl.* c. 1. *J. M. G.*

Ibid. Σαλμωνέα] Salmonei hiſtoriam praeter alios habet *Apollodor.* Biblioth. I, 9, 7. *Virgil.* Aen. VI, 580. *J. M. G.*

93. Τιτανοκράτως] Rem ipſam apud *Homerum* invenies; nomina haec non item. *J. M. G.*

ἀνυμνεῖται, ὡς ἡ πας' Ὁμήρῳ; ΤΡΙΕΦ. Σὺ μέν, ὦ Κριτία, πάντα παρέδραμες τὰ τῆ Διὸς, ἀλλ', εἴ σοι φίλον, ἄκουε. οὐχὶ κύκνος ἦτος ἐγένετο, ἡ σάτυρος δι' ἀσέλγειαν, ἀλλὰ ἡ ταῦρος; ἡ εἰ μὴ τὸ πορνίδιον ἐκεῖνο ταχέως [a] ἐπωμίσατο, ἡ διέφυγε ἂν τὸ πελάγους, τάχ' ἂν ἠροτρία, ἐντυχὼν γεηπόνῳ, ὁ βουληποιὸς, ἡ κεραυνοβόλος σου Ζεὺς, ἡ ἀντὶ τοῦ κεραυνοβολεῖν, τῇ βουπλήγι καλλεντάνυλο. τὸ δὲ ἡ Αἰθίοψι συνευωχεῖας, ἀνδράσι μελαντέροις, ἡ ἢ ὄψιν ἐζοφωμένοις, ἡ ἐς δώδεχ' ἡλίους μὴ ἀφίκαας, ἀλλ' ὑποδεδρεγμένος bellatorque gigantum, imprimis apud Homerum decantatur. TRIEPH. Omnia tu quidem, Critia, Jovis percurristi, sed, nisi grave est, invicem audi. Nonne idem cygnus factus est satyrusque libidinis causa, quin taurus etiam? & nisi celeriter suscepto in humeros scortillo per pelagus aufugisset, forte jam, ab agricola aliquo interceptus araret tuus ille tonitruum effector, fulminumque jaculator Jupiter, & pro eo, quod fulmina dicitur jacere, stimulos sentiret & scuticam. Illud vero non rubore dignum censes, egregie barbatum senem cum Aethiopibus epulas celebrare, *Nigra viris facie & vultibus obtenebratis*, & duodecim totis so-

a Ἐπωμίσατο] Ex emendatione *Kusteri*. Ἐπωμόσαλο Edd. priores.

94. Παρ' Ὁμήρῳ] Atqui apud Homerum nullibi hae voces reperiuntur. *M. du S.*

97. Κύκνος] Notum Epigramma:

Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἵμερτα
Λήδας, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

J. M. G.

99. Ἐκεῖνο] Ego mallem ἐκεῖσε, ut ad Europam referretur. *M. du S.*

Ἐκεῖνο] Verti quasi legeretur ἐκεῖσε, quod est multo concinnius, quanquam non statim, si reliquas auctoris ineptias spectes, verius. *J. M. G.*

Ibid. Ἐπωμόσαλο] Ab ἐπωμόω, vel ἐπωμόζω Interpres. Scribo ἐπωμώσαλο ab ἐπωμόω. *F. G.*

Ἐπωμίσατο] (Secundum Interpret. Lat. legendum erat ἐπωμίσατο ab ἐπωμίζω quamvis hanc vocem in Thes. *Steph.* non reperiam.) *Kust.* Quamvis absurdissima sint in hoc libello omnia; sic ut emendare jubet Cl. *Kusterus*, scripsisse auctorem, dubium nullum esse potest; ideoque invitis libris nostris in textum recepimus. Omnes enim ἐπωμόσαλο habent. *M. du S.*

Ἐπωμόσαλο] Fictum, ut videtur, ad hanc rem ab auctore nostro, vel alio verbum; Lexicographis certe ignotum. Simile apud *Plinium* succollare. *J. M. G.*

Ἐπωμίσαλο] Etsi ter quater ἐπομοσόμεθα & ἐπομόσομαι deinde in hoc Dial. sequuntur; jurandi significatione, & o brevi; hic tamen ipsum factum loquitur, id hic locum non habere; quare *Kustero* ac *Solano* auscultavi: nec enim ratio adparet, cur verbum ab analogia recedens hic fingere libuerit. Nam ἐπωμὶς est superior humeri pars. Vid. *Foës.* *J. F. R.*

1. Ἠροτρία] Ita apud Lucian. *Conc. Deor.* c. 7. seq. Momus ad Jovem, timui, inquit, μή σε καλαβύσῃ τις ξυλλαβὼν, ὁπότ' ἂν ταῦρος ἦς, ἢ τὴν χρυσοχόον τις κατεργάσηται χρυσὸν ὄντα, ἡ αὖτε Διὸς, ἢ ὅρμος, ἢ ἀλλόσιον ἡμῖν γένῃ. *J. M. G.*

4. Κατικαστάσυτο] Forte καλικαστύνυτο a καλακαστίνυμι. *F. G.*

Ibid. Αἰθίοψι] Vix pejus de Jove suo meritus est *Homerus* aliquo in loco, quam Il. A. 423. ubi Jupiter ad Aethiopas profectus XII. dierum convivia cum illis celebrat, post quorum demum finem Thetidi precaturae ad eum aditus conceditur. Vix enim in adulteria Jovis saepius invehuntur, aliaque ejus facinora, gentiles & Christiani, quam istas XII. dierum epulas bono viro invident. Vid. Lucian. *de Sacrif.* c. 2. *Jup. Trag.* c. 37. *Arnob.* contra gentes l. 6. p. 192. Versum hexametrum ἄμιτρον rependisse alio claudicante, sine fraude fuerit. *J. M. G.*

Αἰθίοψι σωσιωχ.] Vid. si operae videtur, *L. Bos* Obs. Crit. p. 129. *J. F. R.*

6. Ἡλίους] Pluralis ille etiam legitur apud *Thucyd.* VII. c. ult. pro aestu radiisve solis, οἱ δὲ ἥλιοι ait, — ἡ τὸ πνίγος ἔτι ἰλύσι. Ubi Cl. *Duker.* alia exempla addit, in quibus & pro radiis, & pro diebus pluralis ἥλιοι ponatur. Sed & alia Graeci interdum in plurali adhibent, quae videntur plur. carere, ut αἱμάτων ap. *Lycophr.* 804. & 1249. Ἀέρων *Diod. Sic.* III. c. 34. ter. Κυναῖς φήμαις. Idem XI. 40. Πίστεις ἐνόρκους. Ibid c. 58. Ταῖς ἀληθείαις *Phal.* Ep. 41. Φυγαὶ ib. Ep. 19. Θανάτους ἢ φυγαῖς *Dion. Hal.* VII. 472. 10. Ἐν ταῖς εἰρήναις *Diod. Sic.* II. c. 41. Προσώποις de facie unius virginis *Achil. Tat.* I. p. 8. Ἵπποις vulgatissimum *Dion. Hal.* VII. 473. pr. & apud quosvis. Ἐλπίδων quod & Latinis usitatum, *Diod. Sic.* p. 297. vs. 7. Ed. *Bas.* & passim. Θελήμασιν *Psalm* CX. 2. *Act.* XIII. 22. *Eph.* II. 3. Sic πλούτοις supra *Icarom.* c. 4. Et *Fugit.* c. 20. *J. F. R.*

7. Ὑποδεδρεγμένος] Non ausim damnare Nominativum. Ne quid de locis Luciani dicam in hac ipsa editione emendatis, statim Ἔνυπν. c. 1. Τοῖς πλείοσιν ἐν ἔδοξε — τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἂν αὐτὸς ἔχειν τὰ ἀρκοῦντα παρὰ τὸ τέχνης. Nempe in optimis quibusque talia invenias. *Herodot.* I, 28. Νησιώτας δὲ τί δοκέεις σύχνους ἄλλο, ἢ — λαβεῖν ἀρώμενοι Λυδοὺς ὦν θαλάσσης. *Aelian.* V. H. 9, 26. Ἤξιε τι αὐτὸν προστάξαι, ὁμοῦ μὴ ἀτυχήσειν αἰτήσας. Ipse canon *Homer.* Il. B, 353.

Φη-

solibus apud eos, vino madentem desidere? Illa enim de aquila & de Ida, & quod impraegnari per totum corpus solet, dicere etiam pudor est.

5. CRIT. Numquid igitur, o bone, per Apollinem jurabimus, medicum pariter atque vatem optimum? TRIEPH. Mendacem illum Prophetam dicis, qui nuper Croesum, & post illum Salaminios, aliosque sexcentos, vaticiniorum ambiguitate pessundedit?

6. CRIT. Quid si per Neptunum, qui trifidum manibus sceptrum tenens, penetrabili voce terribilique tantum in bello clamat, quantum vix novem decemve virorum millia? qui praeterea terrae quassator,

καθεδεῖται παρ' αὐτοῖς, πώγωνα τηλικοῦτον ἔχων, οὐκ αἰσχύνης ἄξια; τὰ δὲ τῆς Διὸς, καὶ τὸ Ἴδης, καὶ τὸ κυοφορεῖν καθ' ὅλου τοῦ σώματος, αἰσχύνομαι καὶ λέγειν.

ΚΡΙΤ. Μῶν τὸν Ἀπόλλωνά γ' ἐπομοσόμεθα, ὃς προφήτης ἄριστος, καὶ [b] ἰητρὸς, ὦ γαθέ; ΤΡΙΕΦ. Τὸν ψευδόμαντιν λέγεις; τὸν Κροῖσον πρώην διολωλεκότα, καὶ μετ' αὐτὸν Σαλαμινίους, καὶ ἑτέρους μυρίους, ἀμφίλογα πᾶσι μαντευόμενον;

ΚΡΙΤ. Τὸν Ποσειδῶνα δὲ τί; ὃς τρίαιναν ἐν ταῖν χεροῖν κραταιὸν, καὶ ἀφάτορόν τι, καὶ καλαπληκτικὸν βοᾷ ἐν τῷ πολέμῳ, [c] ὅσον ἐννεάχιλοι ἄνδρες, ἢ δεκάχιλοι, ἀλλὰ καὶ σει-

b Ἰητρὸς] Sic Edd. lege *Ἰατρὸς*. c Ὅσον] Nihil variant Edd. Ὅσσον *Homer.*

Φημὶ γὰρ ὧν πολλαπλοῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα —
Ἀφράστων ἐπέεσσι· ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Ubi *Eustathius* ἀνακόλουθον quidem & σολοικοφανίστερον agnoscit, sed studio quaesitum ad vim orationi addendam & speciem novitatis. Ὑποδιορυγμόν Lucianeum esse, Index docebit. Est autem diminutivum, ut *pitissare*. Sic *Plaut.* Aul. 3, 6, 36. *Ego te reddam maldidum probe.* *J.M.G.*

Ὑποδιορυγμ. καθιοῦχ] At locus ex *Prometh.* §. 16. ab *Gesn.* in Ed. Philop. adlegatus, meritò etiam *Hemsterhusio* est suspectus. Vid. quae ad *Fugit.* c. 2. notavi. *J.F.R.*

8. Πώγωνα τηλικ.] Barbam etiam promissam Jovi suo objicit Juno, apud Lucian. Dial. *Jovis & Junonis*, quod nihilo secius astragalis cum Ganymede luderet. *J.M.G.*

10. Ἀστῦ — Ἴδης] In aquilam transformatus Jupiter ab Ida monte Ganymedem rapuit. In Idae item montis vertice lascive cum Junone concubuit: quod paullo post iterum tangit noster. *J.M.G.*

Ibid. Κυοφορεῖ καθ' ὅλου τοῦ σώμ.] Τῆς κεφαλῆς ἐς τοῦ μηροῦ. *F.G.*

Κυοφορεῖν] In Dial. *Neptuni & Mercurii*, ille ὗγε, inquit, ὡς ὅλῳ ἡμῖν κυοφορεῖ ὁ γενναῖος, καὶ παιλαχόθι τοῦ σώματος. Jam dictum, in femore Bacchum, in cerebro Palladem a Jove gestatam. *J.M.G.*

13. Προφήτης] Ira etiam *Aristoph.* Plut. vs. 11. ἰατρὸς ὢν ἐς μάττις, ὡς φασὶν, σοφός. Paullo ante λοξίαν vocarat Comicus, unde est ἀμφίλοξος, quod hic apud nostrum statim sequitur. Comparanda quae de λοξία (quasi obliquum dicas) doctissimi Interpretes, ad *Aristoph.* l. c. & quae *Macrob.* Saturnal. I, 17. Lucian. Dial. *Junonis & Latonae* Ἀπόλλων προσποιεῖται μὲ πάντα εἰδέναι, καὶ τοξεύειν, καὶ κιθαρίζειν, καὶ ἰατρὸς εἶναι, καὶ μαντεύεσθαι, & in *Decret. Deorum*, quod ipsorum *Comitiis* subjungit p. 716. cavetur, ne tam multa solus faciat Apollo, sed unum aliquid eligens, aut vatem, aut eitharoedum, aut medicum denique agat. *J.M.G.*

Ibid. Ἰητρὸς] Cur a vulgari lingua hic omnes recedant libri, ego sane non intelligo; servavi tamen. *M.du S.*

14. Ψευδόμαντιν] Lucian. & haec vox est, qui dialogo, quo *Alexandri praestigias* detexit, id nominis fecit. *J.M.G.*

15. Τὸν Κροῖσον διολωλεκότα] Adscripserat *M.V.Le Croze*, Vid. acta Achatii episcopi in actis martyr. sel. p. 140. Non vero satis distincte, ad quae verba id pertineat, quod illo libro destitutus indagare nequeo. *J.F.R.*

Ibid. Κροῖσον] Utrumque oraculum profert Lucian. *Jov. Trag.* c. 20. De Croeso quidem pervulgatum illud, Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν διαλύσει, ubi hostiumne foret imperium, an Croesi, incertum: de Salaminiis autem, ὦ θεία Σαλαμὶς, ὀλεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν, ubi nota Lucianum adjicere, καὶ Πέρσαι γὰρ ἦσαν, καὶ Ἕλληνες, γυναικῶν τέκνα ἦσαν; ut adeo haud obscure applicet ad cladem Salaminiam, qua Persae navali praelio victi sunt: ex *Herodot.* vero 7, 141. seq. *Plut.* in *Themist.* p. m. 212. & omnium copiosissime ex *Oenomao Cynico* apud *Euseb.* Praepar. Euang. 5, 24. de tota historia satis constat. Quid igitur noster sibi vult, cum Salaminios hoc oraculo periisse dicit? Scilicet, superficiariam valde hominis fuisse doctrinam, judicium fere nullum, ex tota commentatione apparet, & nos in dissertatione nostra monuimus. *J.M.G.*

20. Ὅσον..] *Homerus* ὅσσον, metri causa, quod & servari debuit. *M.du S.*

21. Ἐννεάχιλοι] *Hom.* Il. E. 869. & Z. 148. *M.du S.*

Ἐννεάχιλοι] Nescio an hic quoque memoria lapsus sit Auctor, cum tantum Neptuno clamorem tribuit. De Marte enim *Homer.* Il. E, 860.

ὁ δ' ὑπερμενὲς κέκλητο Ἄρης

Ὅσ-

σεισίχθων, ὦ Τριεφῶν, ἐπονομάζεται; ΤΡΙΕΦ. Τὸν μοιχὸν λέγεις; ὃς τὴν τῦ Σαλμωνέως παῖδα, τὴν Τυρὼ, πρώην διέφθειρε, καὶ ἔτι ἐπιμοιχεύει, καὶ ῥύστης καὶ δημαγωγὸς τῶν τοιούτων ὄφθη; ἢ γὰρ Ἄρην ὑπὸ τῦ δεσμῦ περιζόμενον, καὶ δεσμοῖς ἀλύτοις μετὰ τῆς Ἀφροδίτης συνόμνυον, πάντων τε τῶν θεῶν αἰδῶ καὶ [a] μοιχίαν ὑπ' αἰσχύνης σιωπώντων, ὁ ἵππιος Ποσειδῶν [b] ἔκλαυσε δακρυρροῶν, ὥσπερ τὰ βρεφύλλια, τὺς διδασκάλυς δεδιότα, ἢ ὥσπερ αἱ γραῦς, κόρας ἐξαπατῶσαι. ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφαίστῳ λῦσαι τὸν Ἄρεα· τὸ δὲ ἀμφίχωλον τῦτο δαιμόνιον, οἰκτείραν τὸν πρεσβύτην θεὸν, τὸν Ἄρη ἀπηλευθέρωσεν· ὥστε καὶ μοιχός ἐστιν, ὡς μοιχὺς ἐσώσεν.

o Triepho, appellatur. TRIEPH. Scilicet per moechum illum, qui Tyro, Salmonei filiam, olim corrupit, & insuper adulteria committit, taliumque, *& sibi similium* liberator ac patronus est. Martem enim reti captum, & vinculis cum Venere sua indissolubilibus constrictum, omnibus Diis prae pudore tacentibus, equestris ille Neptunus, lacrumis, quales puerorum sunt magistros timentium, aut vetularum puellas decipientium, effusis, deflevit. Instabat autem Vulcano, ut Martem solveret; claudumque illud daemonium misericordia senis Dei Martem dimisit. Moechus itaque ipse est, ut qui saluti moechis fuit.

ΚΡΙΤ. Ἑρμείαν δὲ τί; ΤΡΙΕΦ. Μή μοι τὸν κακόδυλον, τῦ ἀσελγεστάτυ Διὸς, καὶ τὸν ἀσελγομανῦντα ἐπὶ τοῖς μοιχικοῖς.

7. CRIT. Quid si per Mercurium? TRIEPH. Apage vero pessimum illum libidinosissimi Jovis administrum, ipsumque stuprorum cupiditate ac pruritu insanientem.

ΚΡΙΤ. Ἄρεα δὲ καὶ Ἀφροδίτην οἶδα μὴ ὑποδεδέχεσθαί σε, ἀφ' ὃ προδιεβλήθην πρώην ὑπὸ σῦ. ὥστε ἐάσωμεν τύτυς. καὶ Ἀθηνᾶς ἔτι ἐπιμνησθήσομαι, καὶ παρθέ-

8. CRIT. Martem Veneremque te non accepturum jam praevideo, cum modo eos contumelia affeceris. Igitur mittamus hos. Sed Minervae adhuc mentionem faciam, vir-

a Μοιχίαν] Hoc praeferunt Edd. vett. Μοιχάν S. & *Amst.* b Ἔκλαυσε] Bene correxit *Solan.* Ἔκλυσεν Edd. priores.

Ὅσσον τ' ἐνισάχιλοι ἐπίαχον ἠὲ δυσάχιλοι.

Quid igitur ad hunc Stentor? Il. E, 786.

Ὃς τόσον αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα.

Caeterum ἐνοσίγαιος, & ἐνοσίχθων saepius apud Homerum: ita autem appellarunt veteres Graeci Neptunum, quod terrae motus, aquarum subter in terrae cavis undantium fluctibus accidere putarent, quorsum vid. *Gell.* N. A. II, 28. *J.M.G.*

22. Σεισίχθων] Non est *Homerica* vox, sed vere tamen. Homero passim ἐνοσίχθων & ἐνοσίγαιος. *M. du S.*

24. Τὴν Τυρὼ] Vide Lucian. Dial. *Neptuni* & *Enipei.* *J.M.G.*

25. Δημαγωγὸς] An προαγωγός; *F.G.*

Δημαγωγὸς] Demagogi enim non tantum vi injusta oppressis auxilio erant, sed saepe, ut major esset apud populum gratia, etiam qui malo digni essent, poenae subtrahebant, quale etiam in Romana rep. improbos Tribunos plebis, aliosque, qui populares videri vellent, videmus interdum molitos. Et pridem ex *Budaeo* observavit *H. Stephan.* de verbo δημαγωγεῖν, latius patere ejus significationem, & simpliciter pro *concilio*, seu *allicio*, sive *emereor gratiam*, poni. Fabula ipsa est apud *Homer.* Od. Θ, 268. Lucian. Θ. Δ. 17. *Ovid.* Art. Am. 2, 561. seq. Amores Neptuni recensentur *Clem. Alex.* Protr. p. 20. Quam inepte cohaereat narrationis hujus filum in disputatione jam indicatum §. 25. *J.M.G.*

30. Ἔκλαυσε] Antea in omnibus legebatur ἔκλυσε, quod palam corruptum rejecimus. Sententia lecta emendationis rationem satis aperiet. *M. du S.*

Ἔκλυσε] Alludit ad mare quod terram inundat. *F.G.* Nexus non admittit hanc adlusionem. Sed *Solani* conjectura vera est: neque quisquam dubitabit κλαίειν τινὰ recte dici, qui legerit *Homer.* Il. Ω. 511. — κλαῖεν ἑὸν πατρί' — αὐτὰρ Πάτροκλον. Et *Aelian.* V. H. VI. 1. νεκρὸν κλαίειν. Ignoscet ergo Cl. *Gesner.* quod versionem hic mutaverim. *J.F.R.*

33. Ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφ.] Odyss. Θ. 354. *M. du S.*

35. Πρεσβύτην] Πρεσβύταλον θεῶν vocat ipse Jupiter Od.

virginis armatae, terribilisque Deae, quae Gorgonis caput pectori praefixum gerit, Gigantesque olim confecit. Contra hanc enim dicere nihil habes. TRIEPH. Quin contra hanc etiam non nihil dicam, si respondere voles. CRIT. Cedo, quidquid placuerit. TRIEPH. Dic mihi igitur, Critia, quae est Gorgonis utilitas, & cui bono pectus ea munit Pallas? CRIT. Ut terribili quodam spectaculo, malisque averruncandis apto. Quin terret etiam hostes, victoriamque ut lubitum fuerit ab una parte inclinat ad alteram. TRIEPH. Num hac etiam causa invicta est Pallas? CRIT. Utique. TRIEPH. Cur autem non iis qui servare possunt potius, quam qui ipsi servantur, taurorum cremamus aut caprarum femora, ut nos etiam invictos, quemadmodum Pallada, praestent. CRIT. Sed non habet Gorgo vim illam eminus adjuvandi, quam habent Dii, sed si quis eam praeferat, tum vero prodest.

9. TRIEPH. Sed quid tandem rei est Gorgo? vellem enim ex te audire, qui invenisti talia & exquisitissime pertractasti: ego vero praeter nomen omnia ejus ignoro.

45 τὸν, τὸ ἐνόπλιον, ἢ καλλιπλοκάμου θεᾶς, ἣν ἡ τῆς Γοργόνος κεφαλὴν ἐν τῷ στήθει θεὶς ἀπετέλεσε, τὸν τῶν Γιγαντολέτιν θεόν. ἐγὼ γὰρ ἔχεις τί λέγειν πρὸς αὐτῆς. ΤΡΙΕΦ. Ἐρῶ σοι καὶ πρὸς ταύτης, ἢν μοι ἀποκρίνῃ. ΚΡΙΤ. Λέγε ὅ, τι γε βούλει. ΤΡΙΕΦ. Εἰπέ μοι, ὦ Κριτία, τί τὸ χρήσιμον τῆς Γοργόνος, καὶ τί τῷ στήθει τοῦτο ἡ θεὰ περίκειται; ΚΡΙΤ. Ὡς φοβερόν τι θέαμα, καὶ ἀποτρεπτικὸν τῶν δεινῶν. ἀλλὰ καὶ καλλιπλόκαμον τὴν πολεμίαν, καὶ ἑτεραλκέα τὴν νίκην ποιεῖ ὅπου γε βούλεται. ΤΡΙΕΦ. Μῶν καὶ διὰ τοῦτο ἡ Γλαυκῶπις ἀκαταμάχητος; ΚΡΙΤ. Καὶ μάλα. ΤΡΙΕΦ. Καὶ διὰ τί δὴ τοῖς σώζειν δυναμένοις, ἀλλὰ τοῖς σωζομένοις, μηρία καίομεν ταύρων, καὶ αἰγῶν, ὡς ἡμᾶς ἀκαταμαχήτους ἐργάσωνται, ὥσπερ τὴν Ἀθηνᾶν; ΚΡΙΤ. Ἀλλ' οὐ μία γε ῥόπη ἐπιβοηθεῖν, ὥσπερ τοῖς θεοῖς, ἀλλ' εἴ τις αὐτῇ ἐπιφέροι.

ΤΡΙΕΦ. Καὶ τί τόδ' ἐστίν; ἐθέλω γὰρ καὶ σοῦ εἰδέναι, ὡς ἐξευρημένα τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐς μάλιστα καλλωπισμένα. ἀγνοῶ γὰρ πάντα τὰ κατ' αὐτὴν, πλὴν γε τοῦ ὀνό-

c Τὸν Γιγαντολέτιν] Sic omnes. d Γε βούλει] Καὶ βούλῃ Ed. Gesn. e Μηρία] Μηρία male J. & V2. non cett. f Παρὰ] Bene J. S. &c. Περὶ P. H.

Od. N, 142. Vid. *Spanh.* ad *Aristoph.* Plut. 1051. ubi πρεσβύτιναι θεαί. *J.M.G.*

38. Μή μοι] Ellipsis τοῦ λέγε vel similis; ita fere *chorus* apud *Sophoclem*, *Ajac. Flagellif.* 192. μὴ, μή μ' ἄναξ κ. τ. λ. ubi Scholiasta: τὸ πλῆρες, μὴ, μή μοι. *Aristoph.* Equit. 19. μή μοι γε, μή μοι, μὴ ἀφοσκανδικίσῃς. Sed respexisse proprie videtur auctor *Aristoph.* Nεφ. 83. seq. ΦΕΙ. Νὴ τὸν Ποσειδῶ τουτονὶ τὸν Ἵππιον. ΣΤΡ. Μή μοι γε τοῦτον μεθεμένως τὸν Ἵππιον. *J.M.G.*

39. Κακόδαλον] Lepide miseram servitutis suae conditionem, apud matrem deplorat Mercurius in Dial. *Majae* & *Mercurii*. *J.M.G.*

40. Ἀσελγομαι.] Specimen ejus ἀσελγομανίας habes Od. Θ, 335. seq. Lucian. Dial. *Apoll.* & *Mercur.* *J.M.G.*

27. Hic vero uno omnes animo multis me objurgare, &, si vis, jam ea adjiciam, quae quasi columnam elinguem me fecere, donec salutaris illa tua allocutio jam saxea membra resolvit, hominique me restituit. TRIEPH. Quin tace, Critia, neque nugas extende amplius. Vides enim ut mihi venter intumuerit, & tanquam uterum gestem. Tuis quippe sermonibus ut a rabido cane morsus sum. Atque nisi sumta procurandae oblivioni medicina conquiescam, ipsa rei recordatio in me permanens, metuo ne magnum mihi malum conciliet. Hos igitur omitte, precationemque a patre inciopiens, multisque refertum nominibus carmen ad finem superaddens.

28. Sed quid istuc? Non iste Cleolaus est, qui magnis adeo citatisque gressibus huc descendit? Inclamabimusne hominem, Critia. CRIT. Omnino. TRIEPH. Cleolae,

Ne praetercurras pedibus nos, praetereasve: Accede, salve, si quid apportas novi.

CLEOL. Vos vero salvete ambo, nobile amicorum par. TRIEPH. Quaenam est ista

27. Ἕνα θυμὸν ἔχοντες] *Hom.* Il. N. 487. *M. du S.*

Ἕνα θυμὸν ἔχοντες] Suspicabatur Cel. *Heumannus*, ἅπαντα θυμὸν ἐχόντες. Supersest, ut addicant libri, sine quibus in tolerabili sententia nihil mutem. *J. M. G.*

Ibid. Θυμὸν] *Iram* volebat verti *Heum.* Poec. 249. bene, si ἐχόντες legas, minus recte si vulgatum serves. *J. F. R.*

32. Σίγα, ὦ Κριτία] Poteratne autem aliquid in dramatico genere esse absurdius, quam post magna prooemia & ingentissimarum promissionum hiatus, denique, cum ad ipsam rem perventum est, frustrari lectores, & dimittere longe quam fuerant incertiores, quid nam tantis dignum hyperbolis cothurnisque fuerit. Κενὰς quidem ἐλπίδας, & ὕθλους forte vidimus, sed ubi διὰ βαλιώματα, quorum aeque mentio facta c. 4. Si quid tamen licet conjicere, ipsam forte mortem Juliano portendi dixerunt Sophistae, quos noster appellat, quo referenda sunt, quae §. 35. diss. nostrae diximus. Hoc itaque ut nimis mali ominis & blasphemum plane reticet. Inde forte est quod Critias deinde vitam longam spondet Imperatori, quanquam id alia etiam de caussa poterat fieri. *J. M. G.*

33. Ὡς ἐξώγκωται] Nimirum quod ante in Critia effecerant nugae Sophistarum, id jam in Triephonte producunt. Illud de morsu canis rabidi est etiam in fine *Nigrini*, item *Philopseudis*, ubi etiam de ventre auditis nugis inflato ita Lucian. p. 353. τοιαῦτα ἀκούσας, ἦκον ἐγὼ τὴν Δίαν, ὥσπερ οἱ τῷ γλεύκει πιόντες, ἐμπεφυσημένοι τὴν γαστέρα, ἰμάτιον διόμενοι, ὑθλους δ' ἂν πόθεν ἐπὶ πολλῷ ἐπριάμενοι λαθιδαίου τι φάρμακον, ἂν ἤκουσα, ὡς μή τι κακὸν ἐργάσηταί μοι ἡ μνήμη αὐτῶν ἐνοικοῦσα. Quod est de ultimo verbo, conf. *Abdicat.* c. 6. ἐγὼ γὰρ ἁπλοῦν, οὐδ' ἐπιπόλαιον τὸ μανίας τοῦτο, ἀλλά τι παλαιὸν ὑποκυροῦν ἐν τῇ ψυχῇ κακὸν ἀπῳήκει. κ. τ. λ. *J. M. G.*

39. Τὴν εὐχὴν ἀπὸ παιδὸς] *Nic. Rigaltius* ad *Tertull.* de Oratione non procul ab initio, *notam etiam*, inquit, *Luciano fuisse dominicae orationis formulam, declarant ista Triephontis ad Critiam*; & deinde haec verba subjungit. Cui merito assentitur Cel. *Fabric.* Bibl. Gr. 4, 16. p. 504. *J. M. G.*

40. Πολυώνυμον ᾠδὴν] Vid. *Th. Smith.* de hymno matutino Graecorum, in miscel. p. 139. *M. V. La Croze.*

Πολυώνυμον ᾠδὴν] Per hanc intelligit *Joh. Gregorius* clausulam Orationis dominicae: *quia tuum est regnum* &c. Observationum Sacrarum c. 38. quem tamen falli, praeclare notavit *J. Alb. Fabricius* l. c. & mavult intelligi δοξολογίαν aliquam veterem, ut est v. g. *Clementis Alexandrini*. Deinde in *Bibliographia antiquaria* c. x1. p. 368 ubi de Christianorum hymnis exponit, *Ode Polyonymos*, inquit, *cujus meminit Lucianus, sive quisquis auctor, in Philopatride, nihil aliud est quam*

ista tua festinatio, multum enim anhelas! Ecquid forte novi factum est? CLEOL.

Cecidit supercilium celebre Persicum:
Caderetque Susa mox, urbs inclyta:
Arabumque tellus tota mox cadet
Valida manu victoris atque robore.

29. CRIT. Hoc est illud,

Nunquam bonos piosque negligit Deus,
Sed auget, ornat, in bonisque collocat.

Nos vero, Triepho, in optima incidimus tempora. Angebar enim, quid, cum moriendum esset, liberis meis testamento relinquerem. (Nosti enim mendicitatem meam, ut ego tua.) Jam vero hoc satis est liberis, vita Imperatoris: ita enim nec divitiae nobis deerunt, neque gens ulla ad terrorem nobis incutiendum valebit. TRIEPH. Et ego, Critia, haec relinquo liberis, ut videant Babylona perditam, Aegyptum sub jugum redactam,

Persarum gnatos servili pondere pressos,

excursiones Scytharum repressas, utinam omnino praecisas. Nos vero ignotum qui est Athenis Deum a nobis inventum ado-

50 ἀθυμαίνεις γὰρ ὀλίγου. μῶν τι καινὸν γέγραπται; ΚΛΕΟΛ.

Πέπτωκεν ὀφρὺς ἡ πάλαι βοωμένη Περσῶν·
Καὶ Σοῦσα κλεινὸν ἄστυ.
Πέσῃ δ' ἔτι γε πᾶσα χθὼν Ἀραβίας,
Χειρὶ κρατοῦντος εὐδενωτάτῳ κράτει.

ΚΡΙΤ. Τοῦτ' ἐκεῖνο, ὡς
Ἀεὶ τὸ θεῖον οὐκ ἀμελεῖ τ' ἀγαθῶν,
Ἀλλ' αὔξει, ἄγον ὀρθὴ τὰ κρείττονα.

ἡμεῖς δὲ, ὦ Τριεφῶν, τὰ κάλλιστα εὑρηκότες ἐσμέν. ἐδυσχέραινον γὰρ ἐν τῇ ἀποδιώσει τί τοῖς τέκνοις καταλιπεῖν ὀλίγα θήκαις. οἶδας γὰρ τὴν ἐμὴν πενίαν, ὡς ἐγὼ τὰ σά. τοῦτο ἀρκεῖ τοῖς παισὶν, αἱ ἡμέραι τοῦ αὐτοκράτορος· πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ [a] ἐκλείψει, οὐδ' ἔθνος ἡμᾶς ὑποπτήσει. ΤΡΙΕΦ. Κἀγὼ, ὦ Κριτία, ταῦτα καταλείπω τοῖς τέκνοις, ὡς ἴδωσι Βαβυλῶνα ὀλλυμένην, Αἴγυπτον δουλευμένην, τὰ τῶν Περσῶν τέκνα δούλειον ἦμαρ ἄγοντα, τὰς ἐκδρομὰς τῶν Σκυθῶν παυομένας, [b] εἴτ' οὖν οὐ ἀναχοπομένας. ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις Ἄγνωστον ἐφευρόντες, καὶ προσκυνήσαντες, χεί-

a Ἐκλείψει] Restitui ex *Pell.* & *B1. 2.* Ἐκλήψει male *Fl. J. Ald. Fr. H. S.* Ἐκλίψει *Amst.* b Εἴτ'] Sic vett. Εἰθ' *S.* & *Amst.* Εἴ τ' *Fl.* discretim.

quam doxologia &c. Ita πολυώνυμον ὠδὴν vocaveris τὴν μεγάλην δοξολογίαν, ut vocatur, quae tum alias, tum accurate imprimis, & cum variantium lectionum notatione, edita est a *Th. Smith*, in calce libri Anglice editi, *an account of the Greek Church*, ubi statim ab initio canit Ecclesia: Αἰνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, δοξολογοῦμέν σε, εὐχαριστοῦμέν σε, κ. τ. λ. Ἐπῳδὴς πολυωνύμου meminit Lucian. *Philopsi.* c. 17. magicum carmen intelligens. *J.M.G.*

42. Ἀλλὰ] Fingitur interventu Cleolai sermo interrumpi. *J.M.G.*

46. Μή τι θεοδιδάκτης] Vid. §. 21. differt. Studui hic quidem, nequid in interpretatione hujus versus inepto Poëtae concederem. *J.M.G.*

Ibid. Μηδὲ παρέλθῃς] Ex Tragico aliquo, ut mihi videtur; nisi forsan, uti & sequentia, hujus ipsius, quisquis demum est, & haec sint. *M.du S.*

49. Καλὴ ξυναρπὶς] V. diss. §. 28. *J.M.G.*

52. Πέπτωκεν ὀφρῦς] Iterum Jambi, sed interrupti. De re ipsa vid. omnino §. 33. & 34. differt. Non puto autem opus esse, ut ὀφρῦν peculiariter de urbe quacumque capiamus, ut Palmyram intelligebat Crozius. Vid. diss. §. 24. Ὀφρῦς, *supercilium*, est superbia e rebus gestis & felicitate superioris temporis contracta. *J.M.G.*

53. Σοῦσα] Quia sub Trajano a Cassio Seleucia & Ctesiphon captae sunt & incensae, sunt qui eo tempore scriptum hunc dialogum putent; sed illi ad sexcenta recentiora non attenderunt. *M.du S.*

Ibid. Ἄστυ] Τὸ Περσίδι hic deesse videtur. *F.G.*

54. Ἀραβίας] Τὸ A in Ἀραβίᾳ anceps. *Propert. Aut si qua Arabiae lucet bombyce puella.* *F.G.*

64. Πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἐκλήψει] Sic recentiores. Scribe cum prioribus ἐκλείψει. *J.J.*

65. Ἐκλήψει] Plerique libri ἐκλήψει; quod sic ego mutavi. *M.du S.*

67. Βαβυλ. ὀλλ. Αἴγ. δουλ.] Stabat adhuc Luciani aetate Babylon antiqua. Vid. Ἔπισκ. c. 23. & Εὐχ. c. 34. Audi tamen, quid *Bochartus* ex *Plin.* VI. 26. & *Strabone* XVI. proferat, quo Seleuciam intelligi probet, cum ea aetate & deinceps Babylon nominatur. *M.du S.*

69. Δούλιον ἦμαρ] Il. Z, 463. — ἀμύνειν δούλιον ἦμαρ. & ante 455. ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας. *J.M.G.*

72. Ἐφευρόντες] Quo jure autem dicit Triepho, modo repertum ab ipsis esse *ignotum Athenis Deum*, cum jam

χεῖρας εἰς ὐρανὸν ἐκτείναντες, τύτῳ εὐχαριστήσομεν, ὡς καλαξιωθέντες τοιύτυ κράτυς ὑπήκοοι γενέσθαι· τὰς δὲ λοιπὰς, ληρεῖν ἐάσωμεν, ἀρκεθέντες ὑπὲρ αὐτῶν εἰπεῖν, τὸ, Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ, καὶ τὴν παροιμίαν.

[ᵃ Οὕτως ὁ λόγος ἔοικε εἶναι τῦ Λυκιανῦ.]

rantes, manibus in caelum sublatis eidem gratias agemus cum tam excellenti potestati ut subjecti essemus, digni fumus ab ipso habiti. Reliquos autem nugari finamus, satisque habeamus illud de iis dicere, quod est in proverbio: non est curae Hippoclidi.

ΧΑΡΙΔΗΜΟΣ, Η ΠΕΡΙ ΚΑΛΛΟΥΣ.

CHARIDEMUS, SIVE DE PULCHRITUDINE.

ΕΡΜΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΧΑΡΙΔΗΜΟΥ.

HERMIPPI ET CHARIDEMI.

ΕΡΜ.

Περιπάτυς ἔτυχον χθὲς, ὦ Χαρίδημε, ποιύμενος ἐν τῷ προαστείῳ, ἅμα μὲν ἀναπαύσεως τῶν ἀγρῶν χάριν ἀπολαύσων, ἅμα δὲ (ἔτυχον γάρ τι μελετῶν,) ἡσυχίας δεόμενος. ἐντυγχάνω δὴ Προξένῳ τῷ Ἐπικράτυς. προσειπὼν δὲ ὥσπερ εἰώθειν, ἠρώτων ὅθεν τε πορεύοιτο, καὶ ὅποι βαδίζοι, ὁ δὲ ἥκειν μὲ ἔφη καὶ αὐτὸς ἐκεῖ πολυμυθίας χάριν, ἥπερ εἰώθει πρὸς τὴν ὄψιν γίνεσθαι τῶν ἀγρῶν, ἀπολαύσων δὲ καὶ τύτυς ἐπιπνεύσης εὐκράτυ καὶ κούφης αὔρας, ἀπὸ συμποσίυ μάλιστα καλλίστυ γεγονότος ἐν Πειραιεῖ, ἐν Ἀνδροκλέυς τῦ Ἐπιχάρυς, τὰ ἐπινίκια τεθυκότος Ἑρμῇ· ὅτι δὲ βιβλίον ἀναγνὺς ἐνίκησεν ἐν Διασίοις.

I FOrte evenit heri, Charideme, ut inambularem in suburbano, partim animi in agro reficiendi causa, partim quod quietis (commentabar enim aliquid) indigerem. Incido autem in Proxenum Epicratis F. eumque pro more salutatum interrogo, unde veniat? quorsum eat? Ille venire se ait ipsum quoque voluptatis causa, quae ad agrorum conspectum solet existere, fruique velle temperata illa levique, quae illis adspiret aura, venire autem e convivio praeclarissimo, quod celebratum dicebat in Piraeeo, apud Androclem Epicharis F. qui rem sacram fecerit Mercurio victoriae causa, quam libro praelegendo Jovialibus ludis retulerit.

2. Hic

ᵃ Οὕτως &c.] Haec verba exhibet *Fl.* At *J. Ald. H. S. B. Fr.* Οὕτως ὁ λόγος νοθεύεται τῦ Λυκιανῦ. ΧΑΡ. Η ΠΕΡΙ ΚΑΛ.] Sic & *Coll.* cum *Fl. B. Ald. Fr. P. S.* ΕΡΜΙΠ. ΚΑΙ ΧΑΡ.] Ita *B1. 2.* Omittunt cett. *P.*

jam supra c. 18. per eundem juraverit Critias, idque eo tempore, cum quaereretur numen, per quod jurari valide posset; quod tamen, tanquam obiter dictum, silentio transmittebat Triepho. An ex hodierno Gallorum idiomate sensus est: *allons trouver le Dieu inconnu d'Athénes?* *J. M. G.*

73. Εὐχαριστοῦμεν] (Est vox minime Lucianea, i. e. Attica) *Kust.* Apud idoneum Auctorem nusquam reperiri pronunciat *Thomas Magister*, v. χάριν οἶδά σοι. quod aliquatenus verum est; extat tamen in *Arriani* ad Epict. comment. p. 64. B. 77. C. ut & Εὐχάριστος p. 64. B. C. *M. du S.*

74. Τοιύτυ κράτυς] Pro Imperatore ipso ponitur κρατός. Ita etiam *Nazianzenus* Epist. 183. p. 893. τῷ παρόντι κράτει, id est Imperatori, τὰ τῦ κράτυς, quae sunt Imperatoris, praestari jubet. *J. M. G.*

77. Οὐ φροντὶς Ἱπποκλ.] Eodem adagio, quod est ab *Erasmo* explicatum, *Apologiam pro Mercede Conductis*

2. Hic dicebat tum alia multa urbane facta esse & venuste, tum *illud*, *quod* pulchritudinis laudes a viris dictae sint: eas se referre non posse, quum senectutis vitio oblitus esset, qui praesertim non diu sermonibus illis interfuerit, te vero relaturum facile, qui & ipse dixisses laudationem, & toto convivio animum aliis attendisses. CHAR. Facta sunt ista, Hermippe. Verum nec mihi facile est persequi accurate omnia. Neque enim audire licebat omnia, quod strepitus ingens esset a ministris pariter atque a convivis; cum alioquin inter res sit difficillimas meminisse sermonum in convivio habitorum: scis enim quam oblivioſos *ea res* faciat illos etiam qui praestantissima memòria sunt praediti. Verumtamen tua causſa, ut potero, narrare conabor, nihil omissurus eorum, quae in mentem mihi venerint.

3. HERM. Equidem jam horum causſa, *quae promittis*, gratiam tibi habeo. Sed si totam mihi ab initio inde rationem reddas, quis liber fuerit, quem recitavit Androcles, quem vicerit, qui fueritis, quos ad coenam vocavit; sic demum solidam a me gratiam inieris. CHAR. Liber fuit laudatio Herculis, insomnii monitu, ut dicebat, ab illo scripta. Vicit Diotimum Megarensem, qui cum illo de adorea vel de gloria potius contendit. HERM. Quid ille recitavit? CHAR. Castorum laudationem: dicebat autem se quoque magnis ipso-

Ἔφασκε δὴ ἄλλα τε πολλὰ γεγενῆσθαι ἀστεῖα, καὶ χαρίεντα, καὶ δὴ καὶ κάλλους ἐγκώμια εἰρῆσθαι τοῖς ἀνδράσιν, ἃ ἐκεῖνον μὲν μὴ δύνασθαι εἰπεῖν ὑπὸ τε γήρως ἐπιλελησθμόν, ἄλλως τε δὲ, καὶ οὐκ ἐπιπολὺ λόγων μεμελεχηκότα· σὲ δ' ἂν ῥᾳδίως εἰπεῖν, ἅ τε καὶ αὐτὸν ἐγκεκωμιακότα, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι ὅλον τὸ συμπόσιον προσεσχηκότα τὸν νοῦν. ΧΑΡ. Γέγονε ταῦτα, ὦ Ἑρμιππε. καὶ μὴν γε οὐδ' ἐμοὶ ῥᾴδιον ἐπ' ἀκριβείας ἅπαντα διεξιέναι. οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν πάντων ἀκούειν, θορύβου πολλοῦ γινομένου, τῶν τε διακονουμένων, καὶ τῶν ἐστιωμένων, ἄλλως τε καὶ τὰ δυσχερέστερον μεμνῆσθαι λόγους ἐν συμποσίῳ γενομένους. οἶσθα γὰρ ὡς ἐπιλήσμονας ποιεῖ καὶ τοὺς λίαν μνημονικωτάτους. πλὴν ἀλλὰ σὴν χάριν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, τὴν διήγησιν πειράσομαι ποιεῖσθαι, μηδὲν παραλείπων ὧν ἂν ἐνθυμηθῶ.

ΕΡΜ. Τούτων μὲν δὴ ἕνεκα, οἶδά σοι χάριν. ἀλλ' εἴ μοι τὴν πάντα λόγον ἐξ ἀρχῆς ἀποδοίης, ὅ, τι τε ἦν ὅπερ ἀνέγνω βιβλίον Ἀνδροκλῆς, τίνα τε νενίκηκε, καὶ τίνας ὑμᾶς εἰς τὸ συμπόσιον κέκληκεν, ἵνα οὕτως ἂν ἰκανὴν καλαθοῦ τὴν χάριν. ΧΑΡ. Τὸ μὲν δὴ βιβλίον ἦν ἐγκώμιον Ἡρακλέους ἐκ τινὸς ὀνείρατος, ὡς ἔλεγε, πεπαιμένον αὐτῷ, νενίκηκε δὲ Διότιμον τὸν Μεγαρόθεν, ἀνταγωνισάμενον αὐτῷ περὶ τῆς ἀσταχύων, μᾶλλον δὲ περὶ δόξης. ΕΡΜ. Τί δ' ἦν ὃ ἐκεῖνος ἀνέγνω βιβλίον; ΧΑΡ. Ἐγκώμιον τῶν Διοσκούρων. ἔφασκε δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ μεγάλων κινδύνων ὑπ'

His Lucianus concluſit. *J.M.G.*

78. Οὗτος] Rejecit hanc notam Ed. P. in quibusdam ita adſcribitur, ut an ad praecedentem libellum an ad ſequentem referri voluerint, neſcias. Mos receptus ad ſequentem referre jubet. ſed vide notam noſtram ad ſimile Scholium fini ſequentis opuſculi additam; unde patebit & hoc ad praecedentem Dialogum referri debere. *M. du S.*

ΧΑΡΙΔΗΜΟΣ] Non eſſe hunc libellum Luciani, auſim contendere, ſed Scholaſticam alicujus declamationem prope puerilem, cujus rei documenta quaedam e ſtilo petita mox dabimus, nempe inſignia, ne quis ſola putet. *J.M.G.*

15. Ἐν Διοσκούροις] Vid. *Bourd.* not. & Scholia ad Τιμ. c. 5. & Ἰκαρ. c. 24. *M. du S.*

Ἐν Διοσκούροις] In marg. P. additum: feſta Jovis fuere Athenis Diaſia, ἀπὸ Διὸς φυγεῖν αὐτοὺς ἰκέτας τοὺς ἀστοὺς, ut *Suidas* ait, appellata: & hanc forſ. *Bourdelotii* notam intelligit *Solanus*; nam aliam ejusdem hic non invenio. Sed ſupra T. I. *Tim.* c. 7. N°. 18. aliquid de Διοσκούροις dixit, ubi & Cl. *Hemſterh.* conſulas. *J.F.R.*

44. Περὶ τῶν ἀσταχύων] Quales ludi in Provincia Gallica ſatis antiqui, *Florales* dicti, quibus de carminum laude certatur, praemiumque eſt flos aureus. *M. du S.*

ὑπ' ἐκείνων σεσωσμένος, ταύτην αὐτοῖς καταθεῖναι τὴν χάριν· ἄλλως τε καὶ ὑπ' ἐκείνων ἀναγκεκλημένος, ἐπ' ἄκροις ἴσως οἶμαι τοῖς ἐσχάτοις κινδύνοις φανέντων.

Παρῆσαν μὲν οὖν τῷ συμποσίῳ καὶ ἄλλοι πολλοί, οἱ μὲν συγγενεῖς αὐτῷ, οἱ δὲ καὶ ἄλλως συνήθεις· οἱ δὲ λόγου τε ἄξιοι, τό, τε συμπόσιον ὅλον κεκοσμηκότες, καὶ κάλλους ἐγκώμια διελθόντες, Φίλων τε ἦν ὁ Δεινίου, καὶ Ἀριστιππος ὁ Ἀγαθένους, καὶ τρίτος αὐτός· συγκατέλεκτο δὲ ἡμῖν καὶ Κλεώνυμος ὁ καλὸς, ὁ τοῦ Ἀνδροκλέους ἀδελφιδοῦς, μειράκιον ἁπαλόν τε καὶ τεθρυμμένον· νεανικὸν μέντοι γε ἐδόκει ἔχειν. πάνυ γὰρ προθύμως ἠκροᾶτο τῶν λόγων. πρῶτος δὲ ὁ Φίλων περὶ τοῦ κάλλους ἤρξατο λέγειν, προοιμιασάμενος ὅτι.

ΕΡΜ. Μηδαμῶς, ὦ ἑταῖρε, μὴ πρὶν τὴν ἐγκωμίων ἀρχὴν, πρὶν ἂν μοι καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδῶς, ὑφ' ἧς εἰς τούτους προῆλθετε τοὺς λόγους.

ΧΑΡ. Εἰκῇ διατρίβεις ἡμᾶς, ὦ γαθὲ, πάλαι δυναμένους τὴν ἀπαρχὴν λόγου διελθόντας ἀπαλλαγῆναι. πλὴν ἀλλὰ τί τίς ἂν χρήσαιτο, ὁπότε φίλος τις ὢν βιάζοιτο; ἀνάγκη γὰρ ὑφίστασθαι πᾶν ὅτιοῦν.

Ἦν δὲ ζητεῖς αἰτίαν τοῦ λόγου, αὐτὸς ἦν Κλεώνυμος ὁ καλός. καθημένου γὰρ αὐτοῦ μεταξὺ ἐμοῦ τε, καὶ Ἀνδροκλέους τοῦ θείου, πολὺς ἐγίνετο λόγος τοῖς ἰδιώταις περὶ αὐτοῦ, ἀποβλέποντές τε εἰς αὐτὸν, καὶ ὑπερεκπεπληγμένοι τὸ κάλλος. σχεδὸν δὲ πάντων ὀλιγωρήσαντες, κάθηντο διεξιόντες ἐγκώμια τοῦ μειρακίου. ἀγασθέντες δὲ ἡμεῖς τὴν ἀνδρῶν τὴν φιλοκαλίαν, καὶ ἅμα ἐπαινέσαντες αὐτοὺς, ἀργίας τε πολλῆς εἶναι ὑπολαβόντες, λόγοις ἀπολείπεσθαι τῶν ἰδιωτῶν περὶ τὰ καλλίστων, ᾧ μόνῳ τούτων οἰόμεθα

rum beneficio periculis liberatum, hanc ipsis gratiam referre: invitatum praesertim ab ipsis, cum in fastigio malorum extremo periculo apparerent.

4. Verum aderant in coena alii quoque multi, vel cognati ejus vel alioquin familiares. Commemoratione autem digni *praeter caeteros*, quique totum exornarent convivium, atque laudes dicerent pulchritudinis, hi erant, Philo Diniae F. & Aristippus Agasthenis, & tertius ego. Accubuerat nobiscum Cleonymus ille pulcher Androclis fratris filius, adolescentulus tener ac delicatus, sed qui mentem habere videretur, quippe qui cupide admodum orationes audiret. Primus vero agere de pulchritudine coepit Philo, hoc prooemio usus.

HERM. Noli, sodalis, noli laudes prius incipere, quam & caussam mihi indicaveris, a qua ad hos sermones provecti estis.

CHAR. Frustra nos, vir bone, moraris, qui jam toto sermone enarrato poteramus discedere. Verum quid agas, si quis amicus vim tibi faciat? scilicet quidquid sit subeundum est.

5. Quam vero requiris sermonum occasionem, ea ipse fuit formosus Cleonymus. Cum inter me & Androclem patruum assideret, multus de illo sermo inter indoctos homines, adspicientes adolescentulum, & forma ipsius supra modum perculsi. Igitur obliti fere reliquorum omnium assidebant laudes illius enarrantes: quorum nos *judicium atque* amorem pulchri cum probaremus laudaremusque, ignaviae multae esse rati, si de pulcherrimis rebus indocti homines dicendo nos superarent, quo solo illis nos prae-

56. Φίλων] De Philone Luciani amico vide Συγγρ. & Συμπ. Quamquam hoc quidem opus Lucianeum non esse suspicor. *M. du S.*

6. Ἡ πάντα τἄλλα παρίντας] Haec male conjuncta vix cohaerere videntur, nisi interponas articulum τῷ. Πῶς ἂν τὸ καλὸν σώζοιτο, ἢ τῷ λέγειν; ita certe interpretatus sum. Verbum σώζειν hic significat *tueri, adesse, ostendere*. Simili fere ratione *Plutarchus* de facie in Orbe Lunae p. 1701. *H. Steph.* de Cleanthe Samio, Φαινόμενα σώζειν ἐπιχεῖρει μόνον τὸν ἱερὸν ὑποστιβάδος κ. τ. λ. ubi etiam ad demonstrationem, & conciliationem assensus refertur. *J. M. G.*

18. Διὸ

praestare putaremus, dicere de pulchritudine ipsi quoque aggressi sumus. Decrevimus ergo non nominatim laudes dicere pueri; quippe quod parum consultum sit, cum magis illum frangat deliciis: sed neque ita sine ordine, ut isti, quidquid in buccam cuique venerit proferre; verum singulatim dicere unumquemque, quae de argumento proposito memoria subjiceret.

6. Atque primas sibi dicendi partes sumens Philo sic verba fecit: *Quam indignum est, si, quidquid agimus quotidie, in eo sic tanquam de rebus pulchris laboremus; pulchritudinis autem ipsius nullam habeamus rationem, sed ita silentio desideamus, quasi vereamur, ne forte imprudentes dicamus illud, pro quo omni tempore laboramus. Atqui ubi tandem prout decet oratione utatur aliquis, si in tanto circa res nihili studio de eo, quod omnium rerum pulcherrimum est, taceat? Aut quomodo, quod in oratione pulchrum est, pulchrius servetur, quam si relictis aliis omnibus, de ipso illo fine eorum quae agimus omnium dicatur? Verum ne videar dicere quidem posse, quomodo affecti circa illam esse debeamus, de re ipsa autem dicere nescire; quam potest pauca ea de re conabor exponere. Pulchritudinis nimirum participes fieri omnes concupiscunt, digni autem illa habiti sunt omnino pauci. Quicumque autem munus hocce sunt consecuti, beatissimi omnium facti videntur, honore quo par est a Diis pariter atque hominibus affecti. Argumentum hujus rei hoc esto. In numero enim Deorum, qui ex Heroibus facti sunt, Hercules est Jovis filius, & Castores, & Helena; quorum iste virtutis ergo illum dicitur honorem esse consecutus. Helena autem pulchritudinis gratia, cum ipsa se in Deam mutasse, tum fratribus suis ejus*

προέχειν, ἢ δὴ ἡττόμεθα τῶ περὶ κάλλους λόγων. ἔδοξεν οὖν ἡμῖν, οὐκ ὀνομαστὶ λέγειν τὸ ἔπαινον τοῦ παιδὸς (εἰ γὰρ ἀν ἔχειν καλῶς, ἐμβαλεῖν γὰρ ἀν αὐτὸν εἰς πλείω τρυφὴν) ἀλλ' ὑδὲ μὴν ὥσπερ ἐκείνους ὅτως ἀτάκτως, ὅπερ ἕκαστος τύχοι, λέγειν, ἀλλ' ἕκαστον εἰπεῖν ἰδίᾳ, ὅσ' ἀν ἀπομημονεύοι περὶ τοῦ προκειμένου.

Καὶ δὴ δεξάμενος ὁ Φίλων πρῶτος, ἐποιεῖτο τὸν λόγον, Ὡς ἔστι δεινὸν, εἰ πάνθ' ὅσα πράττομεν ἑκάστης ἡμέρας, ὡς περὶ καλῶν ποιούμεθα τὴν σπουδὴν, αὐτοῦ δὴ τοῦ κάλλους οὐδένα ποιησόμεθα λόγον, ἀλλ' οὕτω καθεδούμεθα σιγῇ, ὥσπερ δεδοικότες, μὴ λάθωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, ὑπὲρ οὗ σπουδάζομεν τὸν ἅπαντα χρόνον, εἰπόντες. καίτοι πῶς τις ἀν χρήσαιτο πρεπόντως τοῖς λόγοις, εἰ περὶ τοῦ μηδενὸς ἀξίων σπουδάζων, περὶ τοῦ καλλίστου σιγῴη τῶν ὄντων; ἢ πῶς ἀν τὸ ἐν λόγοις καλὸν σώζοιτο κάλλιον μᾶλλον, ἢ πάντα τἄλλα παρέντας περὶ αὐτοῦ λέγειν τοῦ τέλους ἡμᾶς τῶν ἑκάστοτε πραττομένων; ἀλλ' ἵνα μὴ δόξω λέγειν ὡς χρὴ περὶ τοῦτο μακρὰ εἰδέναι, εἰπεῖν δὲ μηδὲν ὀφείλω περὶ αὐτοῦ, ὡς οἷόν τε βραχέα περὶ τούτου πειράσομαι διελθεῖν. κάλλους γὰρ δὴ πάντες ἐπεθύμησαν τυχεῖν· πάνυ δ' ὀλίγοι τινές. οἱ δὲ ταύτης ἔτυχον τῆς δωρεᾶς, εὐδαιμονέστατοι πάντων ἔδοξαν γεγενῆσθαι, καὶ πρὸς θεῶν, καὶ πρὸς ἀνθρώπων τὰ εἰκότα τετιμημένοι. τεκμήριον δὲ τῆς γῆν θεῶν ἐξ ἡρώων γενομένων, Ἡρακλῆς τέ ἐστιν ὁ Διὸς, καὶ [a] Διόσκουροι, καὶ Ἑλένη, ὧν ὁ μὲν ἀνδρίας ἕνεκα, ταύτης λέγεται τυχεῖν τῆς τιμῆς, Ἑλένη δὲ τοῦ κάλλους χάριν, [b] αὐτῷ τε μεταβαλεῖν εἰς θεὰν, καὶ τοῖς Διοσκούροις αἰτία γενέσθαι πρὶν

[a] Διόσκουροι] Ita hic & mox constanter. [b] Αὐτῷ] Αὐτῇ *Ed.*

18. Διόσκουροι] Ita & *Navig.* c. 9. ut alibi plerumque. Sed interdum & Διόσκωροι ap. Nostrum. V. *Dial. Meretr.* 14. *J. F. R.*

22. Αἰτία γενέσθαι] Hic aliquid deesse videtur. An τῆς ἀθανασίας αἰτία γ. &c. *F. G.* Facile subaudias ejusdem rei auctorem Helenam fratribus fuisse quam ipsa fecit;

πρὶν αὐτὸν εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν τοῖς ἐκεῖ γῆν συνεξηταομένοις.

Ἀλλὰ μὴν ὅστις ἀνθρώπων ἠξιώθη τοῖς θεοῖς ὁμιλεῖν, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, πλὴν ὅσοι μετεσχήκασι κάλλους. Πέλοψ τε γοῦν τούτου χάριν τοῖς θεοῖς ἀμβροσίας μετέσχε, καὶ Γανυμήδης ὁ τοῦ Δαρδάνου οὕτω κεκρατηκέναι λέγεται τῶν πάντων ὑπάτου θεῶν, ὥστ' αὐτὸν οὐκ ἀνασχέσθαι συμμεθέξαι αὐτῷ τινὰ τῶν ἄλλων θεῶν τῆς [a] Θήρας τῶν παιδικῶν, ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ πρέπουσαν ἡγήσασθαι εἶναι, εἰς Γάργαρον καταπτάντα τὸν Ἴδης, ἀναγαγεῖν ἐκεῖσε τὰ παιδικά, ὅπου συνέσεσθαι τὸν ἅπαντα ἔμελλε χρόνον. τοσαύτῃ δ' ὅπως μέλειαν ἀεὶ πεποίηται τῶν καλῶν, ὥστε ὁ μόνος αὐτὸς ἠξίωσε τῶν οὐρανίων ἀναγαγὼν ἐκεῖσε, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὅπου γῆς ὤν, τι τύχοι γινόμενος, συνῆν ἑκάστοτε τοῖς ἐρωμένοις. καὶ τοῦτο μὲν γενόμενος κύκνος, συνεγένετο [b] Λήδᾳ, τοῦτο δ' ἐν εἴδει ταύρου τὴν Εὐρώπην ἁρπάζει· εἶτα δὲ [c] Ἀμφιτρύωνι γεννᾷ τὸν Ἡρακλέα. καὶ πολλά τις ἂν ἔχοι λέγειν τεχνάσματα τοῦ Διὸς, ὅπως ἂν οἷς ἐπεθύμει συγγένοιτο, μηχανωμένου.

Τὸ δὲ δὴ μέγιστον, καὶ οἷον ἄν τις θαυμάσαι, ὁμιλῶν γοῦν τοῖς θεοῖς (οὐ γὰρ ἀνθρώποις γε ἁδέσι, πλὴν εἰ μὴ τοῖς καλοῖς) ἐν δὲ τούτοις ἀγορεύων, ἔτυχε πεποίηται σοβαρὸς τῷ κοινῷ τῶν Ἑλλήνων ποιητῇ, καὶ

rei causſa fuiſſe, qui ante illius in caelum aſcenſum, mortuis annumerati fuerant.

7. *Verum etiam qui homo dignus ſit conſuetudine Deorum habitus, non eſt invenire, praeterquam qui pulchri eſſent. Certe enim Pelops hujus gratia Ambroſiae Deorum particeps factus eſt; & Ganymedes Dardani filius ſic viciſſe ſummum Deorum dicitur, ut pati non poſſet, quemquam aliorum Deorum ſecum ad venandum amaſium venire, ſed ſibi ſoli decorum eſſe duceret, devolare in Gargarum Idae verticem, & eo puerum educere, ubi toto deinde tempore ſecum eſſet futurus. Tanti vero ſemper fecit pulchros, non tantum ut caeleſti illos ſede eo deductos dignatus ſit, ſed ipſe quoque quoties in terra eſſet, ſuis ſemper cum amoribus verſatus, nunc in Cycnum verſus cum Lede luſerit, nunc tauri ſpecie rapuerit Europam, nunc Amphitruonis ſumta forma Herculem genuerit. Ac multa commemorare aliquis poſſit Jovis commenta, ut quibuscum cuperet una eſſet machinantis.*

8. *Qua in re illud maximum eſt, & quod merito miretur aliquis, quod agens inter Deos (neque enim ad alios ſe homines praeterquam ad pulchros applicare ſolet) inter Deos igitur dum concionatur, adeo turbidus a communi Graecorum poëta, & audax terribilisque indu-*

a Θήρας] Ita plurimae bene. Θύρας *F. Va.* b Λήδᾳ] Sic *Fl.* aliaeque recte Λήδᾳ *F.* c Ἀμφιτρύωνι] Ἀμφιτρίωνι male *F.* & *Fl.*

neque aliquid excidiſſe credo, ſi ſtilum hujus Dialogi reſpicias. Et ſi καὶ modo vertas *etiam*, ſatis procedit ſermo, *ea ipſa hoc fecit, fratribus* etiam *ſuaſit*, ſive *effecit*. *J. F. R.*

23. Πρὶν αὐτὸν — συνεξηταομένοις] Ita videtur conciliare velle *Homeri* dicta diverſa. Il. Γ, 243. cum Helena de fratribus ſuis tanquam vivis dixiſſet, ſubjicit,

[a] Ὡς φάτο· τοὺς δ' ἤδη κατέχει φυσίζοος αἶα
Ἐν Λακεδαίμονι κ. τ. λ.

Sed aliquamdiu poſt Od. Λ, 299. videt apud inferos Ulyſſes

Κάστορα θ' Ἱππόδαμον τε ἑῆν ἀγαθὸν Πολυδεύκεα
Τοὺς ἅμα οἱ ζώους κατέχει φυσίζοος αἶα·
Οἳ δ' ἐκ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς ἔχουσιν
Ἄλλοθι μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖ τε
Τεθνᾶσιν τιμὴν δὲ λελόγχασ' ἶσα θεοῖσιν.

De Apotheoſi autem Helenae vid. *Spanh.* ad *Callim.* in Dia. vſ. 232. & *Dechair.* ad Athenag. apol. pr. p. 3. ubi pro Nemeſi ſ. Rhamnuſia Dea cultam oſtenditur. *J. M. G.*

27. Πέλοψ] Vid. & c. 19. *Hyginus* filii formam praedicat; 271. De Pelopis ipſius forma nihil habet. ſed meminit *Clem. Alex.* p. 14. C. & *Philoſtr.* p. 788. A.

dicitur, ut in prima contione Junonem, quae quidem olim exprobrare illi ſoleret omnia, ipſam tamen adeo perterruerit, ut ſatis haberet nihil aliud ſibi evenire, ſed intra verba Jovis iram conſiſtere: in poſteriori autem concione in non minore Deos omnes terrore conſtituerit, terram ſe ipſis cum hominibus ſuſpenſurum & mare minatus. Cum vero ad pulchros accedit, ita ſit mitis, & manſuetus, & aequus omnibus, ut ſuper reliqua omnia, ipſa Jovis perſona depoſita, ne inſuavis amoribus ſuis videatur, formam ſumat alterius, eamque pulcherrimam, quae illicere adſpicientem poſſit: tantum reverentiae & honoris habet pulchritudini!

9. *Neque vero ſolus ita Jupiter pulchritudine captus eſt, reliquorum autem Deorum nullus, ut potius iſta criminoſe in Jovem, quam pro pulchritudine dicta videri poſſint. Sed ſi quis curate rem velit conſiderare, Deos omnes eodem modo affectos invenerit, Neptunum verbi cauſſa Pelopis forma victum, Hyacinthi Apollinem, Mercurium Cadmi.*

10. *Neque Deas aperte illi ſuccubuiſſe, pudet, ſed velut honoris aemulatione de ſe praedicari amant, cum hoc vel illo fuiſſe formoſe,*

θρασὺς, ἢ καλαπληκτικὸς, ὥς᾽ ἐν μὲ τῇ πρωτέρᾳ δημηγορίᾳ τὴ Ἥραν, καίτοι πρότερον πάντ᾽ εἰωθυῖαν ὑβρίζειν αὐτῷ, ὅμως δ᾽ αὖτ᾽ αὖτῳ ὕτως ἐφόβησεν, ὡς᾽ ἤρκεσεν αὐτῇ τὸ μηδὲν παθεῖν, ἀλλὰ μέχρι λόγων ςῆναι τ ὀργὴν τῷ Διί· τὺς δ᾽ ἄπαντας θεὺς ἐν τῇ ὑςέρᾳ πάλιν οὐχ ἧτον κατέςησε φοβηθῆναι, γῆν ἀνασπάσειν αὐτοῖς ἀνδράσι ἢ θάλασσαν ἀπειλήσας. μέλλων δὲ συνέσεσθαι καλοῖς, ἔτω γίγνε᾽ πρᾶος, ἢ ἥμερος, ἢ τοῖς πᾶσιν ὑπεικὴς, ὥςε πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις, ἢ αὐτὸ τὸ Ζεὺς εἶναι καλαλιπὼν, ὅπως μὴ φαίνοιτο τοῖς παιδικοῖς ἀηδὴς, ἑτέρᾳ τινὸς ὑποκρίνε᾽ σχῆμα, ἢ τύτῳ καλλίςῳ, ἢ οἵᾳ τ ὁρῶντα προσαγαγέσθαι· τοσῦτον αἰδῦς ἢ τιμῆς παρέχεται τῷ κάλλει.

Καὶ οὐχ ὁ μὲ Ζεὺς ὕτω μόνος ἑάλω τῷ κάλλει, τῆς δ᾽ ἄλλων οὐδεὶς θεῶν, ἵνα μᾶλλον ἔχειν δοκῇ ταῦτα καλῃγορίαν Διὸς, οὐχ ὑπὲρ τῷ κάλλες εἰρῆς᾽ ἀλλ᾽ εἴ τις ἀκριβῶς ἐθελήσοι σκοπεῖν, πάντας ἂν εὕροι θεὺς ταυτὰ πεπονθότας· ἀὴ, οἷον τ μὲ Ποσειδῶ τῷ Πέλοπος ἡττημένον, Ὑακίνθῳ δὲ τ Ἀπόλλω, τ Ἑρμῆν δὲ τῷ Κάδμῳ.

Καὶ θεαὶ δ᾽ ἑλάττες οὐκ αἰσχύνον᾽ φαινόμεναι τύτῳ· ἀλλ᾽ ὥσπερ φιλοτιμίαν αὐτὰς ἔχειν δοκεῖ, τὸ τῷ δεῖνι συγγενομένην κα-

---

ἀ Δὴ] Δὲ Fl. melius.

A. Neptuno amatus currum ab eo accipit, vid. c. 9. & 19. *M. du S.*

Πέλοψ] Conf. infra c. 19. f. *J. F. R.*

28. Γανυμήδης ὁ τῦ Δαρδάνυ] Adpinxit Cl. *Hemſterh.* Vid. *Davis.* ad *Cic.* T. D. I. p. 65. Ed. 3. Sed mihi eſt p. 56. ſive c. 26. ubi *Cic.* Laomedontem facit Ganymedis patrem; *Davis.* vero magnas de eodem auctorum diſcrepantias indicat, quas repetiſſe aut conciliaſſe tanti non habeo. *J. F. R.*

32. Θήρας] Atqui adfuit Mercurius rapienti &c. vide Θ. κρ. c. 3. *M. du S.*

34. Γάργαρον] Vid. T. I. p. 256. *Dear. Judic.* T. I. c. 5. *J. F. R.*

38. Ἐκεῖνα] Εἰς τ ὑρανὸν ſcilicet. *F. G.*

41. Τῦτο μὲ γοῦν ῥοδον εἶναι — τῦτο δὲ οὐ δῆτα] Peſſime Interpr. τῦτο μὲν & τῦτο δὲ, reddidit *ob eam rem*, & *ob eandem*. notat enim, *cum, tum: modo, modo*. Voluit igitur Lucian. *modo in cygnum converſus, modo in tauri ſpecie*. Exempla videri poſſunt apud Vigerum & alios. *L. BOS.*

51. Ἑλλήνων ποιητὴ] *Hom.* Il. Δ. 39. *M. du S.*

57. Ἀπαλίας θεὺς &c.] Il. Θ. 18. *M. du S.*

66. Καὶ οἷς τ ὁρῶντα προσαγαγέσθαι] Interp. & *quia maxime putat intuentem allici poſſe*. Parum accurate; non enim οἷς eſt *quia putat*, ſed *quae poteſt, apta eſt*. δυνατῶ, ἱκανῶ alias dicitur. *H. V.*

75. Τῷ Πέλοπος ἡττημένον] Vide c. 7. & notam noſtram. *M. du S.*

81. Παρε-

καλῷ διηγεῖας, παρεχῆας τοῖς ἀνθρώποις. ἔτι δὲ τ μὲ ἄλλων ἁπάντων, [a] ἑκάστη προστάτις οὖσα, οὐχ [b] ἑτέρ' ἀμφισβητεῖ, ἐπὶ ὧν ἄρχει, ἀλλ' Ἀθηνᾶ μὲ τοῖς ἀνθρώποις ἡγεμόνη τὰ ἐς πολέμους, πρὸς Ἄρτεμιν δὲ ἁβρομάχει ἐπὶ θήρας· ὡς δ' αὐτὸς Ἀθηνᾶ κἀκείνη ἐπιχωρεῖ τ πολεμικῶν· τ δὲ γάμων, Ἥρ' Ἀφροδίτη, οὐδ' αὐτὴ πρὸς αὐτῆς ἐνοχλουμένη ἐπὶ ὧν ἐφορεύει· ἑκάστη δ' ὅτι κάλλει τοσοῦτον φρονεῖ, καὶ πάσας ὑπερβάλλειας δοκεῖ, ὥστε καὶ ἡ Ἔρις αὐτὰς ἀλλήλας ἐκπολεμῶσαι βουλομένη, οὐδὲν ἄλλο προύβαλεν αὐταῖς ἢ κάλλος, ὅτως οἰομένη ῥᾳδίως, ὅπερ ἤθελε, καλάστησειν· ὀρθῶς καὶ φρονίμως τοῦτο λογιζομένη. σκέψαιο δ' ἄν τις ἐντεῦθεν τ τῆ κάλλους ἐπουσίαν· ὡς μὲ ἐλάττονο τῆ μήλου, καὶ τ ἐπιγραφὴν ἀνελέξαντο, ἑκάστης αὐτῆς ὑπολαβούσης εἶναι τὸ μῆλον, μηδεμιᾶς δὲ τολμώσης τ ψῆφον καθ' αὐτῆς ἐνεγκεῖν, ὡς ἄρ' αἰσχροτέρα ἢ ἑτέρας εἴη τ ὄψιν, ἀνέρχονται ἐπὶ τ τ μὲ πατέρα, ἢ δ' ἀδελφόν τε καὶ σύνοικον, Δία, ἐπιτρέψασαι τ δίκην αὐτῷ. ἔχων δὲ καὶ αὐτὸς ἤ τίς ἐστιν ἀποφήνασθαι καλλίστη· καὶ πολλῶν ἀνδρείων ὄντων, καὶ σοφῶν, καὶ φρονίμων ἔν τε Ἑλλάδι καὶ τῇ βαρβάρῳ, οὐδ' ἐπιτρέπει τ κρίσιν Πάριδι τῷ Πριάμου, ψῆφον ἐναργῆ καὶ καθαρὰν ἐξενεγκών, ὅτι καὶ φρονήσεως, καὶ σοφίας, καὶ ῥώμης ὑπερέχει τὸ κάλλος.

Τοσαύτῃ δ' ἐπιμέλειαν ἀεὶ πεποίηνται, καὶ σπουδὴν, ἀκούειν εἶναι καλαὶ, ὥστε καὶ τ ἡρώων τε κοσμήτορα, καὶ θεῶν ποιητὴν, οὐκ ἀλλοθέν ποθεν, ἢ παρὰ τῆ κάλλους πειθὼ ὀνομάζειν. ἥδιον ἂν οὖν ἀκοῦσαι λευκώλενος ἡ Ἥρα, ἢ πρέσβα θεὰ, δυγάτηρ

hominibusque praebuisse. Ad haec cum aliarum rerum omnium unaquaeque praesidium susceperit, non movet altera controversiam alteri, quibus imperet; sed Minerva, quae praeest quoad bellica hominibus, non contendit cum Diana de venatu, similiterque Minervae haec concedit de bellicis, de nuptiis autem Juno Veneri, neque ipsa turbatur ab illa in his, quorum curam gerit: de pulchritudine autem sua adeo magnifice sentiunt, & superare illa universas sibi videntur singulae, ut Lis Dea quae mutuis illas viribus superare vellet, nihil iis aliud, quam pulchritudinem objiceret, sic nempe rata facillime se quod voluisset effecturam: recte illa quidem & prudenter subductis rationibus. Caeterum excellentiam pulchritudinis inde mihi aliquis perspiciat. Accepto enim pomo lectoque illius titulo, cum unaquaeque suum illud esse putaret, sustineret autem nulla contra se ipsam ferre suffragium, quasi deteriori altera esset facie, accedunt ad patrem reliquarum, unius autem fratrem, eundemque maritum, Jovem, arbitrium illi permittentes. Cum autem ipse potestatem haberet pronuntiandi, quae esset formosissima, essentque fortes multi, & sapientes prudentesque viri in Graecia pariter & apud barbaros: arbitrium ipse Paridi permittit Priami F. eaque re luculentum tulit liquidumque suffragium, prudentia & sapientia, & fortitudine majorem esse pulchritudinem.

11. *Tantam porro curam, studium adhibuere tantum, ut pulchrae audirent, ut illi Heroum laudatori Deorumque Poëtae persuaserint, ne alionde se quam a pulchritudine nominaret. Jucundius ergo audiat Juno* candida brachia *sua celebrari, quam dici* Venerandam-

a Ἑκάστη] Ἑκάστη θεῶν ἑκάστη Fl. b Ἑτέρ' ἀμφ.] Consentit Fl.

8a. Παρεχῆας] I. e. χαρίσασθαι, *dare*. Vis dare, nec dare vis. F.G.

9θ. Τῆ κάλλους θεσπεσίας] Potius vertefem *pulchritudinis excellentiam, praestantiam*, quam cum Interprete *potestatem*. Comicus eleganter dixit: *virtutem formae*. H.V.

8. Ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν] Ita argumentatur: Si voluisset vincere Jupiter Junonem suam, arbitrum dedisset factiosum & imperii cupidum; similiter, si Minervam, Philosophum aut pugnacem: sed dat voluptua-

randa Dea, aut ingentis nata Saturni. *Minerva nolit* Tritogenia *potius quam* Caesia *vocari. Venus autem quantivis aestimat appellari aurea, quae quidem ad pulchritudinem tendunt omnia.*

12. *Atque haec non illud modo ostendunt, quid Dii de illa sentiant, sed testimonium sunt minime fallax, reliquis illam rebus omnibus esse praestantiorem. Igitur Pallas fortitudine simul & prudentia potiorem esse decernit, cujus utriusque rei praeses est: Juno autem imperio omni & potestati praeferendam pronuntiat, suffragatorem sibi nacta Jovem. Si vero ita divinum, ita augustum quiddam pulchritudo est, de quo tanto studio ipsi Dii laborent, quomodo nos deceat non ipsos quoque Deorum imitatione, opere pariter & verbis, quidquid habemus, pulchritudini patrocinari?*

13. Haec Philo de pulchritudine: qui illud in fine adjecit, se plura hisce dicturum fuisse, nisi sciret non convenire convivio longam orationem. Post illum statim dicere coepit Aristippus, multum incitatus ante ab Androcle. Nolebat enim dicere, dicere post Philonem veritus. Ita vero exorsus est:

14. *Multi saepe mortales, dimissa de rebus optimis nobisque utilibus dicendi materia, ad alia se contulere argumenta, quibus sibi quidem conciliare gloriam videntur, sed verba interim faciunt nihil profutura auditoribus: atque imprudentes partim de iisdem rebus* (eadem cum dicant) *inter se contendunt, partim quae nusquam sunt, ea enarrant; par-*

της μεγάλου Κρόνου· Ἀθηνᾶ δ' οὐκ ἂν βουληθείη Τριτογένεια πρὸ τοῦ Γλαυκῶπις καλεῖσθαι· Ἀφροδίτη τε τιμήσαιτ' ἂν τὸ παντὸς καλεῖσθαι χρυσῆ. ἅπαντ' εἰς κάλλος τείνει.

Καίτοι ταῦτ' οὐ μόνον ἀπόδειξιν ἔχει ὡς οἱ κρείττους ἔχουσι περὶ τούτου, ἀλλὰ καὶ μαρτύριόν ἐστιν ἀψευδές, τοῦ κρεῖττον εἶναι πάντων τὸ κάλλος. ὑπὲρ Ἀθηνᾶ μὲν ἀνδρίας ἅμα καὶ φρονήσεως προέχειν ἐπιψηφίζει. ἀμφοτέρων γὰρ προίσταται τούτων· Ἥρα δ' ἁπάσης ἀρχῆς καὶ δυναστείας αἱρετώτερον ἀποφαίνει, συνηγορεῖντ' αὐτῇ καὶ τὸν Δία προλαβοῦσα. εἰ τοίνυν οὕτω μέν θεῖον καὶ σεμνόν τὸ κάλλος ἐστίν, οὕτω δὲ σπουδαστέον τοῖς θεοῖς· πῶς ἂν ἡμῖν ἔχοι καλῶς, μὴ καὶ αὐτοὺς μιμούμενοι τοὺς θεούς, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ πᾶν ὅ, τι ἔχομεν συναίρεσθαι τῷ κάλλει;

Ταῦτα μὲν ὁ Φίλων περὶ τοῦ κάλλους εἶπεν, ἐπισθεὶς τοῦτο τῇ τελευτῇ, ὡς καὶ πλείω δ' ἂν τούτων εἰρήκει, εἰ μὴ τὸ μακρολογεῖν ἀπῄσχετο τῶν ἀδοκίμων ἐν συμποσίῳ. μετ' ἐκεῖνον δ' εὐθὺς Ἀρίστιππος ἤρξατο τοῦ λόγου, πολλὰ πρότερον ὑπὸ Ἀνδροκλέους ὑπαχθείς· ὁ γὰρ ἐβούλετο λέγειν, τὸ μὴ [c] Φίλωνα εὐλαβούμενος λέγειν. ἤρξατο δὲ ἐντεῦθεν.

Πολλοὶ πολλάκις ἄνθρωποι τὸ περὶ τῶν βελτίστων καὶ ἡμῖν συμφερόντων, ἀφέντες λέγειν, ἐφ' ἑτέρας τινὰς ὥρμησαν ὑποθέσεις, ἀφ' ὧν αὐτοῖς μὲν δόξαν προσάγειν· τοῖς δ' ἀκροαταῖς τὸν λόγον οὐδὲν λυσιτελοῦντας ποιοῦνται. καὶ διελήλυθασιν οἱ μὲν περὶ τῶν αὐτῶν ἐρίζοντες ἀλλήλοις, οἱ δὲ διηγούμενοι τὰ οὐκ ὄντα· ἕτεροι δὲ περὶ τῶν

c Φίλωνα] Φίλων' Edd. priores. Φίλον L.

ptuarium spectatorem formarum: vult ergo primas deferri formae. *J.M.G.*

16. Ἀτυζόμενοι ἠὲ Ἥρῃ] *Hom.* Il. E. 721. Haec & sequentia apud *Homerum* frequentissime occurrere, vel pueris notum est. *M. du S.*

44. Φίλωνα] Sic rectius legitur, quam elisо A. quanquam in M. Codd. frequenter ita eliduntur vocales; quod in hoc praesertim libello factitatum esse, facile observes. In L. φίλον, prave. *M. du S.*

τῆς ὐδαμῶς ἀναγκαίων λογοποιοῦντες, ἐξὸν ἐχρῆν ταῦτα πάντα καταλιπόντας, ὅπως τί βέλτιον τύχωσιν εἰπόντες σκοπεῖν· ὃς νῦν ἐγὼ περὶ τῶν ὄντων ἤδεν ὑγιὲς ἐγνωκέναι νομίζων, ἄλλως τε, ἢ τὸ τινῶν ἀγνοίας τὰ βελτίστων καταγορεύοντα τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν, τὰ εὐηθέστερον οἰόμενον εἶναι πάντη, τὰ αὐτῷ λυσιτελεστάτῳ καὶ καλλίστην τοῖς ἀκούουσιν ὑποθέσιν ποιήσομαι τῶν λόγων, ἣν ἂν τὰς ὁτισοῦν ἂν φαίη κάλλιστ' ἂν ἔχειν ἀκούειν καλλίστην.

tim de rebus minime neceſſariis verba facient. Quos oportebat his relictis omnibus, ut melius quidquam dicere poſſint, videre. Quos jam ego de rebus nihil ſani ſtatuiſſe ratus, & alioquin ſtupidiorum omnino eſſe putans, poſt accuſatas quorundam optimarum rerum ignorantias in eadem vitia incidere; eandem utiliſſimam auditoribus & pulcherrimam dicendi materiem mihi ſumam, quamque unusquisque optime ſe habere dicat, vocari pulcherrimam.

15. Εἰ μὲν οὖν περὶ τινὸς ἑτέρου τοὺς λόγους ἐποιούμεθα νῦν, ἀλλὰ μὴ περὶ κάλλους, ἤρκεσεν ἂν ἡμῖν, ἀκούσασιν ἑνὸς εἰπόντος, ἀπηλλάχθαι περὶ αὐτοῦ· τοῦτο δ' ἄρα τοσαύτην ἀφθονίαν παρέχει τοῖς βουλομένοις ἅπτεσθαι τῶν περὶ τούτου λόγων, ὥστ' οὐκ εἰ μὴ κατ' ἀξίαν τις ἐφίκοιτο τῷ λόγῳ, νομίζειν δυστυχεῖν, ἀλλ' ἢν πρὸς πολλοῖς ἄλλοις καὶ ἐκεῖνό τι δυνηθῇ συμβαλέσθαι πρὸς τοὺς ἐπαίνους, τὸ ἀμείνονος οἴεσθαι πεῖραν τύχης. τὸ μὲν οὕτω μὴ περιφανῶς ὑπὸ τῶν χρειττόνων τετιμῆσθαι, οὕτω δὲ τοῖς ἀνθρώποις θεῖον, καὶ περισπούδαστον, πᾶσι δὲ τοῖς οὖσιν οἰκειότατον κόσμου, καὶ οἷς μὲν ἂν πάρῃ φανῇ πάντων σπουδαζομένων, οὗ δ' ἀφίσταται μισουμένων, καὶ οὐδὲ προσβλέπειν ἀξιουμένων, τίς ἂν εἴη τοσοῦτον λόγων μέλεος, ὥστ' ἐπαινέσαι πρὸς ἀξίαν δεξιέσθαι; ὁ μὲν ἀλλ' ἐπειδήπερ οὕτω πολλῶν

15. *Si quidem igitur de alia quacumque re verba nunc faceremus, non de pulchritudine, ſufficeret nobis, uno qui diceret de illa audito, diſcedere: haec vero tantam dicendi copiam ſubminiſtrat attingere volentibus, non ut infelix ſit putandus, ſi quis non pro dignitate oratione aſſequatur; verum ſi ad multa alia ipſe quoque conferre quidquam ad laudes illius poſſit, optima fortuna uti ſit exiſtimandus. Quae enim res manifeſte adeo a Diis honorata eſt, ita vero apud homines divina & ſtudio omni digna; omnibus porro, quae ubique ſunt, familiariſſimum decus eſt, adeo ut quibus ea adſit illi colantur ab omnibus, a quibus vero abſit, illi exoſi & ne adſpectu quidem digni cenſeantur; quis fuerit ita diſertus, ut eam rem laudare pro dignitate poſſit? Verum enim vero quum multis adeo ei rei laus-*

64. Ἀκούειν καλλίστῳ] Supra jam verbo ἀκούειν ita uſus eſt auctor, ut paſſim Latini ſuo *audire*, ut nempe *dici*, *nominari* ſignificet. Claritatis cauſſa tamen verbo illo in interpretatione abſtinui, &, quod nihil ambiguitatis habeat, poſui. Alioqui, ne alia dicamus, haec certe Ariſtippi oratio vel a Luciano non eſt, vel ſtudioſe conficta ad charactera inepti hominis oſtendendum. Hoc quidem profecto indignum Luciano, *pulcherrime ſe habet pulchritudinem audire pulcherrimam*, pro eo quod eſt, *pulchrum eſt laudari pulchritudinem*. Ita mox jungunrur, οὕτω — ὥστε (ita —) ἀλλ' ἐπειδήπερ οὕτως — ὥστε — οὕτω ὥστε —. Et ſtatim τοσαύτην — ὥστ' οὕτως — ὥστε. Emolliri talia interpretando poſſunt, diſſimulari plane non debent, ſi hoc praeſtare debet interpretatio, ut quantum fieri poteſt orationem, & velut ſpeculum animi auctoris, repraeſentet. *J.M.G.*

68. Περὶ αὐτοῦ] Gloſſema videtur. *F.G.*

89. Ὅσα θεοῖ] Pro καθ' ὅσα. *F.G.*

93. Ὡς' ἔτι τῶν ἡλικίας ὄσαν ἐντὸς] Legend. videtur, οὐκέτι τῶν ἡλικίας ὄσαν ἐντὸς. Οὐκέτι *nondum*. *Heſych.* οὐκέτι οὐχί, ἢ δ'. *F.G.* Quia mox diſerte ait, μηπω ἡλικίας ἡμφῶν, ideo & hic forſan negationem addi voluit *Gujet*. Sed male; nam ἐντὸς *intra* aetatem, hic loci negationis eſt ſatis; quod emendandi libido accepit pro οὐ. Sed ἐντὸς ita de tempore, nondum exacto dici, praeter *Steph.* qui ex *Plat.* ἐντὸς τριάκοντα ἐτῶν γεγονὸς, i. e. qui triginta annos nondum vixit, nondum implevit, habet etiam *Thucyd.* IV. c. 28. ἐντὸς ἡμερῶν εἴκοσιν, aliique. Et qui intra metam verſatur, eam nondum attigit. *J.F.R.*

95. Οὕτω τὰ ὥρας ἰδεῖν ἡγάσθη, ὡς', &c.] Puto legendum

laudatoribus opus sit, ut vel sic suam vix dignitatem consequatur, non absurdum fuerit etiam nos conari aliquid de ea dicere, licet post Philonem verba sint facienda. Adeo vero augustissima & maxime divina rerum est, ut - - -. (praetermitto enim quantum & quoties pulchros Dii honoraverint:)

16. *Verum ut superioribus temporibus nata Jove Helena tantae apud omnes homines admirationi fuerit, ut intra maturae aetatis tempus constitutam, negotii alicujus causſa agens in Peloponneſo Theſeus, ita ad conſpectum formae illius exarſerit, ut in regno firmiſſimo, & gloria non vulgari, tamen non vivendum ſibi putaret, hac ſi carendum eſſet; felicitate ſe praeterire univerſas, ſi haec ſibi uxor contingeret. Haec cum animo agitaret, nec ſpem haberet illius a patre impetrandae, nec enim elocaturum ſperabat, quae juſtam aetatem nondum attigiſſet; contemto illius imperio ac neglecto, parvi faciens quidquid in Peloponneſo formidandum erat, aſſumto rapinae adjutore Pirithoo, vi a patre abductam Aphidnam Atticae oppidum aſportavit: tantamque illi habuit hujus auxilii nomine gratiam, ut ita illam reliquo tempore amaverit, exemplum poſteris uti eſſet Theſei & Pirithoi amicitia. Cum autem ille cogeretur ad inferos deſcendere, ad nuptias ambiendas Liberae*

αὐτῷ δεῖ τ' ἐπαινεσόντων, ὥϛε μόλις ἂν τ ἀξίας τυχεῖν, ὀδὲν ἀπεικὸς κ ἡμᾶς ἐγχειρεῖν τι λέγειν περὶ αὐτῆ, μέλλοντάς γε μ Φίλωνα ποιεῖσθ τὺς λόγυς. ὕτω δὴ σεμνόταλον κ θειόταλον τ ὄντων ὄϛιν, ὥϛε ἵν' ὅσα θεοὶ καλὰς τελιμήκασι, παρεῖμαι λείπω.

Ἀλλ' ὃν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐκ Διὸς Ἑλένη γενομένη, ὕτως ἐθαυμάθη παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, ὥϛ' ἔτι τ ἡλικίας ὖσαν ἐντὸς, κατά τινα χρείαν ἐν Πελοποννήσῳ γενόμν ὁ Θησεὺς, ὕτω τ ὥρας ἰδὼν [a] ἠγάθη, ὥϛ' ὅσης αὐτῷ κ βασιλείας ἀσφαλεϛάτης, κ δόξης ὑ τ τυχούσης, ὅμως οὐκ ᾤετο βιωτὸν αὐτῷ, ταύτης ἐϛερημένῳ, παρελθεῖν δὲ πάντας εὐδαιμονίᾳ, εἰ ταύτῃ αὐτῷ γένοιτο συνοικεῖν. ὕτω δὲ ἀμηχανηθεὶς, τὸ μ παρὰ τ πατρὸς λαβεῖν ἀπειπὼν, μὴ γ ἂν αὐτῷ αὐτὸν ἐκδῶναι μήπω ἡλικίας ἠμμένην, τ δ' ἀρχὴν ὑποφρονήσας ἐκείνυ, κ παριδὼν, ὀλιγωρήσας δὲ κ τ ἐν Πελοποννήσῳ πάντων δεινῶν, κοινωνῶντ' αὐτῷ τ ἁρπαγῆς κ Πειρίθυν παραλαβὼν, βίᾳ λαβὼν αὐτῷ τ πατρὸς, εἰς Ἀφίδναν ἐκόμισε τ Ἀτικῆς· κ τοσαύτῳ ἔσχε χάριν αὐτῷ τ συμμαχίας ταυτησὶ, ὥϛ' ὕτως ἐφίλησε τ ἅπαντα χρόνον, ὥϛε κ τοῖς ὀπιγενομένοις παράδειγμα γενέσθ τ Θησέως κ Πειρίθυ φιλίαν. ἐπειδὴ δὲ ἔδει χαλκεῖον ἐν Ἅδυ γενέσθ, τ Δήμητρ μνηϛευ-

a Ἠγάσθη] Conſtantem eſſe lect. ait marg. *J.*

dum ἠράσθη. Nam ſi ἠγάσθη vere ſcriptum ſit, oportuit & τὴν ὥραν. ut infra c. 25. ὁ Ὀδυσσεὺς ὕτως ἀγασθῆναι λέγεται τούτυς, &c. *J.J.*

Ibid. Τῆς ὥρας — ἠγάσθη] V. *Jenſ.* ſed nihil tamen muta; intelligitur enim αὐτήν. ſic plane apud *Philoſtratum* legitur p. 789. αὐτὸν ἠγάσθη τ ὥρας. *M. du S.*

96. Ἠγάσθη] Non recuſarem ἠράσθη, ſi qui libri exhiberent, propter ſequentia, amori propria; ſed quia & ἄγαμαι de venerabunda admiratione ſatis tritum, ut ap. *Phalar.* Ep. 28. τὸ μὲν γ εὖνυν κ συμπαθὲς τς ἄγαμαι. & paſſiva illa terminatio pro ἀγάσασθ, non ſit improba, nihil jam immutem. *Aelian.* V. H. V. 6. pr. Ἄξιον ἐπαινέσαι — κ ἀγασθῆναι. unde & patet id plus eſſe quam *laudare*; nam gradatio eſt, quando ait: Ἄξιον δὲ κ τὸ Καλάνυ τῦ Ἰνδοῦ τέλ ἐπαινέσαι, ἄλλ δ' ἂν εἴποι, ὅτι ἀγασθῆναι. Si quis tamen id paſſive velit exponere, quia ἀγασάμ ἐϛὶ frequentius, is meminerit *Euſtathium* tradere (quod *Steph.* jam notavit) ipſum ἄγαμαι praeterit. eſſe paſſivum, aeque ac ἔραμαι, ideoque nil mirum, ſi & aliis in temporibus paſſive formetur, ut idem ex *Plat.* Pol. I. Καὶ ἴγ' ἀγασθὺς αὐτοῦ τοῦτ πάθα. *J.F.R.*

98. Οὐκ ᾤετο βιωτὸν] Subaudi τ βίον, quod ſaepius additur: ſed & interdum omitti, idem *Steph.* ſatis jam docuit. *J.F.R.*

φευσόμενον κόρην, ἐπειδὴ πολλὰ προεῖπεν, οὐκ ἠδυνήθη ταύτης αὐτὸν τῆς πείρας ἀποχέσθαι καλαπεῖσαι, συνηκολούθησεν αὐτῷ, ταύτῃ πρέπουσαν οἰόμενος αὐτῷ καλαθήσειν τὴν χάριν, εἰ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ κινδυνεύσαι.

Ἐπανελθοῦσαν δ' εἰς Ἄργος, αὖθις ἀπεδημοῦντος αὐτοῦ, ἐπειδὴ καθ' ὥραν ἦν γάμων, καίτοιγε ἐχούσης καλάς τε καὶ εὖ γεγονυίας ἐκ τῆς Ἑλλάδος σφίσιν αὐτοῖς ἄγεσθαι γυναῖκας οἱ τῆς Ἑλλάδος βασιλεῖς, οἱ δὲ συνελθόντες, ἐμνηστεύοντο ταύτῃ, τὰς ἄλλας ἁπάσας ὑπεριδόντες ὡς φαυλοτέρας. γνόντες δ' ὅτι πολεμάχητος ἔσται, εἰ θείσαντες μὴ πόλεμος γένηται τῇ Ἑλλάδι, μαχουμένων πρὸς ἀλλήλους, ὀμωμόκασιν ὅρκον τοιόνδε φέρειν κοινῇ, ἢ μὴν ἐπικυρήσειν τῷ ταύτης ἀξιωθέντι, μηδ' ἐπιτρέψειν ἤν τις ἀδικεῖν ἐγχειρῇ, ἕκαστος οἰόμενος ταύτῃ αὐτῷ τὴν συμμαχίαν βεβαιοτάτην ποιεῖσθαι. τὸ μὲν δὴ ἐν ἰδίας γνώμης ἀπέτυχον πάντες, πλὴν Μενελάου, τὸ κοινῆς δ' ἐπειράθησαν αὐτίκα. ὡς πολλῷ γε ὕστερον ἔριδος γενομένης ταῖς θεαῖς περὶ κάλλους, ἐπιτρέπουσι τὴν κρίσιν Πάριδι τῷ Πριάμου· ὁ δὲ τὸ μὲν σωμάτων τὸ θεῶν ἠτιμάσθη, τὸ δωρεῶν δ' ἀναγκασθεὶς γενέσθαι κριτὴς, καὶ διδούσης Ἥρας μὲν τὸ τῆς Ἀσίας ἄρχειν, τόδ' ἐν πολέμοις Ἀθηνᾶς κράτος, Ἀφροδίτης δὲ τὸ τῆς Ἑλένης γάμου· καὶ φαύλοις μὲν ἀνθρώποις γενέσθαι ἂν πολὺ νομίσας οὐκ ἐλάττω βασιλείαν, Ἑλένης δ' οὐδένα τῶν ἐπιγιγνομένων ἀξιωθῆναι, προείλετο τὸ ταύτης γάμου.

Γενομένης δὲ τῆς ὑμνουμένης ἐκείνης στρατείας κατὰ τῶν Τρώων, καὶ τῆς Εὐρώπης τότε πρῶτον κατὰ τῆς Ἀσίας ἐλθούσης, ἔχοντες οἵ τε Τρῶες, ἀποδόντες τὴν Ἑλένην, ἀδεῶς οἰ-

15 Cereris, postquam multa hortatus non potuit illi persuadere, ut ab eo conatu se abstineret; illum comitatus est, hanc decentem ab illo gratiam initurus, ut vitae pro illo periculum 20 subiret.

17. Reversam vero Argos, (rursus peregre absente Theseo) cum jam matura esset nuptiis, licet haberent pulchras & generosas mulieres, quas e Graecia sibi ducerent, reges Graeciae; 25 at illi convenientes hanc sibi expetebant, contemtis tanquam deterioribus reliquis omnibus. Cum autem viderent de ipsa certatum iri, metuentes, ne bellum in Graecia exoriretur illis inter se depugnantibus, communi suffragio jus- 30 jurandum dedere ejusmodi, se adjutores fore ei, qui ipsa dignus esset habitus, neque permissuros, si quis injuriam vellet facere, cum nempe putaret unusquisque se hoc sibi parare auxilium. Ac privata quidem illa uniusque 35 cujusque sententia fefellit omnes praeter Menelaum: communem autem illam veram esse, statim experti sunt. Cum enim non ita multo post lis inter Deas de forma exorta esset, arbitrium permittunt Paridi Priami F. Hic 40 corporibus Dearum & forma victus, munerumque esse coactus arbiter, offerente Junone imperium Asiae, bellicam victoriam Pallade, Venere autem Helenae nuptias: etiam vilibus hominibus contingere interdum putans non mi- 45 nus imperium, Helena autem potiri posse posterarum neminem, hujus nuptias praeoptavit.

18. Cum autem decantata illa contra Trojam expeditio fieret, & Europa tunc primum veniret contra Asiam, liceretque Trojanis reddita Helena sine metu suam incolere patriam, Grae-

31. Ἢ μὲν ἐπικυρήσειν τῷ ταύτης ἀξιωθέντι] Perperam redditur τῷ ταύτης ἀξιωθέντι. qui hanc dicere dignatus fuisset. debebat: qui hac dignus esset judicatus. H.V.

32. Αὐτοὺς ἰόντας] Αὐτοὶ. F.G. Male credo; nam αὐτοὺς pertinet ad Trojanos, adeoque recte habet. J.F.R.

39. Οὐκ ἀπέτυχον μᾶλλον] Rectius legatur ἀλλὰ ante μᾶλλον. M. du S.

60. Εἰς τοῦτο] An τοῦτον? F.G. Frustra rursus, ut arbitror; nam εἰς τοῦτο spectat ad αὐθέντης ἀπολωλώς, idque confirmat sequens ἀπολωλὼς: sit igitur ad hoc ipsum, sive ob hanc ipsam causam, ut periret, quis

Graecis vero hac illis permissa, difficultatibus belli atque expeditionis liberari: neutri voluere, qui putarent nunquam se belli causſam, pro qua morerentur, habituros justiorem ipsique Dii suos filios, quos aperte scirent in illo bello perituros, non potius prohibuere, sed induxerunt, non minori ipsis gloriae futurum arbitrati, pugnando mori pro Helena, quam quod Deorum filii essent. Et quid dico filios suos? Ipsi inter se majus & terribilius iniere bellum eo, quod adversus gigantas ab illis gestum est. Etenim in illo conjuncti pugnabant, his vero contra se invicem: quo ecquod majus esse potest documentum, quantum humanis rebus omnibus praestet immortalium Deorum judiciis pulchritudo? Quando enim de aliarum in universum rerum nulla nunquam omnino dissedisse illos constat, pro pulchritudine autem non filios tantum suos dedidisse, sed jam contra se invicem pugnasse, quidam etiam vulnerati esse: quomodo, non sententiis omnibus, rebus omnibus pulchritudinem praeponunt?

19. *Ne vero videamur inopia eorum, quae de ipsa pulchritudine dici possunt, circa ista semper morari, ad aliud transibo nullo modo inferius ad demonstrandam pulchritudinis dignitatem his, quae prius dicta sunt, ad Hippodamiam nempe Arcadis Oenomai F. Quot juvenes, hujus forma captos, apparuit, mori praeoptare, quam ab hac discluſos hanc lucem intueri? Cum enim maturitatem attigisset puella, videretque illam pater non mediocri*

κεῖν ἢ αὐτῶν, οἵθ' Ἕλληνες ταύτῃ αὐτὸς ἐάσαντες ἔχειν, ἀπαλλάττεσθαι τῶν ἐκ πολέμου καὶ στρατείας δυσχερῶν, οἱ δ' οὐκ ἠβουλήθησαν ἀμφότεροι, οὐκ ἄν ποτε νομίσαντες εὑρεῖν ἀφορμὴν καλλίω πολέμου, ἐφ' ᾗ ἀποθανοῦνται. καὶ θεοὶ δὲ τοὺς [a] αὐτῶν παῖδας σαφῶς εἰδότες ἀπολουμένους ἐν τῷ πολέμῳ, [b] οὐκ ἀπέτρεψαν μᾶλλον, ἀλλ' ἐνήγαγον εἰς τοῦτο, οὐκ ἐλάττω δόξαν αὐτοῖς οἰόμενοι φέρειν, τῷ θεῶν παῖδας γενέσθαι, τὸ μαχομένους ὑπὲρ Ἑλένης ἀποθανεῖν. καὶ τί λέγω τοὺς [c] αὐτῶν παῖδας; αὐτοὶ πρὸς [d] αὐτοὺς μείζω καὶ δεινότερον ἐνέστησαν τῷ πρὸς Γίγαντας αὐτοῖς γενομένῳ πολέμου. ἐν ἐκείνῳ μὲν γὰρ μετ' ἀλλήλων· ἐνταῦθα δὲ ἐμάχοντο πρὸς ἀλλήλους. ὃ τί γένοιτ' ἂν ἐναργέστερον δεῖγμα, ὅσῳ τῶν ἀνθρωπίνων ἁπάντων ὑπερέχει τὸ καλὸν παρ' ἀθανάτοις κριταῖς; ὅταν γὲ ὑπὲρ ἑνὸς τῶν ἄλλων ἁπάντων ἅδην τὸ πρόσωπον Φαίνου διενεχθέντες, ὑπὲρ δὲ κάλλους οὐ μόνον τοὺς υἱοὺς ὁπλιζόμενοι, ἀλλ' ἤδη καὶ ἀλλήλοις ἐναντία πεπολεμηκότες, ἔνιοι δὲ καὶ τραπέντες, πῶς οὐχ ἁπάσαις ψήφοις πρόκριμα ἁπάντων τὸ κάλλος;

Ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωμεν ἀπορίᾳ τοῦ περὶ κάλλους λόγου περὶ ταῦτα διατρίβειν ἀεὶ, ἐφ' ἕτερον βάλλομαι μεταβῆναι, ἁδαμῶς ἔλαττον ὄν, ὥστε δεῖξαι καὶ τὸ κάλλους ἀξίαν, τὸ πρότερον εἰρημένον, καὶ Ἀρκάδος Ἱπποδάμειαν Οἰνομάου· ὅσους τῇ ταύτης κάλλους ἁλόντας, μᾶλλον αἱρεμένους ἀπέφηνεν ἀποθνήσκειν, ἢ ταύτης [e] διῳκισμένους, τὸ ἥλιον προσορᾶν. ὡς γὲ ἐλάβετο τὸ ἡλικίας ἡ παῖς, καὶ τὰς ἄλλας ὁ πατὴρ ἐν πολλῷ τῷ μέσῳ παρεσυγκῦσαν ἑώρα,

[a] Αὐτῶν] Ita P. aliaeque. Αὐτῶν Fl. [b] Οὐκ ἀπέτρ. μᾶλλον] Ita Edd. omnes. [c] Αὐτῶν] Cum spir. tenui F. Fl. P. Αὐτῶν H. S. aliaeque. [d] Αὐτοὺς] Adspirate Fl. H. P. S. Αὐτοὺς F. [e] Διῳκισμένους] Sic & Fl. cum F. Fr. P. &c.

missos. F.E.R.

78. Περὶ ταῦτα] An ταὐτά; F.G. Hoc probem, & parum abest, quin invitis libris ita edam. F.F.R.

82. Ἱπποδάμειαν] Vid. *Philostrati* Imag. p. 788. M.du S.

87. Παρεσυγκῦσαν] I. e. ἐπαρεσυγκῦσαν. *Aristid.* Pa-

4. Φιλοκτήτεω ποῦς.] *Sophocl.* in Philoctete, *Pausan.* in Arcad. *Philostr.* in Imagg. *Dictys* L. 2. Philocteten sanatum terra Lemnia sphragide fama disseminavit. Caeterum in velo ea pars quae acutior & inferior ad navis latus religatur, aut potius funis; sic enim judico, huic veli parti annexus, qui modo contrahitur modo relaxatur, pes est Latinis, Graecis πούς. λέγεται δ' (inquit *Euripidis* Interpres) ὕπτιον τὸ κοῖλον τὸ πάντων τῶν ἱστίων. *Aristophanis* scholia: πόδας δὲ καλοῦσιν οἱ ναῦται, τοὺς παρ' ἑκάτερα τὰ μέρη κάλως ἐνδεδεμένους τῶν ἱστίων. *Homeri* οἱ πόδες, οἱ κάτωθεν συνέχοντες τὸν ἱστίον. *Apollonii* οἳ μὲν κατάγονται τὸ ἱστίον, μετωπίας λύγωσιν, οἳ δὲ ἐχυροποιῶνται ὁ ἱστὸς ἐξ ἑκατέρου μέρους ἐπὶ τὸν πρῴρας πρυμνόν, τοὺς δὲ κατὰ τὰς γωνίας, πόδας. fatetur *Eustathius* Od. E. & *Calab.* L. 9. ἐγὼ δ' οὐκ ἐτάνυσα τὰς ἀμφοτέρωσε πόδισι. *Seneca* tragoedus: *Nunc praelato pede transversos captare notos. Seneca* philosophus: quia pedem & nostrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis. *Catull. Sive utrumque Jupiter simul secundus incidisset in pedem*, i. e. in velum, per synecdochen. Subit hac parte mirari *Erasmum* in Adagio: *duobus pedibus fugere*, gubernaculum, navis pedem apellari scripsisse. eundem in paroemia: *amissa lupera pedem insequeris*, pedem imam partem clavi vocasse, eundem ipsum in proverbio: *pervicacia stultitiae dat poenas, πόδα clavum* vertisse. Ego homo nondum octavum & viginti annos natus *Erasmum* reprehensum minime velim, cui praesertim subsidio sunt *Hemsterhusii* annotationes hoc in metrum. ἀεὶ γὰρ πόδα τοὺς ἱστίους, qui a Porphyrio & Simplicio sublevatur. ἡ πόλυς δὲ ἡ τραπέζης τὰ βασάζοντα πόδες καλεῖται, ἡ δ' ἐστὶ τὸ πηδάλιον. tametsi tribus his in locis pedem funem esse quo tenditur velum, existimem. *J. Brod.*

5. Παμψηφεί] *Omnibus suffragiis. J. Brod.*

6. Ὄρνεα] Harpyias. *J. Brod.*

XXV. Ποιητὴς] Vid. *Anthol.* p. 344. *Fr.* p. 239. *Steph.* 265. Quia versu tertio in versione omittere coactus sum καὶ πάλιν εὖρε, ecce versionem solutam: *Poëta veniens in Isthmia ad certamen, inveniensque poëtas*, (i. e. bonos poëtas, se superiores) *ait, faucium tumore paristhmia dicto se laborare. Aditurus vero Pythia, & ubi rursus invenerit* (antagonistas meliores) *non potuit dicere etiam: parapythio morbo labore.* Illustr. *Grotius* sic verterat, ut ex chartis Cl. *D'Orvillii* didici:

Isthmia

Inveniens sortis dixisse *paristhmia*, fertur,
Praecludunt fauces. Ad Pythia devenit idem,
Dicere non habuit, *parapythia* me male vexant.

Εὑρὼν συμπτὰς, εἶπε παρίσθμιά [b] ἔχειν.
Μέλλει δ' ἐξορμᾶν εἰς Πύθια· καὶ πάλιν εὗρε,
Εἰπεῖν οὐ δύναται, ἢ παραπύθι' ἔχειν.

Interprete eodem. XXVI. Ex *Anthol.* L. 2. c. 43.

Quaeso hoc quaerenti mihi dic, Cyllenie, qualis
Lolliadae Stygiam venerit umbra domum?
Mirum si siluit, te nil voluitque docere,
Miror nil, hanc si quaelibet umbra fugit.

Εἰπέ μοι εἰρομένῳ, Κυλλήνιε, πῶς κατέβαν
Λολλιανῦ ψυχὴ δῶμα τὸ Φερσεφόνης;
Θαῦμα [c] μὲν, εἰ σιγῶσα· τυχὸν δέ τι καὶ διδάσκειν
Ἤθελε· θεῦ, κείνης καὶ νέκυν ἀντιάσαι.

Interprete eodem. XXVII. Ex *Anthol.* L. 2. c. 47. 37.

Si cupitis coenae leges cognoscere nostrae,
Τὸν τῆς δειπναρίης νόμον οἴδαμεν· σήμερον ὑμᾶς, Ἄν-

[b] Ἔχειν] Forsan ἴσχειν adscriptum in marg. *Anthol.* non male, etsi vulgatum tolerabile. [c] Μὲν εἰ] Μέν *Ald.* male.

Isthmia conspexit, sed habere paristhmia dixit,
Quando alios illic esse poëta videt.
Numquid & hic sese parapythia dicet habere,
Si vates alios Pythia sacra dabunt? Adscripsit Cl. *D'Orville.* „ Omissum ab collectore Epigrammatum „ Luciani: licet ejus nomen praeferat. In Cod. ta„ men *Vat.* non Λυκιανοῦ sed Κρηταλίε, sive Κρηταλίου „ potius esse perhibetur, cujus Cerealis exstat aliud „ Epigramma p. 169. In Cod. quodam vs. 4. pro „ ἔχειν scribitur ἴσχειν. Sensus & acumen horum ver„ suum talis videtur. Poëta quidam ineptus cum ad „ certamina Isthmia accessisset, una cum aliis poëtis „ certaturus, se excusavit frigido joco, negans se „ certare posse, ut qui laboraret tonsillis, quae παρ„ ίσθμια vocantur: earumque inflammationes eo„ dem nomine veniunt. Lusit, dico, in vocibus „ ἰσθμια & παρίσθμια, & putida hac syllabarum ca„ ptatione tum quidem evasisse sibi visus fuit. At „ Lucianus impune hoc non abire livit, & rogavit: „ an, si ad Pythia certamina accessisset, & iterum „ excusationis praetextu indigeret, diceret se habere „ παραπύθια; quod negat eum facere posse, quia „ Graeca lingua tale vocabulum ignorat, simul forte „ respiciens ad vocem πύθια, eumque & argutias ta„ les putere innuens. *J. F. R.*

Ἰσθμια] In *Anthol. Fr.* l. d. additur hoc schol. Ἀριστοτέλης περὶ ζώων α. κεφ. ιε. ἐντὸς τῦ αὐχένος ὅ, τι αἰσοφάγος (ἰσοφάγος male legebatur) καλούμενος ἐστὶ τὸν ἐπιπωμίαν, ἀπὸ τῦ μήκους ὃ τ' ἐστὶν τοῦτο. Πολυδ. ἰσθμοῦ δὲ λέγεται τὴν ἐσότητα τῦ φάρυγγος κληθείσης. τὰς ἐκπεφυκυίας σὺν τοῖς παρίσθμια ἐκλήθη. Παρίσθμια νόσος ἐν τῷ φάρυγγι φυομένη. *J. F. R.*

2. Εἴπε παρίσθμιά ἔχειν] Quae Graeci παρίσθμια vel ἀντιάδας, Latini tonsillas vocant, h. e. faucium tumores, qui non facile discuti possunt: in sue glandulae nominantur. *Cels.* L. VI. c. 10. haec *J. Brod.* & plura, quae omitto, quia nimis multa, & vulgaria. *J. F. R.*

XXVI. Εἰπέ μοι] Ex *Anthol.* L. 2. p. 351. *Fr.* 244. *Steph.* p. 168. Versio *Grotiana* haec est:

Dic mihi quaerenti, Maja sate, ductus ad orcum
Lollianus tecum quomodo fecit iter?
Mirum si tacuit: quin te quid, credo, docere
Gestiit; o comitem post quoque fata malum.

Εἰπέ μοι] Etiam neglectum, licet auctoris nostri nomen in Edit. & Codd. conspiciatur. In Cod. *Vat.* vs. 1. κατίβαιν pro κατέβαν. auctoritas membranae omnium vetustissimae me in illam vocem propendere facit. *J. P. D'Orv.*

Κυλλήνιε] Mercurius Cyllenius appellatur a monte Arcadiae Cyllene altissimo, rectius quam ab urbe ubi ei templum constructum est. Monti nomen imposuit Cyllenus, aut Nympha Cyllene, quae illic Mercurium educavit, aut ex Jove peperit. Diversa Festus in voce Cyllenius. *J. Br.*

2. Λολλιανοῦ ψυχὴ] *Suidas.* Is est fortassis, cujus vitam conscripsit *Philostratus.* *J. Br.*

Λολλιανοῦ] Videtur antea lectum Λυκιλλιανῦ, quum *Vinc. Opsop.* adscripserit: pro Λυκιλλιανοῦ lege Λυκιλίε, si vis versum legitimis pedibus currere. Sed Λολλιανοῦ jam verius editum inveniens id servo. *J. F. R.*

3. Μὲν σιγῶσα] Unumquemque olim sugillans, malim tamen, θαῦμα μὲν, εἰ σιγῶσα, non μέν. *J. Brod.* Ego μὲν, εἰ jam bene editum inveni, quod sane recte nunc habet. *J. F. R.*

Καὶ τί διδάσκειν] Sic enim docere solebat Lollianus, aut tacens, aut alicui maledicens. *J. Br.*

XXVII. Τὸν τῆς δειπναρίης] Transmissum, licet Luciani nomen praescriptum, revera tamen in Cod. saepe laudato Λυκιλλίε esse perhibetur. Primo versu male Cod. quidam ἡμᾶς pro ὑμᾶς. *J. P. D'Orv.*

Αὖλε, καλῶ χαμνοῖς δόγμασι συμπεσίυ.
Οὐ μελοποιὸς ἐρεῖ καλακείμενος· ἴστε παρ-
ἔξεις,
Οὔθ' ἕξεις αὐτὸς πράγματα γραμματικά.

Vos hodie invito legibus, Aule, novis.
Non recubans lecto cantabit carmina vates,
Grammaticis nugis nemo moleſtus erit.

Εἰς βρέφη. XXVIII. *In Infantes.* Interp. *Grotio.*

Παῖδά με πενταέτηρον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντα
Νηλειὴς ἀΐδης ἥρπασε Καλλίμα-
χον.
Ἀλλά με μὴ κλαίοις. ὀλίγου βιότοιο μετέσχον
Παύρου, καὶ παύρων τοῦ βιότοιο κακῶν.

Me puerum nullis oneratum pectora curis
Quinquennem rapuit mors fera Callimachum.
Ne me flete tamen: fluxit mihi tempore parvo
Vita: ſed & vitae ſunt mala parva meae.

Εἰς ἄγαλμα Ἠχοῦς, ὡς παρὰ τοῦ Πανός. XXIX. *In ſtatuam Echûs, tamquam a Pane.*

Ἠχὼ πετρήεσσαν ὁρᾷς, φίλε, Πανὸς ἑταίρην,
Ἀντίτυπον φθογγὴν ἔμπαλιν ἀσομένην,
Παυλοίων τομάτων λάλον εἰκόνα, ποιμέσιν ἡδὺ
Παίγνιον, ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύων, ἄπιθι.

Saxa colens Echo datur hic tibi, Panos amica,
Extremos tantum docta referre ſonos.
Gaudia paſtorum, cujuslibet oris imago,
Audito quantum voce ſonabis, abi.

Εἰς ἄγαλμα Ἀφροδίτης, τὴν ἐν Κνίδῳ. XXX. *In ſtatuam Veneris quae eſt in Cnido.*

Τὴν Παφίην γυμνὴν εἶδες ἴδεν, εἰ δέ τις εἶδεν,
Οὕτως ὁ τὴν γυμνὴν τήσαμενος Παφίην.

Nulli nuda Venus viſa eſt, puto. ſi tamen ulli,
Viſa viro nudam qui dedit hanc Venerem.

In

a Πρίηπον] Πριήπου Codd. quidam.

Τὸν τῆ διπναρίῳ] Interdicit convivis, ne qua grammatica altercatione convivioli ſuavitatem conturbent, ita inquiens:

Prandioli noſtri leges cognoſcite, nam vos,
Aule, nova ad coenam conditione voce.
Carminibus nemo nobis velit eſſe moleſtus,
Nec turbet noſtras ars literata dapes.

V. Obſ.

Τὸν τῆ διπναρίῳ] Frugalis & tenuis coenae. Id eſt Grammaticorum. *J. Brod.* Vid. *Anthol. Fr.* p. 262. *Steph.* 179. verſio *Grotiana* ſic habet:

Si quid noſtra placet tibi coenula, veſpere nobis,
Sed conviva novis legibus, Aule, veni.
Non volumus recitat qui carmina: nulla movebit
De re Grammatica jurgia, nemo tibi.

Sed quia mea aeque ac ſuperiorum jam erat confecta, eam Graecis ſubjicere non dubitavi. *J. F. R.*

2. Καιναῖς δόγμασι] Hoc explicat ὁ μελοποιὸς ἐρεῖ. In hunc ſenſum *Martialis*, Libro XI. *Plus ego polliceor, nil recitabo tibi.* & 5. *Nec craſſum dominus leget volumen.* *J. Br.*

XXVIII. Εἰς βρέφη] Inſcriptio in Cod. *Vat.* Λουκιανοῦ. εἰς παῖδα Καλλίμαχον πέντε χρόνους ζησαντα. Χρόνοι poſteriorum temporum Graecis annos ſignificant. *J. P. D'Orv.*

1. Παῖδα] *Anth.* 460. Major. 321. *Steph.* 221.

XXIX. Ἠχὼ &c.] In *Anthol.* L. IV. p. 677. in altera, p. 460. *Steph.* 321. *Ald.* 189. hoc Epigr. non ita certo tribuitur Luciano, quin inſcribatur: ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ, εἰ δὲ, ΑΡΧΙΟΥ. Ego etſi dijudicare non valeo, cujus ſit, omittere tamen nolui, quamvis non multum jacturae paſſura fuiſſet res literaria, ſi lucem non adſpexiſſet. *J. F. R.*

Ἠχὼ] Quam incerto adſcribatur Luciano, vulgati libri oſtendunt. Ego magis Archiae arguto ſtylo, quam Luciani naſo convenire tales luſus cenſuerim. *J. P. D'Orv.*

2. Ἀσομένην] In quibusdam Edd. legitur ἀδομένην. Sed aptius eſt ſenſui futurum, cui etiam potius quam

prae-

In Idem. XXXI. Εἰς τὸ αὐτό.

Alma Venus, tibi sacro tuam sub imagine formam:
Pulcrius hac potuit nil tibi, Diva, dari.

Σοὶ μορφῆς ἀνέθηκα τεῆς θελκαλλὲς ἄγαλμα,
Κύπρι, τεῆς μορφῆς φέρτερον οὐδὲν ἔχων.

Interprete I. F. Reitzio. XXXII. Ex *Anthol.* L. 4. 12. N. 90.
Εἰς ἕτερον [a] Πρίηπον.

In cassum Eutychides posuit me ex more Priapum,
Palmitibus siccis invigilare jubens.
Alto sum cinctus barathro. Qui venerit hucce,
Me vigilem abstulerit, praetereaque nihil.

Εἰς τὸ κενόν με τέθεικε νόμῳ χάριν ὧδε Πρίηπον
Εὐτυχίδης, ξηρῶν κληματίδων φύλακα.
Καὶ θελβέθλημαι κρημνὸν βαθύν. ὃς δ' ἂν ἐπέλθῃ,
Οὐδὲν ἔχοι κλέψαι πλὴν ἐμὲ † φύλακα.

De Mulieribus. Interp. *Grotio.* XXXIII. Ἀπὸ γυναικῶν.

Quae fera scutiferi devicerat agmina Medi
Laïdi formosae Graecia praeda fuit.
Hanc quoque devicit senium; nunc dat tibi, Cypri,
Judicium hoc, facies quod juvenilis amat.
Quippe suos adeo formidat visere canos,
Ipsa facit, vitro quae datur umbra, metum.

Ἑλλάδα νικήσασαν ὑπέρβιον ἀσπίδα Μήδων,
Λαΐδος ἔπλεν ἐμῷ κάλλεϊ λῃδίην.
Μύνῳ ἐνικήθη καὶ γήραϊ, καί † ἔλεγχον
Ἄνθετό σοι, Παφίη, † νεότητι φίλον.
Ἧς γὰρ ἰδεῖν φυγέει πολιῆς παναληθέα μορφὴν,
[b] Τῆσδε συνεχθαίρει σκιόεντα τύπον.

Ἀπὸ

[b] Τῆσδε] Ita reposui ex *Anthol.* VI. c. 8. & Ed. S. Luciani. Τῆς δὲ Ed. P. cum *Anthol.* Ed. majore.

praesenti activa significatio dari solet. *H. Steph.*

Ἀσομώλω] Codd. quidam & Edd. quaedam, inter eas prima, ἀδομώνῃ, quod praetulerim, licet *Stephanus* aliter sentiat. *J. P. D'Orv.*

XXX. Τὴν Παφίην] *Anthol.* L. IV. 683. *Fr.* 463. *Steph.* 323.

2 Οὐτ-] Praxiteles. *J. Br.* Quia scilicet ejus mentio facta in *Antholog.* epigr. proxime praemisso, quod Veneris imagini quoque adscriptum. *J. F. R.*

XXXI. Σοὶ μορφῆς] *Anthol.* IV. c. 12. *Fr.* p. 463. *Steph.* 323.

Σοὶ μορφῆς] In Cod. *Palat.* & in aliis nullus auctor laudatur. *J. P. D'Orv.*

XXII. Εἰς τὸ κενὸν] *Anth.* IV. 712. *Fr* 477. *Steph.* 338. Ne frustra versio *Grotiana* mecum communicata sit, ecce illam:

Arida me posuit propter sarmenta Priapum,
Ut mori morem sic gerat Eutychides.

Ambior & fossa; si quis tamen adveniat fur,
Nil sit, custodem me nisi, quod rapiat.

Lector eligat, quod velit. Cl. *D'Orville* adjecerat: Luciani est, Codd. testibus. Duo ultimi versus a codice absunt. In inscriptione vero habetur: εἰς ἕτερον Πριήπου, scil. ἄγαλμα. *J. F. R.*

XXXIII. Ἀπὸ γυναικῶν] Remove illud ἀπὸ γυναικῶν, & repone. ἐκ τοῦ κατόπτρου τῆ Λαΐδι ἀνατιθέντι τῇ Ἀφροδίτῃ. Licet autem hoc Epigramma sit omnino dignum Luciano, dubitandi aliam praebet, quod in Cod. *Vat.* habeatur τῶ αὐτοῦ. quasi non Λυκιανοῦ, sed Ἰουλιανοῦ esset. *J. P. D'Orv.*

1. Ἑλλάδα &c.] Postremo ferme loco hoc epigr. collocatur in *Anthol.* nempe L. VI. c. 8. Vel p. 556. *Francof. Steph.* 421. Cumque in omnibus Luciano adscribatur, in *Fr.* tamen addit Cl. *Drakenb.* nomen ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ, pro ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ. *J. F. R.*

6. Σκιόεντα] I. e. speculum. *F. G.* Immo umbratilis in speculo effigies. *J. F. R.*

Ἀπὸ ναυηγῶν. XXXIV. *De Naufragis.*

Γλαύκῃ ; καὶ [a] Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
Καὶ βυθίῳ Κρονίδῃ καὶ Σαμοθρηξὶ θεοῖς,
Σωθεὶς ἐκ πελάγους Λυκίλλιος ὧδε κέκαρμαι
Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

Glauce, tibi & Nereu, Matutaeque & Melicertae,
Saturnoque, Sami Threïciaeque Deis,
Soſpes ab inſano Lucillius aequore, crines
Tondeor hic : aliud quippe ego nil habeo.

[a] Νηρεῖ] Νηρεῖ Cod. *Vat.*

XXXIV. Ἀπὸ ναυηγῶν.] In *Vaticano* eſt Λουκιανοῦ ἐπίδημος Λουκιλλίου. Non ſolum *J. Brodaeus* ad hoc Epigramma putat auctorem eſſe non Lucianum, verum Lucillium, cujus quam plurima habemus epigrammata in *Anthologia*; ſed etiam ſic cenſuit F. Urſinus in *Virgilio* cum Graecis collato, p. 113. Fraudi fuit Viris eruditis, quod Lucillii nomen in ipſo Epigrammate occurrit, ſed non ut auctoris verſuum, ſed uti dedicantis. Nomen Λουκίλλιος ſaepius in Vaticano Λούκιλλος & Λούκολλος exaratur; ſed Λουκίλλιος adſeritur ex L. II. c. 13. Ep. 2. Porro primum verſum eſſe Parthenii, conſtat ex *A. Gellio*. L. XIII. c. 25. Qui obſervat, *Virgilianum* verſiculum ex L. I. Georg. 437. deſumtum fuiſſe ex iſto poëta : *Glauco & Panopeae & Inoo Melicertae*. Parthenii autem verſus apud Noct. Att. ſcriptorem ſic ſe habet : Γλαύκῃ καὶ Νηρεῖ καὶ ναυαλίῳ Μελικέρτῃ. Uti adeo, quemadmodum *Gellius* animadvertit, *Virgilius* pro Νηρεῖ ſubſtituerit *Panopeae* : pro ναυαλίῳ, *Inoo*. Sane utrumque magno judicio : cum ſit *Panopea* longe ſonantius vocabulum quam *Nereus* : & elegantius patronymicum a matre repetitum exornet Melicertam. Verum enim vero dubitare licet, utrum mutatio illa ſecundo loco facta debeatur *Virgilio* : an vero re vera ſic ipſe dederit Parthenius, quo Magiſtro in Graecis uſus fuit *Virgilius*, & *Gellius* corruptis uſus fit codicibus, ναυαλίῳ pro Ἰνοῖ exhibentibus; nimirum apud *Macrob.* in Saturn. L. V. c. 17. ſic plane legitur : Γλαύκῃ καὶ Νηρεῖ καὶ Ἰνοῖ Μελικέρτῃ. Quin etiam hujus tituli noſtri auctor ſic, vel non multum diverſo modo legiſſe videtur, quam hic exaratum ſit : Νηρεῖ καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ. Quam tamen lectionem minime ex tribus probo. ſcriptum praeterea puto Parthenio & Luciano :

Γλαύκῃ καὶ Νηρῆϊ καὶ Ἰνοῖ Μελικέρτῃ.

Νηρῆϊ dubito an non in codice quodam inveniatur. In Cod. autem Vaticano Νηρεῖ conſpicitur. Sed Nireo inter marinos Deos nullus locus. Secundo verſiculo Σαμοθρηξὶ membrana Vaticana ſiſtit, quae forma placuit quoque Automedonti, L. 2. *Anthol.* 15. 3. Mirror autem *Grotium* τὸ βύθιον Κρονίδῃ reddidiſſe *Saturnum*, quum ſit Marinus Saturnius, ſive *Neptunus*. & procul dubio ita in animo ſcribere habuit virorum maximus. *J. P. D'Orv.*

1. Γλαύκῃ &c.] V. *Anth.* 919. *Steph.* 439. In notis *Francof.* L. VI. p. 572. monetur, Λουκιλλίου reponendum pro Λουκιανοῦ. At Cl. *Drakenb.* hujus epigrammatis titulo adpoſuit, Parthenii eſſe, videndumque *Abram.* ad *Cic.* pro Coel. N°. 53. Is autem ad verba *Ciceronis*, quae occurrunt c. 14. *ex barbatis illis, non hac barbula*, multa de coma barbaque Diis conſecranda, commentatus p. 435. ed. *Cic.* Pariſ. ait: „ Hos „ verſus Luciano vulgo attributos, arbitror eſſe Par„ thenii, quo Grammatico *Virgilius* uſus eſt. primus „ enim nomine citatur a *Macrobio* L. V. *Sat.* c. 17. *J. F. R.*

2. Βυθίῳ Κρονίδῃ] Neptuno Saturni filio, maris Deo, addunt notae *Francof.* Ed. Et Σαμοθρηξὶ θεοῖς, exponunt, *Cabiris*. Horum meminit *Herodotus* in Euterpe. *Varro* Libro de L. Lat. IV. *Pauſanias* in Boeoticis & Apollonii primo Argonaut. *Scholiaſtes*. τὰς τελετὰς λέγει τὰς ἐν Σαμοθράκῃ ἀγομένας· ἃς εἴ τις μυηθείη, ἐν τοῖς κατὰ θάλασσαν χειμῶσι λέγουσιν ἀσφαλίζεσθαι. quae exſcribere non ſum veritus. *J. F. R.*

3. Ὧδε κέκαρμαι τὰς τρίχας] *Artemidorus* Oneirocr. α. ναυαγήσαντος δὲ ἢ ὑπὸ λῃστῶν συλῶντες γένον ἔκειραν οἱ ἄνθρωποι, legas ibid. (Sed ἔκειραν a ἔκρᾶω vado, non ἔκειραν ibi legendum, res ipſa clamat) Lucian. περὶ τῆς ἐπὶ μισθῷ συνόντων. καθάπερ ναυηγίαν τινὰ, καὶ σανίδιον ὠφέλιμον διηγούμενον, οἷα εἰσὶν οἱ περὶς τοὺς ἰχθῦς ἐκπεπτωκότες. Idem in *Hermotimo* apertius circa finem. *Juvenal.* Sat. 12. — *ibi vertice raſo Garrula ſecuri narrare pericula nautae.* *J. F. R.*

Sequebatur in Edd. Luciani *P. S.* & *Amſt.* totum primum Eidyllium *Moſchi*, Ἁ Κύπρις, &c. quod cum nullo jure huc irrepſerit, removimus.

EPIGRAMMATA LUCIANI OMISSA,

Ex Anthologia, quae e Codicibus ipsi nunc primum vindicantur.

Ex *Anthol.* L. 2. p. 129. Ed. *Steph.* Ita hoc & sequentia vertit *H. Grotius.*

SObrius in potis dum quaerit Acyndimus esse,
Solus ab his potus cur habeatur, habet.

Ἐν πᾶσιν μεθύουσιν Ἀκίνδυνος ἤθελε νήφειν,
Τἤνεκα μὴ μεθύειν αὐτὸς [a] ἔδοξε μόνος.

Ibidem.

Lumen ut extinxit vexatus pulice multo
Morio, jam me non invenietis, ait.

[b] Ἔσβεσε τὴν λύχνον μῶρος [b] ψύλλων ὑπὸ πολλῶν
Δακνόμενος, λέξας, οὐκέτι με βλέπετε.

Ibidem.

Si caput absque pilis, humerosque & pectora cernas,
Dicere ne dubites, calvus hic & fatuus.

Ἢν ἰσίδῃς κεφαλὴν μαδαρὴν, καὶ στέρνα, καὶ ὤμους,
Μηδὲν [c] ἐρωτήσῃς, μωρὸν ὁρᾷς Φαλακρόν.

Anthol. L. 2. p. 135.

Tinge comas, si vis: tingi negat ipsa senectus:

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, [d] γῆρας δὲ σὸν οὐ βάπτεις,
Οὐ-

[a] Ἔδοξε] Ἤθελε Cod. *Vat.* male. [b] ψύλλων] φύλλων *Vat.* [c] Ἐρωτήσῃς] Ἐρωτήσεις Cod. quidam. [d] Γῆρας δὲ σὸν] Codd. & Edd. quaedam male τὸ δὲ γῆρας.

I. Ἐν πᾶσιν] In *Wechel.* additur hoc Schol. Διαβάλλει τοὺς εἰς συμποσίων ἐπεισιόντας, καὶ τὸ Ἰσοκράτους ἐπόμπιμον παραβαίνοντας, πρὸς δὲ & ἀντιθέσεις μηδὲν ἔχειν τὸ συμπόσιον ἡδὺν λέγοντες ἄνευ ἐμπλέας· ὅσπερ & πλοῦτον ἄνευ ἀρετῆς. Οἱ δὲ τοιοῦτοι βουλόμενοι δεικνῦναι ὅτι καὶ σοφοὶ τοῖς συμπόταις μὴ μεθύειν δοκοῦσιν, ὅσπερ & ὁ Ἀκίνδυνος· μᾶλλον δὲ ἐστιν ἀκράτου χρῆσις σωφρονέστη. παροιμία δὲ ἡ εἰς τὸ χρήσιμος ἀκοσμία· κρατίστη δὲ ἡ ἐπὶ τῇ μέθῃ ἀηδία & δυσαρέστησις, λύει τὸ κάρα πάλλειν ἀνομασμένη. (pro ἀντιθέσιν Cl. *J. J. Wetst.* conjicit leg. Ἀντισθένης)

Ἐν πᾶσιν] Luciano adfert Cod. *Vat.* in quo vitiose pro ἤθελε scribitur ἤθελα. *J. P. D'Orv.*

Ἐν πᾶσι μεθύουσιν] Legendum & corrigendum est ἐν πᾶσιν. Praepostera est ejus sapientia & sobrietas, qui caeteris compotationi indulgentibus, solus sobrietatem colit, nec ei in mentem venit veteris proverbii, *aut bibendum, aut abeundum esse.* Itaque merito tales hic damnantur stultitiae. Quod ipsum *Theognis* quoque stultum & ineptum factu judicavit, ita scribens:

Αἰχρὸν τοι μεθύοντα παρ' ἀνδράσι νήφοντα εἶναι,

Αἰχρὸν δ' εἰ νήφων παρ' μεθύουσι μένει. *V. Obsop.*

Ἐν Edd. nostrae jam recte habebant.

In Edd. *Theognidis* legitur vers. 1. νήφοντ' cum apostropho; & recte pro νήφουσι. In 2. μένῃ pro μένει. At hoc parvi. Sententia interim Luciani satis declaratur ab *Obsopoeo*. Sed non indiget nostra juventus praecepto *Theognidis* priori, eique ut pentametro ejus potius obsecundet, auctor essem. *J. F. R.*

2. Καὶ μεθύειν] Nec loci nec temporis rationem habens. *J. Brod.*

II. Ἔσβεσε] Eidem inputat Cod. idem. Et pro ψύλλων habet φύλλων, quod eodem redit. *J. P. D'Orv.*

III. Ἢν ἰσίδῃς] Vult omnes calvos esse stultos, & caeteris hebetiores: quod tamen Synesius in encomio calvitii docte & scite refellit. *V. Obsop.*

Ἢν ἰσίδῃς] Eumdem auctorem habet, eodem teste.

Μαδαρὸν] Cujusdam nomini parcit poëta, quem ut opinor Thersitae comparat. *Homer.* Il. B. Τὼ δὲ οἱ ὤμω κορυθὼ, ἐπὶ τῷ σύνοχα κάτα. αὐτὰρ ὑπερθε θοὰς ἴπν κεφαλὰς, ψοιδὴ δ' ἐπεπύκεθ' λάχνη. *J. Brod.*

IV. Τὴν κεφαλὴν] Luciani est, si fidem Cod. *Vat.* ha-

Οὐδὲ παρειάων [a] ἐκτανύσεις ῥυτίδας.
Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἄπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε,
Ὡς τε προσωπεῖον, κ' οὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.
Οὐδὲν γὰρ πλέον ἔσῃ. τί μαίνεαι; ἔποτε φῦκος
Καὶ ψίμυθος τεύξει τ' Ἑκάβην Ἑλένην.

Nec dabitur rugas explicuisse genis.
Parce, precor, vetulum cerussa pingere vultum:
Personam videor cernere, non faciem.
Stulta, labor totus perit hic tibi: fucus, & omne
Hoc genus ex Hecuba non facient Helenam.

Anthol. L. 2. p. 142.

Οὐδέποτ' εἰς πορθμεῖον ὁ κηλήτης [b] ἐμβαίνει,
Μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπιέναι Διοφῶν.
Τῆς κήλης δ' [c] ἐπάνωθι τὰ φορτία [d] πάντα τεθεικὼς,
Καὶ τ' ὄνον, ἀμφιλεῖ σινδόν' ἐπαράμενος.
Ὡς τε μάτην τρίτωνες ἐν ὕδασι δόξαν ἔχουσιν,
Εἰ καὶ κηλήτης ταὐτὸ [e] ποιεῖν δύναται.

Navi nil opus est Diophanto, ut transeat amnem,
Inplet enim turgens hernia navis opus.
Huic nam sarcinulas ipsumque inponit asellum,
Et sinuosa levans lintea transit aquas.
Frustra se jactant igitur Tritones in undis,
Cum Diophas magno ramice praestet idem.

Ibidem.

Ὁ γρυπὸς [f] Νίκων ὀσφραίνεται οἶνα ἄριστα,
Οὐ δύναται δ' εἰπεῖν οἷος ἂν ἦ ταχέως.

Olfacit egregie nasatus pocula Nicon,
Sed cito sit vinum dicere quale nequit.

Nam

a Ἐκτανύσεις ῥυτίδας] Edd. vulgo male ῥυτίδας ἐκτανύσεις. *b* Ἐμβαίνει] In ora *Wech.* Γρ. ἐμβαίνειν Μέλλων εἰς τὸ πέρ' ἀπέναι, adscriptum manu Cl. *Drakenborch.* *c* Ἐπάνωθι] Ἐπάνωθε *Vat.* *d* Πάντα] Male omittit *Vat.* *e* Ποιεῖν] Bene Edd. Πιεῖν alicubi invenerat *Brod.* Sed ποιεῖν legend. monuit. *f* Νίκων] Sic *Wech.* νικᾶν *Steph.*

habeamus: nec sane eo indignum. In Edd. tribuitur Lucilio. *J. P. D'Orv.*

2. Ἐκτανύσεις ῥυτίδας] Ita inverti; cum ante legeretur ῥυτ. ἐκταν. admonitus a Cl. *D'Orv.* qui adscripserat: in ora Ed. *Wechel.* γράφεται καὶ, ἐκτανύσεις ῥυτίδας. ita certo reponendum. nam constans usus primam corripit in hoc vocabulo. L. III. p. 232.

Ἂς δ' ἐκ ῥυτίδων ὁ γλυκὺς ἵξεται ἵμερος.

Quem versiculum *Athenaeus* L. XIII. p. 589. scribit πικρὸς ἵησιν ἵμερος. L. VI. 421. Γηραλέων συγίτι μαρτοφόρῃ ῥυτίδων. L. VI. p. 430. Καὶ ῥυτιδόφλοιον σῦκον ἐπομφάλιον. L. VII. p. 468. Καὶ χρὼς ἀῤῥυτίδωτος ἔτ' ἀμβροσίῃ, ἔτι πιθοῖ. Vid. *Aristoph.* Plut. vs. 1052. Epigrammate superiore dixit τιῦν παρειήν. Duo Scholia in eadem edit. adposita, manu Arsenii, Monembasiae Archiepiscopi, qui etiam Aristobulus dicitur, exarata vidi. Legendum ibi πίσημον. γράφιον. ἐπισθοσφενδόνιον. ἐπισθοκάλυμμα. ex Cod. Mss. Confer *Pollucem* L. VII. c. XXII. §. 95. *J. P. D'Orv.*

4. Ὡς τε προσωπεῖον] In *Wech.* hoc legas Schol. Paul. s. κατὰ τὸ λοιπὸν, ὡ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρει.

5. Φῦκος] Ὦ καλλωπίζεσι τὴν ὄψιν αἱ γυναῖκες. Καὶ Μένανδρος δὲ ἀμφάλλαν αὐτὰς, φησὶ, τῶν σ' ἀπόβοικον τὴν γυναῖκα τὴν σώφρονα ὦ δεῖ τὰς τρίχας ξανθὰς ποιεῖν, καὶ ὑδὲ τὰς παρειὰς φυκοῦν, ὑδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφειν. Καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις ἐπιψέγων τὴν γυναικεῖον κόσμον φησί· μίτρας ἀναδήσεσθε, νίτρον δὲ σιδήριον, καὶ κυρτοτρόφιον. ὄπισθεν σφενδόνη, ὀπισθοκάλυμμα, φῦκος ἀλαβάστριον.

V. Οὐδέποτ'] Luciano restituendum, jubente Cod. *Vat.* ex quo malam quoque Planudis manum hic graffatam fuisse constat. primum enim distichum sic legendum:

Οὐδέποτ' εἰς πορθμεῖον ὁ κηλήτης Διόφαντος
Ἐμβαίνει, μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπίναι.

Scilicet non cepit homo vocem ἀπίναι, idemque totum distichon corrupit. *J. P. D'Orv.*

Οὐδέποτ'] Διόφαντος esse hoc Epigr. pro varia Lectione adscriptum in Exemplari *Wechel.* manu Cl. *Drakenborchii.* In Edd. est Incerti. *J. F. R.*

4. Σινδὼ ἐπαιρ.] Velum faciens & pandens. *J. Br.*

5. Τρίτωνες] In Fr. p. 206. additur hoc Scholion: Περὶ τοῦ χήματος τῶν τριτώνων πολλὰ διηγεῖται Παυσανίας ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς. μίμημα δὲ αὐτῶν ἐν Ἀπολλωνίᾳ ἐν τῷ δ. καὶ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίκαις ἐν τῇ εἰς Ἀρκεσίλαον ᾠδῇ. Cl. *D'Orville* autem addit: hoc schol. manu Arsenii quoque scriptum in quodam Libro. *J. F. R.*

VI. Ὁ

Nam tribus aestivis vix ipse id percipit horis
Bis centum quoniam nasus it in cubitos.
Egregius nasus, qui si quem forte per amnem
Ducat iter, pisces non semel ipse capit.

Ἐν τρισὶν ὥραις γ' θερινῆις μόλις αἰθάνετ' αὐτός,
Ὡς ἂν ἔχων πηχῶν ῥῖνα διακοσίων.
Ὦ μεγάλου μυκτῆρος, ὅτ' ἂν πολαμὸν διαβαίνῃ,
Θηρεύει ᾧ τούτῳ πολλάκις ἰχθύδια.

Anthol. L. 2. p. 146.

Surripis, o pictor, formam: at vox sola recusat
Artificis dextram victa colore sequi.

Ζωγράφε, τὰς μορφὰς κλέπτεις μόνον· ἡ δύνασαι δὲ
Φωνὴν συλῆσαι χρώμασι πειθομένην.

Anthol. L. 2. p. 171.

Miramur Rhetor qui factus sit Bytus, is quem
Communis sensus deficit & ratio.

Θαυμάζειν μοι ἔπεισιν, ὅπως [h] Βύτος ἐσὶ σοφιςὴς,
Μήτε λόγον κοινὸν, μήτε λογισμὸν ἔχων.

Ibidem.

Albus erit corvus prius, & testudo volabit.

Θᾶττον ἔην λευκοὺς κόρακας, πτηνάς τε χελώνας

Εὖ-

[g] Τούτῳ] Τούτε *Vat.* Sed cum *Salmasio* τούτῳ recte praetulit Cl. *D'Orv.* [h] Βύτος] Βίτος alius Cod.

VI. Ὁ γραπτὸς] De nasuto quodam, qui quidem vinum cito subodorabatur: interrogatus tamen cujusmodi fuisset, cito & promte propter nasi longitudinem respondere non poterat. quod vini odor vix in tribus horis, idque aestivis, ad nares se quibat diffundere. Ultimum versum hic restituere non potuimus. *V. Obsop.*

Ὁ γραπτὸς] Et hoc Epigramma deberi Luciano, si Cod. *Vat.* credimus. Sed misere adhuc truncatum circumferri, at sic supplendum, ut jam fecimus, docuit *J. P. D'Orv.* Nempe tres tantum priores versus comparebant in Edd. *J. F. R.*

2. Ταχίνης] Propter nasi longitudinem. *J. Br.*

3. Ὥραις — θερινῆς] Has *Vitruvius* solsticiales vocat in cancri signo & circa solstitium amplissimas, scil. aestivas. *Martial.* L. XII. *Hora nec aestiva est.* Hinc quidam *Virgilium* magnos menses Junium & Julium ibi, *& incipiant magni procedere menses* dixisse existimant. Asconius Pedianus Quintilem & Sextilem, quia nomina de Imperatoribus Julio Caesare & Augusto sumpserunt, magnos nominatos ab eo credit. Idem *Vitruv.* brumales horarum brevitates appellat, & *Plaut.* in Pseudol. hibernam horam pro brevissima, cum angusta lux est, posuit. cum vero aequalia sunt spatia in Ariete & Libra, aequinoctiales vocantur horae. Lege *Manilium* L. Astron. 3. c. 32. At cum horas absque adjectione audio (quomodo loquitur saepe *Galenus* ἰσημερινὰς minime addens, uti cum tradit τριακοσίων πυρετὸν ἐντὸς τῶν ὀκτὼ ὡρῶν παύσας) has ipsas aequinoctiales sumendas reor, id est partem totius diei vigesimam quartam. Porro horarum originem quarum tempus cum luce augeri vel decrescere jam contexuimus, narrat Victorinus in *Ciceronis* rhetor. vol. 1. *J. Brod.* Ἐν τρισὶ γὰρ θερινῆις ὥραις cum Cl. *J. J. Wetstenio* malim. *J. F. R.*

VII. Ζωγρ.] Forma pingi, vox pingi non potest. *V. Obs.*

Ζωγράφε] Cod. *Vat.* Lucianum facit auctorem: & exhibet, χρώμασι πειθόμενον. bene, *Salmasio* consentiente. *J. P. D'Orv.* Τὸ κλέπτειν & συλᾶσαι hic respondent Gallico *attraper*, quo & hi de pictoribus formam probe imitantibus utuntur. *J. F. R.*

VIII. Θαυμάζειν] Luciani esse Cod. *Vat.* indicat. qui exhibet vs. 2. Οὔτε λόγον κοινὸν, οὔτε λογισμόν. Plaudes timuit ultimae syllabae in κοινόν. *J. P. D'Orv.* In Edd. *Ammiano* tribuitur.

Ὅπως βύτος] Proverbium est *Buthus vbambulat*, ad hoc forte nil pertinens. *J. Brod.*

IX. Θᾶττον ἦν λευκοὺς] Ab impossibili, negat ullum spectatum & laude dignum oratorem Cappadocem unquam reperiri posse. Suffragatur hujus poëtae sententiae & *Philostratus* L. 2. de Sophistis, in vita *Pausaniae*. De cujus pronuntiatione inter caetera haec quoque refert, πολλὰ δὲ ἀναφέρων τῶν Ἡρώδου πλισικτημάτων, καὶ μάλιστα τὸ αὐτοχεδιάζειν ἀπήγγειλα δὲ αὐτὸν παχείᾳ τῇ γλώττῃ, καὶ ὡς Καππαδόκαις ξύνηθες, ἐγκρούοντα μὲν τὰ σύμφωνα τῶν στοιχείων, συγκλείοντα δὲ τὰ μηκύνοντα, καὶ μηκύνοντα τὰ βραχέα. οὕτω ἐκάλυε αὐτὸν οἱ πολλοὶ μάγειρον, πολυτελῆ ὄψα ποιοῦντα, ἀρτύοντα. *V. Obs.*

Εὑρεῖν, ἢ δόκιμον ῥήτορα Καππαδόκην. Quam doctum videas rhetora Cappadocem.

Anthol. L. 2. p. 186.

Πολλὰς μυριάδας [a] ψηφίζει Ἀρτεμίδω- Artemidorus habet decies quod computet,
ρος, & nil
Καὶ μηδὲν δαπανῶν, ζῇ βίον ἡμιόνων, Erogat: haud aliter vivere mula solet;
Πολλάκις αἱ χρυσῷ τιμαλφέα φόρτον Bajula quae multo cum sudet pressa sub-
ἔχουσαι auro
Πολλὰν ὑπὲρ νώτου, χόρτον ἔδουσι μόνον. Tam pretiosa gerens pondera, gramen edit.

Anthol. L. 2. p. 188.

Εἰ τὸ τρέφειν τώγωνα [b] δοκεῖ σοφίαν ἀπο- Si promissa potest sapientem reddere
τελεῖν, barba,
Καὶ τράγος εὐπώγων, εὖ γ' ἀλόης ἂν Barbatus poterit jam caper esse Plato.
Πλάτων.

An-

[a] ψηφίζειν] ψηφίζων *Vat.* melius. [b] Δοκεῖ] Δοκεῖς *Vat.*

Θῶϊλον] Et hoc Luciani est, teste eodem Libro. Alius Ms. haec duo Epigrammata sine auctore sistit. *J. P. D'Orv.*

Λευκοὺς κόραξ] Proverbium est de raris inventu. *J. Brod.* At hoc nisi puerile, nihil puerile erit. Addidi tamen, ut rursus adpareat; male ne fecerim, talia omittens, ubi *Obsop.* similia dedit. *J. F. R.*

2. Ῥήτορα Καππαδόκην] Rhetorem Cappadocem sugillat Lucillius, Pausaniam forte, cujus vitam pertingit Philostratus, vel Basilium & Gregorium. Sozomenus. Simulque Basilius & Gregorius Cappadoces illius temporis rhetores Christiani. *J. Br.*

X. Πολλὰς] Luciani esse, e Cod. *Vat.* constat. in quo bene ψαφίζων pro ψηφίζει. pro αἱ versu 3. αὖ scribendum *quae*, uti in aliis editur. *J. P. D'Orv.* Itaque sic jam edi curavimus. *Vincentii Obsop.* notam qua versionem solutam exhibet, rursus omitto; addit tamen & hanc ligatam:

Vivens ut muli, dum sumptus praecavet omnes,
Supputat innumeras Artemidorus opes.
Auri saepe gerunt ingentia pondera dorso
Muli: sed siccum non nisi gramen edunt.
J. F. R.

XI. Εἰ τὸ τρέφειν] Luciani Epigrammatibus adjungitur in eodem libro; qui non male habet δοκεῖς. Sed ridicule pro εὐπώγων exhibet αἰπόλων. Platonis enim nitor in vestitu usque ad reprehensionem celebratus est. *J. P. D'Orv.*

Εἰ τὸ τρέφειν] Morus:

Si promissa facit sapientem barba, quid obstat,
Barbatus possit quin caper esse Plato? *V. Obs.*

2. Καὶ τράγος] Et hircus barbatus Plato esse potuit. *J. Br.*

Εὐπώγων] Εὐπώγων ornatum significat. *V. Obs.*

XII. Τῷ παγωνοφόρῳ] In Cynicum abstinentem a lupinis & raphanis in convivio, quod virtuti obesset, sed bulbos esitantem. *V. Obsop.*

Τῷ παγωνοφόρῳ] Nostrum quoque parentem habet, secundum testem saepe productum. In Cod. alio ἄδηλον vocatur. Vs. 2. *Vat.* habet εὐδήμων & σοφίαν. Sed illud vitiosum, licet & in alio Codice, hoc leve. *J. P. D'Orv.*

Βακτροκρουσμένου] Cum baculo mendicantis. *J. Br.*

3. Θέρμων] A lupinis abstinebat. Γαστρὶ, ventri, gulae. Χιονώδη. album. *J. Br.*

5. Βολβὸν] Bulbum. Venerem stimulantem. *J. Br.*

Βολβὸν] Hic & vs. 8. majoris momenti occurrit varietas, ubi enim nunc legitur (procul dubio interpolatore Planude) βολβὸν, reponendum est βόλβαν. Vox ex Latinitate in Graeciam translata est: apud Romanos enim *sulla vulva*, *Volva*, βόλβα. In primis deliciis fuisse illud *Horatii* probat Ep. I. 15. 41. *Nil melius turdo, nil vulva pulcrius ampla.* Et sic emendavit dudum magnus *Salmasius*, pene puer, ut ait ad Æl. Lamprid. Ant. Heliogabulum cap. 21. ipsum audi. „ Vide Lector, & ride simul patientiam eruditorum „ Interpretum, qui hactenus tam bono stomacho fue- „ re, ut concoquerent illum βολβὸν, cum abjecto ge- „ neris sequioris [βολβὸν σφυρὸν] tanti non erat bul- „ bus, ut omissis lupinis & rapulis repente ad illius „ occursum adsurgeret cynicus ille φιλοπαστίας, & „ repente gulam suam proderet. At vulva sane tan- „ ti, quam in delicatissimis cibis posuere veteres gu- „ lones". Necesse autem fuit, cum haec scriberet *Salmasius*, ut ipsi non ad manus fuerit collatio codicis Heidelbergensis; alioquin enim conjecturam auctoritate membranae hujus suffulsisset, quod inde quo-

que

Anthol. L. 2. fin. ſ. p. 189.

Mendici quae ſit Cynici ſapientia (barba
Quid facit aut baculus,) coena videre dedit.
Caulibus abſtinuit primo tenuique lupino:
Nam virtus ventri non famulatur, ait.
At poſtquam vulvam vidit niveamque bonamque,
Clam vires animi noluit eſſe ſui.
Nam nec opinato petiit, vereque comedit:
Virtuti vulvam poſſe nocere negans.

Τῆ πωγωνοφόρῳ κυνικῆ τῆ βακίροπροσαίτῃ
[c] Εἶδομεν ἐν δείπνῳ ϯ μεγάλην [d] σοφίην.
Θέρμων μὲ γὰρ πρῶτον ἀπέχεῖο ϗ ῥαφανίδων,
Μὴ δεῖν δουλεύειν γαστρὶ λέγων ἀρετῇ.
Εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα
[e] βολβὸν
Στρυφνὴν, [f] ὃ πινυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον·
Ἵΐτησεν γὰρ πρόσδοκίαν, ϗ ἔτραγεν ἀληθῶς,
Κοὐδὲν ἔφη βολβὸν ϯ ἀρετῇ ἀδικεῖν.

Ibidem.

Mendicos fugiens, domitrix Dea divitiarum,
Exemplum vitae quae potes eſſe bonae.
Alterius pedibus nam quamquam incedere gaudes,
Sunt unguenta tuis crinibus, arma manu.
Serta nec, Auſonii nec deſit copia Bacchi,

Μισόπλουτε θεὰ, μύνη πλούτου δαμάτειρα,
Ἡ τὸ καλῶς ζῆσαι πάντοτ' ὀπιταμένη.
[g] Εἰ δὲ ϗ ἀλλοτρίοις ἐπιζομένη ποσὶ χαίρεις,
Ὁπλοφορεῖν [h] τ' οἶδας, ϗ μύρα σοι μέλει.
Τέρπει καὶ στέφανός σε, ϗ Αὐσονίη πόμα
Βάκχου.

Ταῦ-

c Εἶδομεν] Εἴδομεν male *Vat.* d Σοφίην] Σοφίαν *Vat.* e Βολβὸν] Βόλβαν hic & vſ. 8. in *Vatic.* f Ὃ] Abeſt a *Vat.* aliisque Codd. g Εἰ δὲ] Sic *Vat.* Cod. aliique & Ed. prima. Ἐν δὲ Edd. cett. h Τ'] Abeſt a *Vat.* & aliis membranis ac prima Ed. Adeſt in Ed. *Steph.* & *Fr.*

que ſit probabilius, quia ſcribit: Epigramma eſt Palladae, ne quis miretur Graecum ſcriptorem in verſu Latinam vocem poſuiſſe. At Luciano idem Heidelbergenſis, poſtea in Vaticanum ablatus, codex vindicat; nec magis incongruum, ut Lucianus voce Latina uſus fuerit, quum apud alios Scriptores voces tot Latinae, neceſſitate & uſu cogente, occurrant. In *Hakkiana* autem Aug. Hiſt. Scriptorum editione male vſ. ultimo publicatum βόλβας pro βόλβαν. Quamvis vero haec ſcriptura omnino ſe probare poſſit, neſcio qui ſcrupulus haeret, quod illa βόλβα, illa *vulva* ornetur epitheto στυφνὴ, *auſtera*, *adſtringens*. quod an laudatum ſit in *vulva ſuilla*, dubito. In bulbis inerat ſaporis acrimonia. praeterea aliquid hic latere ſuſpicor, quia non ſolum in Cod. *Vaticano*, verum & in aliis deſideretur vocula ὅ poſt στυφνὴν. Quid quod θέρμων & ῥαφανίδων comes non ineptus ſit *bulbus*. quin ita Stoici occulta libido taxari poſſet videri, quum bulbi ad Venerem incitandam faciant. Sed haec accuratiore indagine indigent. *J. P. D'Orv.*

Βολβὸν] Si *bulbi* nomen retineas, non ſatisfactum erit difficultati generis, cur femininum ſcil. fiat, quod hic tamen in στυφνὴν mutare non licet; etſi mox τὸ ον in πινυτὸν ob caeſuram producitur. Nec στυφνὴ rurſus aptum eſt *vulvae* epitheton, niſi *denſam* exponere liceat, quod non credo. Quare ἰσχνὸν. *J. F. R.*

6. Στυφνὴν] Marg. *Wech.* στυπτὴν, ἰσχνὴν, αὐστηρὴν, πυκνὴν. Cl. *Drakenborch.* in eod. marg. bene monuerat adeundum *Salmaſ.* ad Lamprid. Elagab. c. 22. *J. F. R.*

Στυφνὴν] Στυφνὸν νέον rigidum, acerbum. *J. Brod.* Vix credo bene typis expreſſa haec *Brodaei* verba in Ed. *Wech.* Qui enim potuit haec jungere? An ergo non ſcivit ϯ νοῦν maſculinum eſſe? *J. F. R.*

Στυφνὴν] Lego στυφνὸν τ'. *Athenaeus* II. p. 64. B. βόλβοι λεπτοὶ. E. βόλβῳ πικρὸς. *J. J. Weſt.*

Ἔκλεπτε νόον] Occultavit animum: non potuit amplius diſſimulare ſuam hypocriſin. *V. Obſ.* Immo οὐκ ἔκλεπτε non occultavit amplius, connectendum. Qui enim, quaeſo cohaeret? occultavit, i. e. aperuit ſ. non diſſimulavit. *J. F. R.*

XIII. Μισόπτωχε θεὰ] Podagra. *J. Br.*

Μισόπτωχε] In *Vaticana* membrana auctor Lucianus comparet, qui toto poëmate podagricos defricuit. *J. P. D'Orv.*

3. Ἀλλοτρίοις — ποσὶ] A ſervis vecta, aut eis ambulando inſiſtens, aut utrinque ſuſtinentibus pendens. *J. Br.*

4. Ὁπλοφορεῖν] Baculos ferunt podagrici, quibus ſuſtentantur. Lucian. *Tragop.* Ὦ τρίτε ποδὸς μοῖραι λιλογχὲς βάκτρον. quidam ὁπλοφορεῖν ἀντὶ τοῦ ὁπλοφορεῖσθαι enarrant. *J. Br.*

5. Αὐσονίου] Italici. *J. Br.*

7. Τοῦ-

Ταῦτα σοὶ πτωχοῖς γίγνεται ὐδέποτε.
Τοὔνεκα [a] κἀ φεύγεις πενίης τ' [b] ἀχάλκεον οὐδόν,
Τέρπῃ [c] δ' εἰς πλούτου πρὸς πόδας ἐρχομένη.

Mendici praebet qualia nulla domus.
Unde & egeſtatis furioſum limen abhorres,
Ad dominique venis in lare dite pedes.

Ex Cod. *Vaticano.*

Sic vertit D'ORVILLIUS.

Πολλάκις οἶνον ἔπεμψας ἐμοὶ, κἀ πολλάκις ἔγνων
Σοὶ χάριν, ἡδυπότῳ νέκταρι τερπόμενον.
Νῦν δ' εἴποτε με φιλεῖς, μὴ πέμψῃς· ὃ δέομαι γὰ
Οἶνον τοιοῦτον, μηκέτ' ἔχων θρίδακας.

Saepe merum mihi miſiſti, gratesque peregi,
Sparſus nectarei pectora rore meri.
At mihi ne mittas poſthac, rogo. quo mihi acetum!
Lactucis & qui caulibus abſtineam.

Eſt etiam aliud Epigramma ineditum Luciano adſcriptum: ſed quo chartam conſpurcari nolim. Sic primum diſtichon ſe habet:

Αἱ τρίορσαι τοι ταῦτα τὰ παίγνια θῆκαν ἑταῖραι,
Κύπρι μάκαιρ', ἄλλης ἄλλη ἀπ' ἐργασίης.

a Καὶ] Νῦν *Vat.* b Χάλκεον] Ἀχάλκεον *Vat.* c Δ' εἰς] Δ' ἔν τι *Vat.* Fr. ἀντὶ, adleverat Cl. *Drakenb.*

7. Τοὔνεκα κἀ] Sic exaratur Romae: Τοὔνεκα νῦν φεύγεις πενίης τ' ἀχάλκεον οὐδόν. quae ſcriptura merito arriſit *Salmaſio.* ἀχαλκεῖν & ἄχαλκος dicitur de pauperibus: de carentibus aere, numis. eleganter igitur paupertatis limen vocatur ἀχάλκεον. non ex aere factum: quum alioquin aerati poſtes memorentur aliasque domus partes apud divites hoc ex metallo fieri non inſolitum eſſet. Simul *Homero* ſaepe celebratus χάλκεος οὐδὸς reſpicitur. *J. P. D'Orv.*

Πενίης — οὐδὸν] Podagram hodie divitum morbum vulgus quoque noſtrum appellat. qua tamen eorum divitiae domantur, cum, quibus abundent, frui nequeunt. *J. Br.*

8. Τέρπῃ δ' εἰς] In Cod. primario τέρπῃ δ' ἔν τι πλούτου. In alio codice ν in τέρπῃ in raſura cubat. εἰς πλούτου corruptum videtur. Sed varia illa lectio parum juvat, niſi quod indicet ulcus. An legendum: Τέρπῃ δ' εὐπλούτου εἰς πόδας ἐρχομένη; In collatione quadam habetur. Fr. πρόποδας. At qui πρόποδας vel ſenſui vel metro congruant, non perſpicio. Sequens Epigramma Εἰς τὸ κενὸν —— (quod ſupra jam exhibuimus) in prima Ed. male cum hoc coaluit. *J. P. D'Orv.*

Εἰς πλούτου] Ἐν τῷ τῦ πλούτου, οἴκῳ, ſubaudi. ἐρχομένη πρὸς πόδας ἐκείνου τῦ πλούτου. aut ſic: τέρπῃ δ' εὐπερχομένη πλούτου, (locupletis cujusdam) πρὸς πόδας, quos dolore infeſtas. *J. Br.* Verum propemodum vidit ille, & ſimplex expoſitio τέρπῃ ἐρχομένη εἰς πλούτου (ſcil. οἶκον, quod ita frequenter omitti, *non ſemel in* Luciano vidimus) πρὸς πόδας ſcil. αὐτοῦ, mihi nihil difficultatis relinquere videtur. Πλούτου autem pro πλουσίου luſus eſt haud inficetus. *Obſop.* hic multis narrat, quomodo divites podagram commereantur, & ad *Nic. Gerbelli* fabulam de podagra & aranea remittens, ὀπλοφορεῖν ſignificare putat, quod podagrici ſemper ſint in armis, i. e. rixae & iracundiae pleni, indigne ferentes vel muſcam praetervolantem pedibus inſidere. Ego ad baculum podagricorum tantum reſpici crediderim, quo ſemper utentes, eodem etiam minantur irati. *J. F. R.*

Πρὸς πόδας] In *Wech.* hoc Scholion legas: Ποδάγραν λέγει. οἱ γὰρ πλούσιοι ὑπὸ τρυφῆς ἐ ἀσελγείας ποδάγρῶσι. κἀ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Πλούτῳ. παρ' αὐτῷ μὲ γὰρ ποδαγρῶντες ἐ γαστρώδεις, κἀ παχύπημοι, κἀ πίονές εἰσιν ἀσελγῶς.

PALI-

PALINURUS.

ARGUMENTUM

BOURDELOTII.

Duo hi dialogi ſequentes, Luciani non ſunt, neque Graece ſcripti etiam: ſed quia a doctis Italiæ cum Lucianicis eodem titulo conjunctos accepimus: ne horum quidem lectione fraudare quenquam voluimus, praeſertim cum ad exemplum Lucianicorum aliquo modo efficti & ipſi eſſent.

PALINURUS, CHARON.

PAL. OBſecro te, ô Charon, ſine me ut jam navim conſcendam. CHAR. Quis me appellas? PAL. Ego navita quondam illius, quem nuper viventem transvectaſti, Aeneæ Trojani. CHAR. Tune ille es, qui apud portus Velinos inhumatus jacebas? PAL. Ille ipſe ſum. Sed crede coeleſtium nutu fieri ut transvehar, quorum prodigiis longe lateque actae finitimae gentes, & oſſa mea jam expiaverunt, & tumulum mihi, tumuloque inſuper ſolennia ſtatuerunt. Quare te oro, ô juſtiſſime Charon, patere tandem ut ingrediar. ſic proſpera ſemper ſit navigatio tua, ſit ſolida navis tua, atque inconcuſſa. CHAR. Rem juſtam petis, Palinure, ingredere ut libet. Vos vero tam confertae umbrae, quid fatigatis me precibus? Quid fatigatis? Quaenam haec vis deſiderii? Expectate tantiſper, dum trans flumen hunc porto: regrediar quamprimum. PAL. Habeo tibi, Charon, immortales gratias, qui me his tandem eripuiſti è malis, qui me dira hac tandem qua detinebar transfretandi cupidine liberaſti. CHAR. Amo te equidem, Palinure, tum propter Æneam regem, quem mihi nominaſti, qui & ſuper omnes, quos unquam viderim mortales, viſus eſt mihi ſingulari quadam praeditus pietate: tum propter meum etiam, quod olim commune fuit tibi, magiſterium: Par enim ſibi quisque parem affectat: delectatque magis, quae inter pares fit vel confabulatio, vel vitae actio. Afficiebar porro non modico dolore, quum videbam jamdudum te in citeriore hac ripa errantem, incertumque ſedis tuae. Neque licebat tibi ſuccurrere, propter legem mihi datam, ne quemquam niſi humato prius corpore tranſportem. Sum enim ego minimus inter infernos habitatores, ſubjectusque alienae poteſtati, cui parere non tam pulchrum mihi, quam alias neceſſe ſit. Gaudeo autem nunc & laetor, quod ea aliquando ſe ſors tibi obtulerit, qua & tuum implere deſiderium, & meum relevare dolorem ſalva lege officii mei poſſum. PAL. Imo ego non minus propter te dolebam, ô Charon, quia perſpiciebam tot te graves aſſiduosque labores perferentem ſine ulla relaxatione. Neque enim me latet, quot quantisque vexari malis ſolent navium gubernatores, qui nihil aliud in vita quam navigationem exercui: atque ita exercui, ut nihil illa gravius, nihil periclitantius contingere mortalibus putem: propter quod credibile magis tibi videri poteſt, ſi angebat me utique fatigatio tua, repetentem animo antiquas, quas juvenis etiam ſuſtinebam, nauticas fatigationes meas: quarum experientia jam edoctus ſciebam probe, pari malo tuo condolere. CHAR. Fruſtra propter me dolebas, Palinure: nam nihil moleſta mihi eſt ars mea. PAL. Quid ais? CHAR. Ajo gratam me habere & jucundam artem meam. Vides ut cruda viridisque ſenectus eſt mihi? Memini haud unquam ab ipſa, qua jam omnium annos ſupero, longaeva aetate mea pertaeſum me eſſe laboris mei, qui quotidie inſto alacrior atque valentior. Sed intelligo, cur tu aliter tibi perſuadeas. Eſt enim communis hic morbus mortalium, ut ſortis ſuae quemque diſtaedeat ſemper, vivatque contentus nemo ſtudiis ſuis, laudent vero longe, ac

beatiores existiment omnes, qui diversas a se artes atque actiones sequuntur: verum falluntur maxime opinione sua. Nam si recte intueri velint, cognoscent perspicue, nullum esse in vita eorum statum, qui non magnis scateat miseriis, quem non magnae gravesque perturbent undique molestiae & vexationes. Et si detur aliquando, ut alter in alterius studia transferatur, quam videas tunc sua cuique levia videri, quae prius prae gravitate accusabat: contraque ea graviora, quae prius levia videbantur? Itaque si bene consideres, Palinure, non est ita gravis mea conditio ut censes, neque propterea quod nauclerus sim, sum eo miserabilior. Sed tu (ut video) sequeris vanos errores mortalium, ego vero integritatem tantum, judiciique veri lucem secutus, dego contentus ac laetus sorte mea, neque adscribo mihi calamitatem, quod desudem quotidie navigando, & defatiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horum qui mecum simul ultimas sedes colunt, me esse beatiorem, non ipsos judices, Minoëm, Rhadamanthum & Æacum, quanquam magna omnes emineant potestate: non ipsum Ditem, quamquam sceptro potens sit, atque regna ista moderetur. Sunt namque & illis sui labores, suaeque molestiae, & majores forte, quo & majore regiminis sarcina premuntur. PAL. Potes de te tibi, Charon, persuadere ut libet: mihi enim de me nunquam persuadere poteris, quin ars nostra sine ulla comparatione caeteras laboribus & periculis excedat: quod liquido tibi probarem, nisi quod vereor ne taedio te afficeret fortasse longior narratio nostra. CHAR. Imo summa me afficeret recreatione. Nam & delectat me tecum sermocinari, & navigantibus etiam magnam animorum refocillationem afferre solent hujusmodi confabulationes. PAL. Quando igitur non est tibi injucundum, prosequar suscepti sermonis nostri rationem, ut intelligamus, non esse duriorem ullam, quam nautarum sortem: quod tibi facile persuadebo, si animadvertas, quos aestus & frigora tolerare eos, quos perhorrescere tonitrus & fulgura, quibus perfundi imbribus, qua ventorum rabie agitari quotidie necesse sit. Si cognoscas, quoties eos torqueri fame & siti; quoties squalore etiam teterrimo consumi contingat: si attendas habitationem eorum instar carceris, supellectilem vel nullam, vel sordidissimam, strata dura, cibaria aspera, potum immundissimum, indumenta spurca, incommoditatem rerum omnium, noctes insomnes, & sub divo semper, & inquietas: taceo perpetuum alioqui quoddam eorum exilium: quos patriae eorum exteros, profugos, vagos, palantes, ignaros quietis, privatos omni (quo nihil est in vita dulcius) conjugis sobolisque fructu ac jucunditate, quis non abjectissimos, longeque omnium mortalium miserrimos esse judicabit? Praeterea Scyllam, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infesta navigantibus maris pericula. Omitto tempestates, quibus nec visu quicquam est tristius, nec horribilius, quibus & ad summum vitae usque discrimen quotidie jactantur, quatiuntur, & (quod saepe accidit) submersi tandem obruuntur. In qua re nemo est, qui idoneus magis quam ego testis adhiberi queat: qui cum multis fuerim quassatus tempestatibus, tum ea maxime quae me ex Sicilia in Italiam navigantem invasit, tam saeva atque horrens, ut horrori sit adhuc mihi ejus recordatio. Non possum certe, ut par esset, explicare tibi acerbitatem illius tempestatis; sed quanta extiterit, ex hoc facile conjecturam facere potes, quod Æneam ducem, cujus summa constantia & animi fortitudo ubique decantatur, vidi ego contrementem graviter atque ingementem, extentisque ad coelum manibus beatos longe inclamantem eos, quibus ad Trojam oppetere contigisset, lamentantemque pari ab eorum morte, ac fortissima, a Diomedis gladio se ereptum extitisse. Crudelem equidem tum illuxisse omnibus ultimum, neque ex numero nostro quenquam putavi evasurum, non ipsum Æneam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, grandaevumve Alethem, quorum naves longe disiectas, ad summumque pene exitium adductas, nescio quae vis illa nisi divina liberavit. CHAR. Non incognita mihi narras: haec ea ipsa die rescivi. PAL. Quo id mo-

modo? CHAR. Quo id modo, rogas? An acrem illum fidumque Orontem ignoras, ductorem Lyciæ navis? Is quidem tunc submersus conceſſit ad me illico, exponens mihi ex ordine omnia quæ tu diſſeruiſti, implorans deinde opem, rogitansque multum ut ſe ulteriore in ripa ſiſterem: quod nunquam paſſus fui, quum inter fluctus adhuc corpus ſuum ſine ſepulchri honore jactaretur. Nunc agit ſeſe circum haec ſtagna moeſtus atque errabundus: vidiſti illum? PAL. Et tum vidi, & unicum meorum ſolatium habui, dum tantiſper in ripa moratus, pari cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falſa de triſti ejus interitu retuliſti, cujus adhuc imago ſubit mihi, dum excuſſum e puppi, contortumque ter eum atque circumactum (horrendum) a fluctu, *rapidus tandem aequore vortex Abſorpſit.* Sane quod ad me pertinet, nihil ediſſeram: qui licet eam evaſerim tempeſtatem, amarum tandem aliquando etiam vitæ meæ finem inveni, excuſſus & ipſe pariter atque jactatus inter undas: quod deerat, inſuper ferro praeterea obtruncatus. Ex quo nec tantum mihi timui, quam Æneæ meo, ne tantis undis ſurgentibus ſpoliata magiſtro navis deficeret. Haeccine eorum deliciæ, opes, tranquillitas? Sic illis vivitur, ſic moritur. Tui nunc & aliorum defende ſtudia & artes, contendeque, ſi libet, majorem eſſe etiam eorum miſeriam & calamitatem, qui patrias incolentes ſuas, uxorumque ac filiorum ſocietate beati, quieſcunt, gaudent, ludunt, hortantur, amicitias colunt, exercentur commode, habitant magnifice, veſtiuntur culte, convivantur laete, cubant molliter, jucundos ſuos ac geniales agunt dies. Adde qui in urbibus optimates & primarii magnam ſibi vendicant auctoritatem, habenturque ſummo in pretio atque honore, qui jus dicunt, qui cauſſas agunt aliorum, qui faſces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel aſſiſtunt principibus, vel principes ipſi magni illuſtresque ſunt: quibus nec optabilius quicquam in vita eſſe video, neque beatius. CHAR. Falleris longe, Palinure: nam quos beatiores eſſe arbitraris, miſeriores illi ſunt ulla ſine dubitatione. Neque enim negaverim ſortem ſubjectam eſſe nautarum magnis malis: ſed ita ſubjectam, ut comparatione aliarum, quæ majoribus etiam gravantur incommodis, minus certe miſera judicanda ſit. Quid enim triſtius, ut ad tuos veniam, qui patrias ſuas colunt, quid miſerabilius, quam domi ſuæ agere, & ita agere, ut jucundiorem aliquando quam vitam mortem optes? Quæ ulla major calamitas, quam circundari urbem hoſtibus, ingruere bellum, volitare tela, ſtringi enſes, perfodi muros, fremere tormentis, ſaxo dirui, domos tremefieri & concuti? Quamque fame ſitique deficere, corrumpi aërem, occupari moenia, ſpoliari templa, diripi patrimonia, publicari bona, incendia parari, malos exultare, bonos torqueri, affici convitiis, expelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidari filios ante parentum ora, vim pati uxores, ſtuprari gnatas? Videntur an haec tibi mala, Palinure, & an his, quæ tu meminiſti, ulla ex parte comparanda? PAL. Quam vera narras, ô Charon! quam nunc vel audiens iſta perhorreſco! Venit enim mihi in mentem gravis illa & deploranda patriæ meæ deſolatio, Trojæ, inquam, tam praepotentis olim atque praedivitis, cujus everſione nihil credo referri poſſe crudelius aut lacrymabilius: tantaque fuit calamitatis ejus magnitudo, ut longe plura etiam atque triſtiora, quam tu ſupra memoraveris, ſibi contigerint: quæ ſi velis, omnia tibi, ut rem certius agnoſcas, explicabo. CHAR. Haud opus eſt, Palinure, quoniam & tempus non patitur, & ego haec omnia non ſecus ac tu nota atque comperta habeo. Nam & mihi renunciaverunt, ut quaeque adventabant, animæ ex illo bello profectæ. Nihil certe, ut nunc tu dixiſti, pervenit ad aures meas crudelius aut lacrymabilius. PAL. Faxo ut jubeas: ſed advertas, Charon; graviſſima licet haec ſint, rariora tamen contingere, quam ea nautarum, quæ ſupra expoſui. CHAR. Referam ergo alia frequentiora, & ex ipſis quidemmet civitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miſeriam. Vade, oro, & per civitatem, plateas porticusque diſcurre: quid aliud offendes, quam oblatrantium maledicta, inſimu-

mulationes peſtilentiſſimas, optimi cujusque dilacerationem, quid non? exploratorum inſidias, invidentiumque venena. Diverte modo greſſum, & artificum mercatorumque tabernas ac conventus pete: quid aliud deprehendes, quam ſermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptionesque manifeſtas? Transfer dehinc te in fora publica, ſedesque judiciarias: quid aliud audis quam undique omnia magno ſtrepitu ac clamore miſceri? Quid intelliges aliud, quam caedes, hominum compilationes, furta, graſſationes, conſpirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, niſi litigatorum jurgia & contentiones, teſtium perjurationes, cauſidicorum praevaricationes, judicum corruptiones, praeſidum ambitiones ac rapinæ? Quos ibi alios obviam tibi habebis, quam exultantes improbos, lugentes bonos, oppreſſas viduas, proculcatos pupillos, egentes proſtratos? Attolle poſtea altius oculos, & atria principum perſcrutare, quam non videbis ibi aſſentatorum exaltationem, ſpeculatorum acceptionem, militum audaciam, foeneratorum voracitatem, quaeſtorum improbitatem, quam non potentum hominum in tenuiores vim atque inſolentiam? Quas non concuſſiones? quas non populationes? quos non innocentes accuſari, criminari, carcerari, proſcribi? PAL. Gravia haec nimis ac miſerabilia. CHAR. At reſtant alia, quæ non minus tibi graviora & miſerabiliora videbuntur. PAL. Perge. CHAR. Quæ fortaſſis etiam graviora & miſerabiliora judicabis, quoniam domeſtica ac frequens magna eſt eorum peſtis. PAL. Fare. CHAR. Nolo tibi Palinure afferre in medium graves longosque artificum & negotiatorum labores: non eos quibus afficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus cauſidici, caeterarumque diſciplinarum ſectatores, aeſtus, algores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, caedes, diſtrictas habitationes, infinitaque agendi, cubandi, veſcendi incommoda vel faſtidia, laſſitudines, vigilias, ſolicitudines, odia, & infamationes. Nam ſi complecti cuncta ſermone meo atque exequi voluerim, tot tantaque dicenda ſe offerent, ut præ longitudine malorum ac mole, citius navigatio noſtra quam oratio finem poſſit invenire. Omittam itaque, & commemorabo tantum, quas inter domeſticos parietes, tum ſervorum, tum uxorum ac filiorum moleſtias ac turbationes peſſimas perferre ſolent qui gubernationi praeſunt rei familiaris. Quam ſi ita ut navalem expertus eſſes, facile, quicquid dicturus ſum, me etiam tacente & intelligeres & approbares. Nam ſervorum primo in dominos ſemper prompta maledicta, furta, impoſitiones, fugas, arrogantiam, negligentiam rerum dominorum, temulentiam, edacitatem, ſomnolentiam, tarditatem, ignaviam, nemo eſt qui non videat magnam afferre his qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios, quorum amore nihil dulcius eſſe fertur, quanta animi cum amaritudine aſpiciant parentes vel aegrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, ſatis exiſtimo etiam te intelligere. Quam vero gravem & anxiam credis eſſe eorum vel parturitionem, vel educationem, vel inſtitutionem? Quoties pro eis bonos parentes gemere, ſuſpirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immenſaque adeo cura aluerunt, vel parum ſibi audientes, vel rebelles ac infeſtos poſtea habere contingat? Quam dolenter eos ferre, arbitraris dum inſani & vecordes ſunt, dum hebetis & craſſi ingenii, dum effoeminati & molles, dum dilapidant & evertunt patrimonia, dum nulli bono operi & ſtudio intendunt, dum per praecipitia vitiorum omnium vitam ducunt ſuam? Quid de uxoribus loquar, quas dos tumidas, genus inſolentes, forma ſuſpectas, deformitas reddit inviſas? Quarum lingua nihil perniciosius, quarum audacia nihil prodigioſius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quæ jurgiis ſemper & contentionibus obtundunt viros, quæ ſemper conqueruntur, ſemper exprobrant, ſemper inſidiantur. Quibus quum deſint caetera, nunquam tamen lacrymæ, gemitus & ſuſpiria. Quæ caeca ſua (qua tantum ardent) ornamentorum ambitione exhauriunt opes, labefactant domos, cogunt maritos in malos quaeſtus, in dira ſcelera. Non re-

refero turpissima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis quicquam. Ea quanto dolore afficiant bonos conjuges, nemo satis unquam meo judicio enarrare possit, sed magnum doloris argumentum praestant, & gravissimas caedes, & ingentia quae saepe propter corruptas uxores bella exarserunt. PAL. Hoc plus quam vellem, scio: nam arduum illud quod ego vidi Graecorum & Trojanorum bellum propter Helenae raptum, in eam excrevit rabiem, quam nulla mundi regio ignoravit. CHAR. Quae toti mundo manifesta sunt, ea tantum nosti, Palinure: at si singula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum stuporem, ut stupescens etiam prae miseratione conjugalem vitam lacrymares. PAL. Hui quid narras? CHAR. Narro quae quotidie video & pertracto. PAL. Ergo connubia putas polluta & coinquinata? CHAR. Minime: id nunquam dixerim. PAL. Atqui multas memini me vidisse ea praeditas honestate, ea religione, ac vitae integritate, ut divinum quiddam magis quam humanum redolere viderentur. CHAR. Et multas utique ejuscemodi esse confiteor, sed eas quidem quae optimis honestissimisque ortae parentibus, ebiberunt a primis annis sobrios & castos mores: quae sanctis parentum suorum exemplis educatae, vitam instituerunt: peccare castigatae, sapienter ad mansuetudinem edoctae, ad pietatem, ad fidem, ad divinum cultum, ad rectum compositumque regimen rei familiaris. Quae se a thyasis, saltibus, jocis, quae se a spectaculis, ab immodestiore cultu, ab licentiore colloquio abdicarunt. Caeterum quae contra sanctitatem, quae malis institutis, perversisque parentum exemplis imbutae, molliter vixerint, assuefactae deliciis atque turpi otio, quae nihil nisi saltare, canere, fides pulsare didicerunt, quae praeterea oculis suis hauserunt matrum praesertim obscoenitates & immunditias: hasce qua fide & integritate esse putas erga maritos? Illabuntur siquidem tanquam venena tenellis mentibus parentum exempla: inde rarior etiam quam reris, est hymenalis honestas, quo qui eas vel emendatis instituant moribus, vel sancto invitent exemplo, parentes simul rariores habeantur. Prodeunt postea in publicum quaeque etiam procaciores, aperta fronte, directo gressu, quasi pudicitiam ipsae consecrasse videantur. Et quae secretum intra cubile probra gesserunt, cum vestem induerint, illa contexisse atque occultasse existimant. Vosque ea, vanum vulgus, ita ut cernitis, vera ducentes esse arbitramini. At ego nihil quam quod res habet, de eis judico: nuda enim hic omnia atque aperta sunt. Non veste hic teguntur maculae, non pallio obnubuntur scelera: exertos omnes ac nudatos, rerumque omnium vacuos prorsus huc ingredi oportet. Quicquid in vita male tentatum, maleque actum est, hic fronte coram ipsa demum gestatur, dispoliatur, ostentatur. Quare non mirum tibi videatur, si quorumcunque nota habeo crimina, qui quorumcumque etiam nudas, ita ut praedixi, transveho umbras. Quam proinde ingentem video earum turbam, quae cum impudicitiam longe apertam ostendant suam, pudicissimae tamen in vita habeantur! Quantas secum in maritos fraudes gerunt, quot simulationes, quot proditiones, quantam hypocrisim, quot aliorum obscoenos amores, quot pollutiones, quot supposititios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni seminis susceptas messes! At, quod ridiculum magis est, lugent postea ignari mariti hasce sibi extinctas uxores. Laudant inter coetus & praedicant quasi pudicitiae principes: statuunt mausolea: plurimi quoque epigrammata condi, orationes scribi & pronunciari curant in laudem ac memoriam castitatis fideique earum sempiternam. An haec tristia & amara esse censes, Palinure? Et an comparationem ullam habere putas cum his nautarum, quae ea severitate & acrimonia recensuisti, ut caetera laeta, fausta, deliciarumque plena (si tibi fides daretur) existimanda essent? PAL. Haud equidem tanta in civitatibus privatisque domibus, quanta modo enumerasti, mala regnare credidissem. CHAR. Ita proficit inexpertos sermonem aliquando inire cum his, qui multarum rerum usum atque experientiam habent. PAL. Ita fit. CHAR. Quod si ani-

madvertas, labores quos perferunt nautæ, corpori magis quam animo infensos ire, concedes amplius etiam sententiam meam. Nam hujusmodi res duræ assiduo quodam usu & assuefactione mitiores fiant, & quodammodo domantur: quas vero ego memoravi, cum animum magis affligunt, non ita usus & assuefactio mitigare atque edomare potest. PAL. Consentio tibi jam, gaudeoque in eam lucem te illustrante perveniisse, ut intelligam tam magnam aliorum & majorem etiam quam nautarum miseriam. Sed illud non possum intelligere, quin principes saltem ac magni viri, non dicam nautis, sed caeteris insuper quibuscumque mortalibus beatiores sint. CHAR. Cur? PAL. Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. CHAR. Quibus? PAL. Honore, gloria, opibus, deliciis, amicis, potentatu, imperio. CHAR. Hisce? PAL. Hisce, & multo pluribus. CHAR. Erras. PAL. Errorem hunc optassem in vita mihi. CHAR. Deliras. PAL. Maluissem ita delirare, quam tua cum sententia sapere. CHAR. Quid si nihil illis miserius? PAL. Quid si nihil beatius? CHAR. Haud unquam hoc mihi demonstrabis. PAL. Non tibi ii beati videntur, qui quicquid ad explendas voluptates optari potest, assequuntur? Quibus convivandi, cubandi, ungendi, lavandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnem nitorem atque satietatem semper facultas sit? Quibus quotquot velint concubitus foeminarum, quotquot velint arva, equi, canes: quibus tot sunt servi, tot exculta palatia, tot munitæ arces, oppida? Qui tantum possideant auri, gemmarum, vestium, suppellectilis? Quibus audiant omnes, assurgant, inclinent? Quos populi vereantur, timeant, laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant, proscribant, puniant, extollant amicos, vindicent inimicos, trucident rebelles? CHAR. Non est tam magna ut existimas, Palinure, eorum beatitudo. Nam parit certe fastidium tanta bonorum continuatio, tantaque affluentia, neque sapit tantum, quæ non aliquando intermittitur voluptas. Praeterea quomodo eos tu beatos judicare potes, qui tantis opibus atque deliciis suis nunquam fruuntur cum jucunditate, nunquam cum gaudio? Qui in tanta rerum copia nunquam exhilarent se, nunquam relevent animum, nunquam exultent? Qui tanta licet bonorum ubertate redundantes, tristitia tamen semper obducantur, solicitudine premantur, anxietate torqueantur? Non tibi multo optabilior videtur privatorum conditio, quorum & vita securior, & voluptates etiam, si mentem intendas, majores sunt? Quos summa semper condit hilaritas, mulcet festivitas, explet alacritas? Quantam putas afferre delectationem, quæ communis cum uxoribus & filiis vita exigitur, dum cubant tute, vescuntur laete, jocantur modeste? Quam dulcem esse arbitraris amicorum inter se & aequalium paremvitam, domesticum usum, frequentem conventum? Quid eorum amore suavius, confabulatione gratius, curis melius atque commodius? Quantum credis laetitiæ & exultationis habeant eorum convivia, ludi, cantus, saltationes? Quantum dilatent animos & permulceant? Quantum emanet mellis? Cujus nec stillam principum aliquis degustavit. PAL. Haud intelligo, Charon, hanc quam refers regum tristitiam atque anxietatem, qui inter risus tantum, blanditias jocosque versentur, quibus semper psallatur, canatur, plaudatur: & quicquid ad transigendam hilarem vitam excogitari potest, exhibeatur. CHAR. Etiam, ut video, judicas, Palinure, quæ oculis tantum patent: quo errore decepti mortales, plurimum seduci solent: sed quod certum afferre possunt judicium exteriora corporis, quæ velamenta quaedam magis sunt veritatis? Aut quid certi promittere & ostentare potest frons hominum, quæ plures quam Proteus species mentiri, atque in plures mutari queat? Considerandæ sunt secretæ animi fibræ: perscrutandæ sunt interiores mentis latebræ: quas si pervidere ita ut frontem posses, proh dolor, quantam ibi malorum turbam, quantam formidinum atque strepitationum aciem introspiceres? Quot angores, solicitudines, suspiciones? Quot pestilentes morbos & perturbationes? Quanta aperirentur ulcera, quot plagæ & caedes,

quot

quot insidiæ, quot enses, & telorum infinita genera? Quæ nec somnos eorum quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium jucundum, nec delicias jocosque laetos esse permittant. PAL. Nesciebam adhuc haec eorum qui dominantur mala: sed cur illis contingant tanta, non capio. CHAR. Contingunt tanta propter graves inimicitias, acerbaque odia quæ continue cum finitimis civitatibus, cum subditis sibi populis, cum semet ipsis etiam gerunt: quo fit, ut ingravescentibus odiis, increscentibusque injuriis, quibus quotidie afficiunt quemque, necesse sit illos torqueri & affligi graviter, confidere nemini, suspicari omnia. Possunt extimere muscas etiam (ut ajunt) volantes, gaudere & laetari nunquam, tristitia & moerore detineri semper. PAL. Adducis me facile ut credam suspectas eos habere finitimas civitates, cum quibus & infensa odia confiteor, propter continua quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimum incenduntur: Cum suis vero quibus imperant populis, nihil accipere possunt nisi amorem, & dulcissimam pacem. Porro si cum finitimis sint imicitiæ, si oriantur bella, sic demum etiam augentur imperia, subducuntur oppida, profligantur acies, spoliantur & captivantur hostes, populationes magnæ fiunt, trophaeis decoratur patria, victoriis celebratur, triumphis extollitur. Ob quæ & principum gloria, & urbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter se laetitia, atque erga principes fides & amor crescit. CHAR. At tantum narras quæ prospera sunt & laeta, ac quæ frequentius acciduat adversa & tristia praetermittis, quasi semper eos putes debellare hostes, potiri victoria, triumphis exultare, nunquam vero vinci, prosterni, agros suos populari, bona sua diripi, & è suis se oppidis dejici. Sed majora haec praetereamus, de minoribus tantum dicatur. Quippe si conferas quas strages suorum & caedes sustinent, comperies longe majore damno quam lucro partas eorum victorias constare, discussaque ratione decessisse plus illis quam accessisse. His adjicias, ut populorum etiam suorum odia, ne dum finitimorum intelligas, quod ad inferenda bella & persequendos hostes opus illis est ingenti & munito exercitu, multo navigio, longa armorum & machinarum praeparatione: quæ quum magno & inaestimabili constent sumptu, nec proprii suppeditent reditus, necesse est novis vectigalibus vexare populos, novas indicere praestationes, novas angarias: augere tributa, multiplicare onera, exhaurire aes omnium, eradere marsupia, imo viscera pauperum, parvos atque magnos diripere, spoliare, conculcare. Inde fit, ut quum invisos manifeste se cunctis intelligant, suspectum tum sibi incipiant habere quemque: nullius fidei, nullius amicitiæ credere, conjectare omnia in malam partem. Habet enim hoc in se pessimum malefactorum conscientia, ut quos injuria affecit, nunquam revocari in amicitiam, nunquam mitigari, & ad veniam moveri posse putet: proinde magis insurgitur, graviores itur in injurias. Hunc proscribunt, illum carcere includunt: quorundam patrimonia publicant, alios jugulari aut strangulari jubent. Voluntate pro ratione utuntur. Eorum quoque quos tantis laeserunt malis, cognatos, affines, amicos, socios, servos, quasi fidei suæ diffidentes, persequuntur. Tum caeteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponunt sibi, acuuntque ipsi non minus odia. Nam non minus rebus suis ac saluti suæ timent. Ita pedetentim civitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odiis incenditur, coquit novas cogitationes, nova consilia molitur. Mox eo deveniunt, ut haec intelligentes videant quantæ ruinæ quantoque praecipitio subjaceant, quam tenuissimo quasi quodam filo pendeant imperia sua. Tunc cernas eos pallere, tristari, consumi, expavere omnia, torqueri scelerum suorum conscientia (quæ prima est poenarum omnium) timere hostium insidias, civium conspirationes, domesticorum proditiones, oppressorum vindictas. Tunc securum nihil existimare, nisi quod vi ac ferro tueantur. Propterea non credunt se tuto cuiquam, non ministris, non necessariis, non germanis, quorum majorem etiam quam aliorum auctoritatem magis formidant.

Arcent se ab aspectu & praesentia omnium, cingunt se fossis & aggeribus, claudunt se arcibus, quasi ad perpetuos damnati carceres. Custodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis, ut obsideri eos putes, circumvallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil jucundum. Dormiunt cum magna inquietudine, cum majore etiam vigilant. Terret illos conventus hominum, angit solitudo: timent colloquia, timent salutationes, timent dona. Suspecti illis aditus, suspectae sellae, suspecti cibus & potus, qui nec etiam nisi praegustati sumuntur. Suspecti pellicum & item uxorum tori: quibus mirum est cur sine cujusquam praegustatione congrediantur. Ipsos vero quorum se custodiae commiserunt, non minus extimescunt: quibus quum carere nequeant ob tutelam suam, eo magis augetur eorum timor & miseria, quo armatos pro firmiore illos praesidio esse necesse sit. Quare alienigenas & barbaros homines, atque abjectissimos quosque sibi deligunt, eosque frequentius comitantur. Dejiciunt saepius ac exterminant, quo saluti suae si non alia, at saltem hac via, consulere possint. Quid foedius & ignavius dici queat, quam hominibus immanibus ac flagitiosis se committere: suos vero prudentes, sobrios, justos spernere atque devitare? Quanta ista tyrannorum felicitas, quos continuus & ingens semper angore afficit metus, quo non modo animi graviter excruciantur, sed cuncta insuper dulcia mundi dona fugantur & dissipantur? Quantae istae eorum deliciae, quanta gaudia, qui tranquillitatem nunquam & pacem sibi, ne dicam populis suis aut hostibus concesserint, expertes omnino tam sanctissimi atque omnium dulcissimi boni? Quaenam ubertas ista bonorum, quae distracti aliunde, neque sciant, neque visant, neque pertractent, neque gustent unquam? Quanta ista imperii bona, quae quum ipsi videre & attrectare non possint, committant necesse est aliorum curae & gubernationi? Ignari rerum suarum, nescii omnium ferme quae sub se geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his praesertim, quos prae caeteris auxerunt: quibus tamen quum se credant, quot innocentium criminationes, quot facinorosorum falsas commendationes audiunt? Quoties eorum fidem sequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficiis, illos poenis afficiunt? Quodque gravius est, quoties ipsis etiam videntibus, hi quos tantum extulerunt, pro sententia sua in foro quosque laedunt, concutiunt, opprimunt, atque dilaniant? Quid mirum si exardescunt postea populorum odia? Si labefactatur postea eorum status atque desolatur? Quanta ista, quamque optanda imperia, cum quibus & servitutem pessimam degant? Subjecti tantis perturbationibus, tantis insidiis: subjecti ipsis etiam quos sibi subjecerunt: constricti quasi quibusdam regni compedibus: clausi intra arces, quasi magni alicujus criminis rei: coarctati instar ferarum: excluſi ab omni quae foris capitur recreatione: privati libertate, quod est tam dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modo, sed caeteris insuper quibuscumque animantibus: cujus privatione quid est quod tristius aut infelicius contingere possit? PAL. Non credis, Charon, bonos aliquos, mitisque & moderatae naturae Tyrannos esse? CHAR. Imo multos credo: sed tanta est dominandi libido, tantus ardor, tanta nescio quae pestis ingenita, ut quos semel invaserint, sint summa quamvis bonitate praestantes, adeo illiciat eos, illiciensque depravet, ut vita potius quam imperio, quod jam occupaverunt, carere possint. Vel ad conversandum, vel ad amplificandum contendunt unguibus dentibusque: ac propterea nemo est tam bonus tyrannus, cui non conservationis amplificationisque suae gratia, multis magnas inferre injurias, atque ob eas illatas non plurimum timere, plurimasve pati anxietates contingat. PAL. Miror cur tantis in malis, quae plane ita ut narrasti, vera esse puto, appetant tantopere mortales imperium, nisi id forsasse faciunt cupidine honoris & gloriae: quod nimirum tam praestans atque excellens bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modo exposuisti miserias. Dulce quippe est mandare aliis, praeferri omnibus, eminere, praecellere, venerari, timeri, suppliciter exorari, assur-

surgi sibi, via decedi, inclinari cervicem, flecti genua, audire laudes suas, & rerum bene gestarum decantationes. Quæ quum & divina numina plurimum capiant, facile intelligi potest quantum & his quoque mortalium mentes capiantur. CHAR. Quæ tanta capere potest Tyrannos ullos honoris aut gloriæ exhibitio, qui se certo invisos omnibus esse sciunt? A quibus si laudentur, si audiantur, si sibi assurgatur atque incurvetur, intelligunt palam vel assentationis vel timoris caussa id fieri? Quare non est ita dulcis, ut putas, hujusmodi honoris & gloriæ extorsio magis quam exhibitio. At vero dulcior is est qui in privatos homines ab amicis & benevolis honor exhibetur propter aliquod eorum egregium facinus, aut excellentem virtutem. Vera ista gloria, verus iste honor, ac dignus quidem quo & divina numina capiantur. PAL. Nullam ergo video caussam cur tantopere imperia desiderentur, desiderataque conserventur: nisi quod habendi cupido, qua tantum trahitur humanum genus, in his maxime expletur. Quo enim quisque plus auri, agrorum, aedificiorum, oppidorum, acquirere possit, nulli parcit labori quantumvis magno & intolerabili: neque ullus tam amarus labor, quin propter quaestum & majorem rerum cumulationem dulcescat. Ita quum tyranni super omnes plus possideant, super omnes etiam beatiores videntur, licet caetera eis tristia sint atque peracerba. CHAR. Neque istud quidem affert ullam beatitudinem. Nam in primis non efficit divitem major abundantia, sed minor cupiditas. Qui enim parvo contentus est, id tantum cupit, quod necessitati vitæ sufficiat. Is abunde est locuples, propter honestum, quod facilius implere potest, desiderium: quod quum & impleverit, liberatus est ab omni qua alii rapiuntur habendi anxietate. Qui vero quantumlibet dives plura concupiscit, pluribus indiget, quia perseverante acquirendi insatietate efficitur minus voti compos. Quo enim magis crescit multarum rerum possessio, magis etiam cupiditas: neque finem unquam habet vorago illa cupiditatis. Deinde non est judicandus quisque vel locuples multitudine, vel pauper paucitate divitiarum: sed vel rerum magis implemento, vel necessitate. Nam si multitudinem excedunt sumptus, quomodo potest is credi dives, qui minus habet quam necesse esset? Quare cum necessitatem saepius magnam patiantur qui tantam imperii molem administrant, indigentiores etiam putandi sunt privatis hominibus: quibus licet tenues sint opes, at necessitatibus saltem suis vel pares sunt, vel superiores. Taceamus graves quas quotidie expilationes vel rapinas perferunt a quaestoribus suis, & ab his maxime quorum fidei magis credunt: qui quo majora etiam nacti sunt imperia, eo majora utique furta, majoremque proinde rerum suarum diminutionem patiuntur, a quibus privatos saltem homines liberos esse constat, qui & diligentius patrimonia sua ipsi per se curare, & attentius omnia intueri possunt. Dicamus vero curas & labores quos in administrandis tantis opibus, gubernandoque tanto potentatu tolerare eos oportet, quorum fortitiores quam Herculis humeros esse necesse est ad sustentandam tantam molem: plures etiam quam Argi oculos ad tantam rerum varietatem pervidendam atque distribuendam; plura quoque quam Jani aut Vertumni capita, ad intelligenda examinandaque tot ac tanta cum hostium tum populorum suorum, quæ illis negotia deferuntur. Quæ tanti animi vis, quæ non debilitetur? Quæ tanta soliditas, quæ non concutiatur? Quæ tanta promptitudo, quæ non resultatur? Cujus est tanta valetudo, tantum robur, qui se tam vasto curarum ponderi parem audeat polliceri? Cujus est adeo aequabilis & moderatus animus, adeo perseverans, quin tam multis tamque continuis laboribus non defatigari, non quassari, nunquam quoque confringi possit? Omittamus mortales: de nobis tantum, qui haec ultima loca colimus, loquamur. Utrum putas, Palinure, beatiorem esse, vel me, qui pauperrimus sum omnium, qui nihil praeter hanc quam cernis pusillam lintrem possideo: vel Plutonem, tam lati tamque immensi regni tyrannum? Intelligo, etsi taceas, quale de hoc sis judicium prolaturus. Crede mihi, minime meum cum suo statu commuta-

tem. PAL. Quare? CHAR. Quia laetus ago, & summa cum quiete. Non ullius rei ullam gero, nisi transvehendi hasce huc descendentes animas, & conservandi incolumem hunc faselum meum, sollicitudinem: in quo dicam tibi quicquid est quod me gravet. Cum enim propter vetustatem fatiscat aliquando rimis, curare me oportet ut restituatur integritati suæ: quare eum consuo saepius, & obstruo si quid rimarum est: haec omnis mea cura est, hic omnis labor. At Pluto cum tantis divitiis suis, ac regno tanto, nunquam laetatur, nunquam quiescit: tot curis carpitur, quot repletur hic umbris locus. Implicatum semper habet ubique animum: hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intentus locis, omnibus occupatus ministris: huic mandat, illum terret, alios acciri jubet. Metum illi omnia incutiunt: nunc terræ hiatus, nunc motus formidat. Saepe illum trepidare cogit lampas Phoebi, ne ulla ex parte irradiet regno suo. Saepe & fulmen magni fratris, ne penetret Averna atque labefactet. Quoties vidi ego illum, dum rebus suis timet, invectum summo curru peragrare omnem hanc regionem, lustrare fines, scrutari omnia diligenter, ascendere etiam in superum orbem, circumire terras, perveſtigare quodcumque periculum perferre posset, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere: quæ cum multis in locis, tum maxime ea solet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiam cum terrent, propter magnas reluctationes Typhoei gigantis, quibus totam conquassat illam patriam. Nam postquam ipse ausus fuit bella inferre coelo, injecere superi ejus corpori Trinacriam, sub qua ab omnibus undique montibus pressus & gravatus, conatur saepe se attollere, impositaque sibi rejicere: proindeque magnos concitat motus, ac tantos quidem, ut haec loca nostra concutiat graviter & tremefaciat. Cogita nunc quam laeta & optanda sit sors hujus inferni tyranni, cujus tot dividitur animus curis, tot propellitur tumultuationibus: quem tot oporteat praecavere pericula, tot dispensare ministeria, omnia percensere, omnia corrigere, omnia vel ipsum gubernare, vel aliis gubernanda committere. Attende, rogo, & vel ex uno collige ejus felicitatem. Nam si me deficere contingeret huic naviculario ministerio, quod ita necessarium est, ut videas necesse esset eum vices meas subire: ne alioquin deficiente portitore, regno suo male succederet. PAL. Hoc profecto non modo verum esse video, sed manibus etiam ipsis (ut ajunt) tango. Nam ea nocte qua alias somno gravatus e puppi in mare excussus fui, id continuo sensit Æneas meus, qui errantem sine magistro navem intelligens, gubernavit eam tota ipsa nocte, non indignatus quod, quæ sceptrum gestare solebant, remum etiam manus attrectarent. CHAR. De magno ejus germano nihil loquor: non me latet quantos & ille labores ac curas sustinet: sed id praecipue scio, quum temeritate Phaëthontis totus pene orbis conflagrasset, quantum tunc regno suo timuit, quantum tota coeli moenia circuit, & ne quid labefactatum viribus ignis corrueret, exploravit. Praetereo tertium fratrem, moderatorem undarum, cujus plurimæ etiam ac maximæ curæ non facile explicari possent, sed praesertim quæ sub illa quoque Phaëtonthea conflagratione ad summum pene usque exitium cum toto regno suo eum affecerunt. PAL. De hoc possum, quod oculis meis vidi, afferre testimonium. Vidi equidem tempore illius, quam supra retuli, horrendæ apud Siciliam tempestatis, commotum graviter Neptunum & ex alto prospicientem vocasse ad se Eurum & Zephyrum, & increpatis acriter eis pro tanta suscitata tempestate, placasse ocyus omnia, atque tranquilla reddidisse. Quod argumentum praestat mihi evidens plurimarum, ut inquis, ac maximarum, quod omnia in latissimo imperio suo paria sint, curarum suarum. CHAR. Dic oro, Palinure, putasne jam beatam esse tyrannorum vitam? PAL. Minime. CHAR. Optaresne vivens eorum sortem? PAL. Ut quid optarem, in quo nihil omnino optandum esse manifeste intelligo? CHAR. Ergo certo eos arbitraris miseros? PAL. Non miseros modo, sed omnium etiam miserrimos. CHAR. Mirum quod modo eos tanta frui beatitudine praedicabas. PAL. Quid mirum, si caecus laudet te-

renebras, quas postea luci restitutus damnet? CHAR. Vis ut & alia eorum mala tibi referam. PAL. Restant item alia? CHAR. Et alia, & graviora. PAL. Quid audio graviora? Haud unquam istud credam, posse his quæ modo dixisti, gravius aliquid addi. CHAR. Credes quum audieris. PAL. Dic ergo. CHAR. Vides ut appropinquamus jam ripæ. non possum longiora tecum jam facere verba. PAL. Rogo te, mi Charon, ne fallas avidissimam expectationem meam. CHAR. An caeterarum umbrarum quas in littore reliqui, avidissimam etiam expectationem vis ut fallam? PAL. Non diu moraberis, perge ô mi Charon. CHAR. Imo diutius quam soleo, demoratus sum: sed lentus etiam navigavi propter te, cujus confabulatione delectabar. PAL. Age ergo, ut facis, lentiorem protrahe navigationem, ut quæ reliqua sunt dicenda, prosequi possis. CHAR. Ea tandem tanta est tibi audiendi cupiditas? PAL. Tanta. CHAR. Morem tibi geram: qua in re illud te scire velim, quod plurimum miseram reddit mortalium vitam instabilitas scilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quisquam sibi polliceri queat. Quomodo is beatus censebitur, cujus summam quantumvis & plenam beatitudinem minima omnis disturbatio violare & auferre potest? Sane quum omnia apud mortales infirma atque mutabilia sint, nulla tamen infirmior fors est atque mutabilior, quam tyrannorum, quorum etiam quo major sit exaltatio & sublimata magis status altitudo, major est proinde, quum mutari eos contingit, casus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, eversiones, trucidationes, ut nemo eorum fere unquam evaserit, qui non vel regno depulsus, vel veneno necatus, vel cruenta aliqua & pessima morte caesus vel peremptus sit. Quis talem eorum vitam optarit, quæ pro modici temporis felicitate (si tamen illa felicitas appellanda sit) tam tristi postea tamque amaro fine consumatur? Horret animus dicere. Nam ne credas iis tantum mortales subjectos malis esse, sensimus & horum magnam partem aliquando nos inferi, licet tam valida nobis & munita sit civitas, tam firma & praepotens, atque omnibus undique praesidiis circumsepta. Non possum sine dolore meminisse illius diei, qua Hercules heros ille fortissimus haec regna penetravit: perfregit fores, invasit regem, exterruit reginam, quam & ante socii ejus rapere adorti erant, abstraxit Cerberum, vinctumque eum catenatum magna vi in orbem duxit, concussit loca omnia, trepidare omnes umbras atque ipsos judices fecit: me quoque non modicum laesit, quem erepta cymba conto hoc meo percussit, impulsumque graviter in mediam paludem exturbavit. Timui equidem tunc desolatum iri barathrum totum. Credidi tunc supremum Plutoni finem advenisse regni sui: neque minus illum cum conjuge in praedam duci ad superos, quam tartareum canem: sed paulo humanius cum eo actum est, quam opinabar. Nam tandem sibi ac regno suo bene consultum est: neque tamen ita consultum est, quin tricipite custode suo, qui tam perneceſſarius erat, spoliaretur. Quod si opinionem meam, quæ communis erat, fata coaequassent: tunc cernere fuisset, utrum beatior vel meus, vel Plutonis tanti regis status esset. Ego quidem nihil ambigo, privatus fuissem hac navicula. hoc enim habeo tantum quod adimi possit. privatus etiam fuissem rege meo: sed quotquot alios voluissem reges, procul dubio invenissem; qui ministerio meo indigentes, servitium meum perlibenter sibi delegissent: & fortasse hoc lucrifeciſſem, quod pro vetusto & attrito, qualem hunc intueris, novum mihi & magis solidum lembum acquisissem. At Pluto quantas opes, quantos honores, quantum regnum amisisset: quantam in egestatem, quantam in calamitatem decidisset? Qui neque par aliud regnum, uti parem ego vel meliorem navim: neque parem alium famulum, uti parem ego vel meliorem dominum, inveniſſet. Excedo jam modum dicendi: sed si tempus sineret, narrarem, & quibus olim curis vexatus, quantoque timore perculsus propter bella Gigantum fuit summus Olympi rector: cujus narratio majorem etiam augeret eorum, quæ supra dixi, malorum confirmationem. PAL. Haud opus est exemplis mihi. Nam nemo mor-

mortalium fuit qui majora quam ego unquam viderit eorum malorum exempla. Quid enim extitit his temporibus Trojano rege majus? Quid opibus ſuis cumulatius? Quid operibus munitius & pulchrius? Et quid demum exitu tantorum bonorum triſtius? Quid crudelius? Quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduum & longum bellum, tot cruentas mortes natorum ſuorum. Vidit everſam funditus & incenſam urbem. Vidit latrantem conjugem, captivas nurus & filias, populationem tantarum divitiarum: ipſe quoque, quod ultimum reſtabat illi ſenectutis ſuæ ſolatium, Pyrrhi enſe confoſſus, & crudeliſſima morte conſumptus eſt. CHAR. Quis melius me haec novit, qui cunctos hac ſcapha transvexi? A quibus & omnem calamitatem ſuam ſeriatim perdidici. Notus eſt abunde mihi Priamus, cujus cognito acerbo caſu non potui non dolere: notus eſt Troilus: noti Hector & Deiphobus: nota eſt caetera tot filiorum ac nepotum turba: noti innumerabiles qui illo bello perierunt Trojani pariter & Graji duces. Nota eſt infinita quæ tunc occidit populorum manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorum multitudinem huc deſcendiſſe, quam illo: quo ita laſſatus fui, ut præ multitudine omnibus transvehendis minime haec cymba ſufficeret plane. Quid opus eſt tibi monitore ad aperiendas eorum miſerias, quas tu ſubjectas oculis tuis habuiſti? Quod ſi pro anguſtia temporis liceret (jam enim video propius nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum tyrannorum, ex quibus creſceret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud poſſum, quod certo ſcio, tibi verum confirmare, nullum fere me vidiſſe unquam tyrannorum huc deſcendentium (deſcendunt porro omnes) qui non vel alicujus veneni infectionem vel magnas ulcerum cicatrices, & ſanguinolentæ alicujus mortis horrida ſigna præ ſe ferret. Ita mirum eſt videre tot ac tantos necatos, confoſſos, cruentatos, trucidatos. PAL. Quis nunc ſe tantis in malis tyrannum unquam eſſe optabit? Quis imperia aſſequi quaeret, quæ jam certius certo cognoſco magis fugienda eſſe, quam Meduſaeum caput? CHAR. Audiſti quibus apud ſuperos tyranni malis torquentur: ſed ſi intelligeres quæ hic apud inferos graviora etiam illis parantur, perhorreſceres & longe magis eorum ſortem. PAL. Ergo & alia hic tyrannis parantur? CHAR. Credis, Palinure, ſcelera quæ patrant mortales, hic aliquando impunita eſſe? PAL. Hoc modo animadvertebam. CHAR. Animadvertendum eſt igitur tibi, quodcumque in vita peccatur, pari demum poſt mortem & reſpondente peccatis poena puniri. Nam ut capias quod dico: ſi tu, Palinure, artem tuam navicularium vivens male exercueris, ſi in dominum tuum mali quicquam vel cogitaveris, vel commiſeris, ſi inaudiens dicto ſuo extiteris: invenies hic tibi praeparatas his, quæ deliqueris, ſimiles poenas. PAL. Nihil profecto, Charon, ſcio quod male egerim, vel in dominum meum peccaverim, niſi ſomnolentam illam dormitationem meam, qua negligentius certe quam debebam, me geſſi. Nam magno in periculo navim ſimul & dominum, quem vehebat, meum reliqui, niſi vigilantior ipſe & cautior melius ſibi conſuluiſſet: ſed poenarum ſatis tum ob hoc craſſum peccatum meum etiam in vita recepi. CHAR. Recipies etiam in morte. Ibis enim quum è navi te dimiſero, ad ſeveros judices noſtros, qui examinant & cenſent delicta omnium. Ducent quoque te in examinationem, ſcrutabunturque crimina tua. Videor vero videre quali te judicabunt poenæ ſubjiciendum. PAL. Quali? CHAR. Parem peccato tuo tibi poenam ſtatuent. Nam quum ſomno peccaveris, aeterno etiam te ſomno damnabunt. PAL. Dormiam ergo in aeternum? CHAR. Ita puto: niſi gravius ſit aliud peccatum tibi. PAL. Sic mites habeam judices, ut non ſit gravius aliud mihi. CHAR. Nullam ergo niſi ſomni poenam patieris. PAL. Non haec gravis poena mihi videtur. CHAR. Neque aſinis etiam & bobus: at magnis & excellenti aliqua virtute praeditis viris graviſſima exiſtimatur. PAL. Quas vero, dic, poenas perferent tyranni? CHAR. Audis tot clamantes & lamentantes voces? Tot horrificos planctus? Tantum ſtridorem ferri? Tot tractus catenarum?

rum? PAL. Delectabat me adeo sermocinatio tua, ut his minime animum intenderem. Sed quid audio tam triste atque horrendum, quod præ horrore poenæ aures meæ sustinere non possunt? CHAR. Sunt haec quæ audis, tormenta tyrannorum. Nam quum illi in vita carcere quemquam incluserint, spoliaverint, flagellaverint, trucidaverint, in summum luctum, in summam egestatem & calamitatem deduxerint, damnati sunt etiam ab incorruptis judicibus ad perferendas pares poenas. Ideo teterrimis quoque carceribus inclusi, spoliati, flagellati, rotati, caesi membratim, ac mille atrocissimis mortibus cruentati, tantos edunt, quantos audis, gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, clamores atque ejulatus. PAL. Dic etiam mihi, Charon, an his poenis plectuntur, qui magni atque primarii tyrannis assistunt? CHAR. Prorsus iisdem: nam suasu & consilio eorum maxime committunt tyranni scelera sua. PAL. An & in vita illi beati? CHAR. Non secus ac tyranni quibus assistunt: nam iisdem quoque malis subjecti sunt. eadem enim sunt in eos populorum odia, majora etiam inter se, eaedem curæ, eadem pericula: & quod miserabilius est, dejiciuntur saepe a tyrannis suis, & vel carcere vel morte aliquando pessima afficiuntur. PAL. Tanta est ergo, tamque generalis omnium calamitas. Ullam vero prorsus esse putas hominum sortem, quæ beata duci possit? CHAR. Imo beatos aliquos non nego fuisse mortales, sed perraros tamen. PAL. Quos perraros? CHAR. Qui amore virtutis & literarum contempserunt caetera mundi bona: qui se innocuos, puros, castos, integros, incorruptos conservantes, extulerunt animum altius ad gustandam divinam excellentiam, humana quasi sordida & abjecta relinquentes. Nam virtus per se tam dulcis tamque jucunda res est, ut incredibiles amatoribus suis afferat voluptates. Tam nobilis & praestans est ejus possessio, ut summa quadam ubertate ditet possessores suos. Quam qui vere est assequutus, nihil praeter literarum studia dulce, nihil praeter dei cognitionem habet amabile. Quæ tantum praedulcia sibi bona stabilia, perpetua, incorrupta praeeligit, custodit, amplectitur. Reliqua vero mundi, supremo tandem gustu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora hilo, inaniora hila, jejuniora papis volantibus, fugit, contemnit, abjicit, conculcat: contentusque se ipso, ac honestissimis suavissimisque studiis suis totum nihili mundum ducit, ruentem etiam non formidat. In his recreatur, refocillatur, laetam & jucundam agit vitam, ridet tantas hominum, tamque stultas, & ultro sibi quaesitas anxietates, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes curas. Nemini nocet, nemini molestus est. Laudant eum omnes, praedicant, admirantur, benevolentia complectuntur, favore prosequuntur. Quam vere hic beatus est, qui conscientiæ suæ innocentia & integritate fruitur! Quod primum est dulcius omnibus, bonus securusque sui, nullo timore angitur, nulla angustia torquetur, non timet largas (quibus caret, quasque nihili facit) divitias sibi a potentioribus eripi. Non timet a quocunque se laedi, qui nec quenquam se laesisse certo intelligat. Quam vere hic felix est, qui tot tantisque semotus curis & periculis, tantarum vacuus perturbationum, sibi semper aliisque jucundus, laetetur semper, & omnibus quotquot sunt mundi honestis, & his etiam quæ coelibum communes sunt, perfruatur voluptatibus: qui humanioribus sanctioribusque deditus studiis, contemnat omnia, contemnensque omnia possideat. Nam is possidere omnia videtur, non qui omnibus abundet, sed cui nihil deficiat. Porro illi nihil deficit, qui nihil concupiscit. Concupiscens autem nihil, contemnit omnia: contemnensque ita id assequitur quod desiderat. Desiderio vero suo frui, ea demum vera & sola beatitudo, beatorumque omnium plenitudo est. PAL. Hi ergo cum nihil mali egerint, poenarum etiam nihil patiuntur. CHAR. Nihil prorsus, imo propter transactam bene vitam, meritum magnum assequuntur. PAL. Quod? CHAR. Vel coeli fiunt incolæ, communicantque aeternum illis coelestibus bonis: vel si huc descendunt, mittuntur in Elysium: qui locus est quietis

ac deliciarum, ubi ſedes fortunatæ, campi aperti, læti, omnium omnino poenarum expertes. PAL. O ſi mihi ad mortales redire aliquando contingeret, inclamarem quam magna poſſem voce, admonerem de ſuo quemque officio & dignitate, accuſarem tantam laborum fruſtrationem, tantam curarum vanitatem, tot corruptas opiniones, perverſaque judicia: ſed quam maxime increparem, qui vel magiſtratu quopiam magno vel imperio cæteros antecedunt: oſtenderem tanta, quæ antea ignorabam, ſed te docente nunc intelligo, mala eorum, graviſſima, dictu horribilia: revocarem omnes a vitiis, ab inferendis injuriis, ad meliorem victum, a ſuperflua agendarum rerum cura: incenderem deſiderio virtutis: laudarem innocentiam, prædicarem frugalitatem, exhortarer cunctos ad bene, graviter, caſtigateque vivendum, ad ſe cognoſcendum, ad contemnendum tot caduca, & ſomni cujusdam vel umbræ magis ſimilia mundi bona: invitarem ad honeſtas artes, ad ingenuas exercitationes, ad ſtudia literarum, ad ſpem ac contemplationem divinæ bonitatis. CHAR. Et recte ſane: ſed vides nos ripam attigiſſe: egredere jam. PAL. Et jam egreſſus ſum. Ad judices eo. Placidam opto tibi ſemper navigationem. Salve, ô Charon, & vale. CHAR. Et ego ad reliquas umbras redeo. Placidos opto tibi ſemper judices. Salve, Palinure, & vale.

VIRTUS DEA.

MERCURIUS, VIRTUS.

MERC. VIrtus Dea per epiſtolas oravit modo, ut ad ſe irem. Eo ut perconter, quidnam me velit, illico ad Jovem redibo. VIRT. Salve, Mercuri: ago tibi gratias, quandoquidem tua in me pietas atque benignitas efficit, ut non penitus deſpecta ab omni cœtu Deorum ſim. MERC. Expecto quid narres: tu modo perbreves narrationes facito: nam edixit, ut confeſtim ad ſe redirem, Jupiter. VIRT. Etiamne tecum nobis non licebit noſtras ærumnas exponere? Quos igitur habebo ultores injuriarum, ſi non modo apud ipſum maximum Jovem, verum & apud te, quem ſemper in fratris locum habui, colui, obſervavi, condolendi facultas negatur? O me miſeram, ad quos confugiam? Unde auxilium petam? Me quidem, cum ita deſpiciar, malo eſſe truncum aliquem, quam Deam. MERC. Tandem effare, dum præbeo operam. VIRT. Viden' quam ſim nuda & fœda? Hoc ita ut ſim, efficit Fortunæ Deæ impietas atque injuria. At eram ſane ornata apud Elyſios campos inter veteres illos amicos, Platonem ſcilicet, Socratem, Demoſthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & ejusmodi viros doctos, qui me, dum vitam agebant, piiſſime atque religioſiſſime coluere. Interea loci cum jam non pauci ſalutatum ad nos advolaſſent, è veſtigio Fortuna Dea inſolens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turba conſepta atque ſtipata, properans ad nos, jactabunda, En, inquit, plebeja, tune majoribus Diis adventantibus non ultro cedis? Dolui injuriam nobis immeritis eo pacto fieri: ac nonnihil ira concitata, inquam, Neque tu maxima Dea his verbis me plebejam efficies: neque ſi majoribus cedendum eſt, tibi turpiter cedendum cenſeo. Illa vero illico in convitium ſeſe effert adverſum me. Præterea hic, quas contumelias in me primum dum hæc inter nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philoſophus cœpit contra eam nonnulla de Deorum officiis diſputare. Illa excandeſcens, Apagite hinc verboſi,

bosi!, inquit. Non enim decet servos Deorum causſam suſcipere. Coeperat & Cicero orator plura velle suadere, at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius praepotens, latera illa sua gladiatoria ostendens, graviſſimumque pugnum in os Ciceronis injecit: hinc caeteri mei amici perculsi metu, fuga sibi propere consuluere: neque enim Polycletus penicillo, aut Phidias scalpro, aut Archimedes horoscopo, aut caeteri inermes adversus audaciſſimos armatos, eosque praedis atque homicidiis fuetos, bello ad sese tuendos valebant. Ergo me infeliciſſimam, ab ipsis Diis omnibus qui tum aderant, atque hominibus, desertam, pugnis ac calcibus totam confregere, vestes meas diripuere, in lutum prostratam reliquere, demum abiere ovantes. Ego vero ita confecta, cum primum licuit, conscendi huc, ut Jovem Opt. Max. his de rebus facerem certiorem. Jam quidem mihi ut intromittar expectanti, mensis elapsus est: dumque id ut impetrem, omnes Deos exeuntes atque redeuntes precor, novas semper aliquas excusationes audio. Aut enim Deos ajunt vacare ut in tempore cucurbitae floreſcant, aut curare ut papilionibus alae perpulchre pictae adsint. Quid? Igiturne vero aliquid semper habebunt negotii, quo nos excluſas teneant ac floccipendant? Tum etiam & villicus suſcepit curam dudum, ne cucurbitae siti pereant: nos tamen neque Diis neque hominibus cordi sumus. Has ob res te iterum atque iterum precor obteſtorque, Mercuri, qui semper apud Deos ipsos interpres extitiſti, ut causſam hanc meam juſtiſſimam atque piiſſimam suſcipias. Ad te confugio, te supplex oro. In te omnis mea sita est spes atque expectatio. Da quaeso operam, ne dum a vobis excludor, ipsis quoque mortalibus sim ludibrio. Nam erit quidem dedecus Deorum ordini, ubi homunculi me tametsi infirmam Deam floccipendant. MERC. Audivi, doleo: verum pro vetere nostra amicitia unum admoneo, duram nimis atque difficilem causſam te adversus Fortunam suscepiſſe. Nam & Jupiter ipse, ut caeteros omittam Deos, cum se ob accepta beneficia nimium Fortunae debere sentiat, illius vires atque potentiam veretur. Ea enim ad coelum Diis ascensum praestitit: atque ubi velit, valens sua armatorum manu ejiciet. Qua de re, si sapis, inter plebejos Deos ignota, quo ad Fortunae odium extinctum sit, latebis. VIRT. Aeternum latitandum est. Ego & nuda & despecta abeo.

IO. MATTHIAE GESNERI
DE AETATE ET AUCTORE
DIALOGI LUCIANEI
QUI
PHILOPATRIS
INSCRIBITUR, DISPUTATIO.

(Habita *Jenae* A. 1714. retractata & aucta publiceque disputata *Lipsiae* 1730. retractata iterum & castigata *Gottingae* 1741.)

ARGUMENTUM.

De auctore Philopatridis tres classes sententiarum §. 1. 2. I.) *Qui Luciano tribunt* 3. 4. II.) *Qui antiquiorem Luciano faciunt* 5. *Examinatur haec posterior sententia* 6. *In primis repugnat laudatus Artemidorus* 9. *Et similitudo sermonis cum sermone Luciani. Obiter de Barateria dictum* 10. II.) *Luciani non esse hunc libellum, ostenditur testimonio antiquae annotationis* 12. *Quia unius tantum Imperatoris in Persica victoria mentio fit* 13. *Respondetur Ge. Bullo* 14. *& Dodwello* 15. *Major est in Philopatride rerum Christianarum notitia, quam quae in Luciano observatur* 16. *Obiter quaedam ad Peregrinum disputantur contra T. Fabrum* 18. 19. *Comparantur notitiae Luciani & auctoris Philopatridis* 20. *An χρηστοὶ sint Christiani? contra Huetium* 21. *Stilus Philopatridis Luciano indignus* 22-26. III.) *Ergo junior Luciano, quod putabat etiam Lacrosius* 26. *Et Moylius* 27. *Scriptus videtur Byzantii, cum ea jam esset Constantinopolis* 28. *Argumento de templorum antiquitate non utimur* 29. *Post Constantinum M. scriptum esse indicant* ἐξιστοραί, *& voces quaedam illius aevi propriae* 30. *Scriptus videtur ad primum nuncium victoriae Juliani Persicae* 31. *Christiano Imperatori tali libello gratulari non licuisset* 32. *Res gestae Juliani satis magnae* 33. *Et auctae in immensum a laudatoribus* 34. *De Aegypto in servitutem redigenda, Arabibus ac Scythis* 35. *Christiani infensi Juliano. De his agi, contra Basnagium* 36. *Male ominatos Juliano ostenditur* 37. *Status felix imperii Juliano imperante* 38. *Galilaeorum appellatio Juliani temporibus propria* 39. 40. *Licebat apud Julianum etiam Deos gentilium irridere* 41. *Quî in Luciani nomen pervenerit?* 42. 43.

I.

QUo tempore, quove scriptus auctore esset Dialogus, qui Philopatridis nomine, inter Luciani libellos a librariis collocari solet, diu multumque a doctissimis hominibus disputatum est. Me ad quaerendum excitavit illud, quod passim ad hunc libellum in disputationibus de antiquitate fidei Nicaenae, aliisque rebus provocari viderem. Operae itaque pretium esse putabam etiam paullo exquisitioris, si constitui posset aliquid, quod vel usque quaque certum esset, vel eum probabilitatis gradum haberet, quo in tali re acquiescendum sibi viri sapientes putant.

II. Ad

II. Ad tria quasi capita referri possunt, quae adhuc prolatae sunt sententiae. Sunt enim, qui Luciano auctori tribuendum putent; malunt alii antiquiorem Samosatensi credere, quin ad Neronis usque tempora retro ascendentes parentem deformi foetui quaerunt; alii denique juniorem Luciano, quin ipso tertio post C. N. seculo inferiorem ut statuant, adduci se patiuntur. Nos in re non nimis facili ita versabimur, ut primo sententias aliorum proponamus, quam fieri poterit perspicue, adjectis simul caussis, quas vel allegant ipsi, vel quae videntur illos, ut ita sentirent, induxisse; tum quae contra hos ab aliis disputentur, vel dici nostra opinione possint, sine cujusquam insectatione modeste indicemus; denique ut nostram de tota re sententiam & exponamus breviter, & argumentis pro virili parte adstruamus.

III. Igitur qui Luciano tribuunt scelerati partus exclusionem, ab illis ne exigendam quidem esse probationem, videri alicui queat: cum, quod inter reliquas ejus viri commentationes compareat, ex eo ipso satis constet, nisi sit, qui meliori jure eum sibi vindicet, illius esse, cujus per tot annos fuit possessio. Plurima enim esse plurimorum auctorum scripta, quae eorum, quibus tribuantur, esse, nullo alio argumento probentur, quam quod inter reliqua ipsorum scripta referantur. Atque haec cum ita sint, accedere, quod argumentum tale hujus Dialogi sit, quod a dicacitate Luciani & omnia insectandi libidine non abhorreat. Olim enim effecisse Samosatensem illum scurram, ut, si quid in re gravi ridiculum, in seria ludicrum, in honesta denique contumeliose dictum appareat, id haud male, nec levi conjectura ad ipsum auctorem referatur. Neque Christianis peperciisse, sed in ipsos etiam maledicum strinxisse calamum, vel Protea, seu de morte Peregrini dialogum luculenter admodum testari. Maximam autem omnium fidem huic sententiae facit mira phrasium, sententiarum, earum etiam, quas ex Homero solet depromere, totius denique oeconomiae, quam vocant, & dispositionis convenientia: quae quidem tanta est, ut vix phrasis vel sententia in toto hoc dialogo occurrat, quae non semel, aut saepius etiam in reliquis, quae Luciano nemo abjudicat, deprehendatur; oeconomia autem seu dispositio, dialogi ei, quam in Nigrino ille adhibuit, magis similis sit, quam ovum ovo est simile, de qua quidem convenientia infra adhuc erit dicendi locus.

IV. Jam victoria illa de Persis, cujus sub finem dialogi epinicion quasi quoddam a superveniente Cleolao canitur, nihil vetare dicit celeberrimus FABRICIUS (*a*), quare non sit eadem, de qua Marcus Antoninus & Lucius Verus triumpharunt A. C. 166. Vir doctissimus DAVID BLONDELLUS (*b*), quem laudat FABRICIUS, *Anno Marci quarto*, inquit, *Christi 164. Macrino & Celso Coss. Seleucia cum trecentis hominum millibus, & Ctesiphontis regia Veri nomine per Cassium excisa, prisco vere Persarum supercilio nubem ademit Verus, cui spe falsus inani Susae & Arabiae excidium Scythicarumque excursionum cessationem (in bellum Marcomannicum, dum Parthicum geritur, natum, intentus) spondet Cleolaus. Nihil itaque nos cogit, quae Luciano vivente & spectante confecta sunt, ad alium auctorem referre.* GEORGIUS vero BULLUS (*c*), laudante iterum FABRICIO, praeter victoriam de Persis, Marco Antonino imperante reportatam, quam celebrat Cleolaus, illud insuper monet, quae de malorum praedictionibus dicantur in Philopatride, illa apprime etiam in Divi Marci tempora convenire. Huc enim pertinere, quae SEXTUS AURELIUS VICTOR habet in epitome: *Marcus Antoninus virtutum omnium caelestisque ingenii exstitit, aerumnisque publicis quasi defensor objectus est. Etenim nisi ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruissent omnia status Romani. Quippe ab armis nusquam quies erat: perque omnem Orientem, Illyricum, Italiam, Galliamque bella fervebant: terrae motus non sine interitu civitatum, inunda-*

(*a*) Bibl. Gr. L. 4, 16. p. 504.
(*b*) De Episcopis & Presbyteris p. 227.
(*c*) Defens. Fidei Nic. 2, 4, 2. p. 73. seq. ed. Grabii.

dationes fluminum, lues crebrae, locuſtarum ſpecies agris infeſtae, prorſus ut prope nihil, quo ſummis angoribus alteri mortales ſolent, dici ſeu cogitari queat, quod non illo imperante ſaeviverit. Nempe haec eſſe illa mala, a ſophiſtis, ut auctor appellat Chriſtianos, praedicta.

V. Qui antiquiorem faciunt Luciano, in diverſa abeunt. Eſt enim qui ita putet Luciano majorem Philopatridos parentem, ut ipſum Neronem aetate credat attigiſſe. Nimirum THEODORUS MARCILIUS, *Saperdae autem prorſus illi ſunt*, inquit, *qui propter ea quae in extremo dialogo iſto de Babyloniis, Aegyptiis, Perſis, Scythis verba fiunt, hujusce diſtortiſſimi foetus parentem ad tempora Imperatoris Trajani referunt, cum ea magis in Neronis aut etiam Claudii pertinere poſſe, quivis facile lolio non victitans perviderit. Plane quidem, quisquis tam belli pueri pater eſt, Neronis Principatu eum ſuſcepit.* Micyllum videtur notare, qui Trajano imperante ſcriptum eſſe Philopatrin putabat. Sed ipſius verba ponere ex argumento dialogi ab ipſo quondam converſi, commodiſſimum fuerit. „ Lucianine ſit Dialogus „ hic, an alterius cujuspiam, dubitari poteſt. Nam quod ad argumentum attinet, non „ abhorret ab illius ingenio & dicacitate. Pariter enim & gentilium Deos, & Chriſtianam „ religionem, ut ſaepe alias, inceſſere videtur. Phraſis autem, & tota adeo compoſitio „ caeteris illius ſcriptis haudquaquam ſimilis eſt. Nam quorſum pertinet excurſus iſte, re„ liquo prope toto corpore longior? Aut quid adeo grande aut affectuoſum ſequitur, quod „ Tragico iſti exordio reſpondeat? Sed de his doctiores judicent. Caeterum cujuscumque „ ſcriptum hoc fuit, videtur is Trajano Caeſari ob victoriam in Oriente partam potiſſi„ mum gratulari voluiſſe, contra eos qui per id tempus ſive ipſi urbi, ſive alteri alicui lo„ co, (nam patriam (*a*) ſolum vocat) pericula & clades praeſagiebant: quos ipſe a princi„ pio Sophiſtas appellat: ad finem tamen ita deſcribit, ut propemodum Chriſtianos intel„ ligeſe videatur. Eo enim pertinet, quod in fine de Perſico ſupercilio, de Sufis, de to„ ta Arabum regione meminit. Omnia enim illa a Trajano devicta in pop. Romani po„ teſtatem illis tum temporibus rediere, ut apud Dionem & Eutropium, & caeteros, qui „ ejus aetatis hiſtoriam ſcripſerunt, videre eſt". Habet haec Micylli ſententia praeſidium quoddam in verbis dialogi c. 10. *Ἥνικα δέ μοι Γαλιλαῖος ἐνέτυχεν, ἀναφαλαντίας, ἐπίῤῥινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας, καὶ τὰ κάλλιστα ἐμεμαθήκεις, δι' ὕδατος ἡμᾶς ἐκπέμπων, κ. τ. λ.* His veriſimile Paullum Divum ſignificari, cujus proinde auditor Triephon: jam vero inter magiſtri mortem, atque hunc ſermonem diſcipuli plus XL. annis ad ſummum intercedere non potuiſſe credibile eſt, niſi decrepitum ſenem Triephontem, cum haec loqueretur, fuiſſe, dicere velis.

VI. Verum enim vero quo antiquiorem aliquis hunc dialogum ſtatuit, eo magis falli neceſſe eſt. Quid enim? Ut hinc incipiamus, Triephontis magiſter laudatur *Γαλιλαῖος, ἀναφαλαντίας, ἐπίῤῥινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας*; Divus igitur Paullus intelligendus neceſſario eſt? Quid vetat, quemvis alium hac deſcriptione ſignari, recalvaſtrum, naſonem, myſteriorum cognitionem de ſe, ex vero forte, praedicantem, quam comica phraſi, ad raptum illum Apoſtoli nefarie accommodata, noſter *περιφράζει*. Quid vetat, ſi concedamus etiam, corporis & oris habitum, qualis hic deſcribitur, Paullo fuiſſe, (quod vix tamen probari poſſe puto) imaginem ſummi Doctoris a ſcurra viſam eſſe, eumque deinceps, ut protervius Chriſtianos inſectaretur, hoc ſchemate magiſtrum ſuum deridendum aliis propinaſſe? DAVID BLONDELLUS, quem paullo ante laudavimus, contra eos, *quibus Galilaei, recalvaſtri, naſonis, ad tertium usque caelum rapti, diſcipulum profeſſus Triepho, Paullum innuere videtur*, ita diſputat: *His argumentis*, (quae nimirum allata jam jam a nobis ſunt) *perſuaderi me non poſſe fateor*, (*ut credam, Philopatrin ante Luciani aetatem ſcriptum.*) *Ut enim nullum Luciani aetate Paulli auditorem ſuperfuiſſe largior lubens; nec Paullum Tarſi natum Galilaeum dici*

(*a*) Quin urbis *κατ' ἐξοχὴν* mentio fieri videtur c. 19.

dici debuisse constat : utrumque ad majus Christianarum rerum ludibrium a Luciano effictum, non est quod negemus. Nec difficile fuit Vener. MOSHEMIO (*a*) refellere ARTEMONIUM, id est SAM. CRELLIUM, qui ipsi Christo adscribi raptum in caelum, sententiis Socinianis inserviens nimirum, putabat.

VII. Neronis Principatu non esse scriptum Philopatrin, non equidem probabo ex RUFI FESTI loco, qui *Armenias duas tunc amissas, Romanasque legiones sub jugum a Persis missas, extremo dedecore Romani exercitus sacramenta* ait *foedasse* : Plura siquidem feliciter, ductu Corbulonis, Neronis auspiciis in Armenia contra Parthos gesta, eademque magnifice celebrata, refert TACITUS (*b*) : quin neque post cladem ignominiamque, Paeti negligentia acceptam, *decreta a Senatu, integro adhuc bello, tropaea, dum aspectui consulitur, spreta conscientia, omissa sunt*, ut idem TACITUS (*c*) auctor est. Quidni igitur & vani cujusdam Graeculi Paeana ante victoriam, quin post cladem acceptam, canentis, gratulationem Nero acceperit? Firmiora proinde argumenta deinceps erunt adferenda. *Nec vero Trajano convenit*, verba recito DAVIDIS BLONDELLI l. c. *quod sub dialogi finem oraculum recitat Cleolaus : πίπτουσιν ὀφρὺς ἡ πάλαι βουμένη Περσῶν, κ. τ. λ. Nam nec Susam nec Arabiam totam debellavit, nec quos ex Arabibus subegit, post devictos Persas domuit Trajanus, immo inter belli Parthici initia anno imperii quarto Christi CI. Trajano quartum & Paeto coss. per Syriae praefidem Palmam, Petraeam Arabiam sub jugum misit ; eodemque anno, pereunte Decebalo, Dacicum bellum consummavit. Anno vero imperii nono, Christi CVI. Commodo & Cereale Coss. Seleuciam, Babylonem & Ctesiphontem cepit.*

VIII. Sed, ne quid dissimulem, tota illa disputatio nec mihi, nec credo multis aliis, ex omni parte probatur. Prior ipsius ratio est, quod nec Susa nec Arabiam totam debellaverit Trajanus. Sed debellavitne eam Marcus, cui ipse epinicio illo gratulatum fuisse Lucianum putat? Fatetur non debellasse. At paratum est προφύγετον. SPE FALSUS *inani*, inquit, *Susae & Arabiae excidium, Scythicarumque excursionum cessationem, spondet Cleolaus.* Iniquus autem est BLONDELLUS, si quo ipse effugio utitur, illud eripere velit parti adversae. Ut lubentius concedat, movere eum debet ratio altera, qua adversam sententiam oppugnare sibi videtur, tantum abest, ut ea rem, quam vult, conficiat. Putat enim, quia jam ante Persas, Arabum quosdam subegerit Trajanus, Cleolaus autem ei, qui jam victor esset Persarum, Arabiae subjugationem tanquam futuram spondeat ; fieri non posse, ut de Trajano ea gratulatio accipiatur. Quid si autem dicamus, ideo enimvero spondere Cleolaum ut ΠΑΣΑ χθὼν Ἀραβίας, sub potestatem Trajani redigatur, quod parte ejus jam subacta, facilior de reliquis spes esset. Haec, ut mihi quidem videtur, ita sunt manifesta, ut Blondello ipsi, si viveret, assensum extorquerent.

IX. Haecne igitur, dicat forte aliquis, sunt firmissima illa argumenta, quibus Trajani aevo abjudicatur Philopatris? Equidem, ut quod res est fatear, his nunquam mihi persuaderi passus essem, ut non a Paulli quodam discipulo transfuga scriptum putarem. Sed bene res habet. Supereſt argumentum unum, a nemine, quod sciam, adhibitum, sed omni exceptione, uti arbitror, majus. Narrat nimirum Critias, c. 21. se cum interfuisset deliramentis atque vanis praedictionibus Sophistarum, ita sententiam de illis dixisse : *κατὰ μὲν τὰ Ἀρισάνδρου καὶ* ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ, *οὐ καλῶς ἐπροβήσαντας ταῦτ' ἔγωγε τὰ ἐνύπνια ἐν ὑμῖν*, & reliqua. Quis non videt ARTEMIDORUM ὀνειροκριτικῶν scriptorem significari? Et ne dubitemus, nec infartum ab interpolatore aliquo Artemidori nomen suspicemur, paullo post interrogat : *οὐ κατὰ Ἀρίσανδρον τὸν Τελμισέα, καὶ* ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ *τὸν* ΕΦΕΣΙΟΝ *ἐξήχευσα τοῖς ὀνείρασιν*; De ipsa re, si quis forte requirat ARTEMIDORI, hujus ut & ASTRAMPSYCHI, verba in notis po-

(*a*) Vid. viri magni diss. de raptu Christi in caelum §. IX. seqq.

(*b*) Annal. 13, 7. seq. c. 34. seq. L. 14, 23. seq. L. 15. init.

(*c*) Annal. 15, 18, 1. Ita in Persii 5, 4. ad Corbulonis victorias respici ait *Casaubonus*, quas assentatorie in majus extollerent Poëtae & Historici.

posita sunt. Hic illud tenendum, quod hic ARTEMIDORUS EPHESIUS, (qui tamen Daldianum se dici maluit, ut nobilitaret oppidum unde maternum genus trahebat, obscurius absque hoc futurum) testatur ipse, (a) se nosse homines, qui vixerint Antonini Pii temporibus, qui successor fuit Hadriani, ante quem Trajanus imperavit. Hujus vero inter victoriam Persicam & Antonini initia XXX. minimum anni interceserunt. Nemo igitur sub Trajano scriptum Philopatrida potest asserere, nisi qui crediderit, triginta annis ante quam scriptus sit liber, eum posse allegari. Quin, cum nihil aliud colligi queat ex Artemidori verbis, quam notos illi fuisse Athletas, qui interfuerint ludis quinquennalibus illis, quos Antoninus Pius Hadriano, a quo fuerat adoptatus, instituit, (b) suspicari licet, post Antonini demum tempora, quin Severi etiam, qui Antonino successor fuit, scripsisse Artemidorum, primum quod ex prooemio apparet, post longissimam cunctationem animum ad scribendum appulisse, h. e. ad edendas observationes longa peregrinatione experientiaque comparatas. Tum quod TERTULLIANUS quem sub Severo Imp. in confiniis seculi II. & III. floruisse satis constat, cum somniorum interpretes enumerat (c), nostri nullam facit mentionem: Quae ratiocinatio, si cui aeque ac mihi probabitur, ut paullo dictum laxius accipiet, cum NIC. RIGALTIUS, l. c. atque JO. ALB. FABRICIUS (d) Hadriani & Antonini Pii temporibus vixisse Artemidorum perhibent: tum illud etiam colliget, vix esse, ut a Luciano Samosatensi laudatus Artemidorus, adeoque Philopatris scriptus esse potuerit, de quo infra videbimus.

X. Neque vero illud hoc in loco praetermittendum est, summa rerum verborumque cum iis, quae haud dubie Luciani sunt, convenientia, quam, credo, negabit nemo, qui annotationes nostras vel cursim perlustraverit, facile aliquem inducet, ut credat, vel ab ipso Luciano, vel ab homine qui eum sibi imitandum proposuerit, esse scriptum. Neque enim magis id casu fieri potuisse existimo, quam, ut ex temeraria formularum typographicarum commissione versus Homeri aliquis, aut Ennii possit existere. Sed pluribus in hac sententia confutanda nos immorari nihil opus esse arbitror, cum quae jam nunc adversus primam illam, quae Lucianum Philopatridis auctorem facit, proferemus, ea magnam partem fortius etiam contra hanc secundam valeant. Neque protulit quidquam doctissimus puer (quo nomine honoris caussa hic utor in eruditissimo quatuordecim annorum homine) BARATERIUS (e), quod dimovere nos de sententia debeat. Favebam aetatulae hominis in mea patria nati & ista scribentis, ignoscebam puero *absurditatis* accusanti, quae neque cognovisset satis, neque intelligere dum posset: lubens me discipulum illi in re tali praebuissem. Sed nihil dixit, quod non dictum, quod non refutatum sit. Molliter inter rosas violasque quiescant ossa hominis emendaturi, si licuisset, illa παιδαριώδη κανυχήματα. Nos pergamus.

XI. Quod igitur alterum hujus disputationis caput est, Lucianine sit Philopatris, an junioris alicujus, age, dispiciamus. Qua in re ita versabimur, ut primo contra eorum, qui id affirmant, rationes quaedam in medium proferamus, deinde, cur Luciani non esse putemus, generatim dicamus, denique, ut quibus inducti rationibus, juniorem Luciano auctorem arbitremur, eas rationes, quam fieri poterit breviter & perspicue, proponamus.

XII. Luciano jure tribui Philopatrin, probatum primo inde est, quod is quasi in possessione esset, cum inter ipsius opera jam longo tempore referatur; igitur non nisi validissimis rationibus posse inde exturbari. Verum enim vero, ne jam in locum illum communem de librariorum inertia & fraudibus excurram; ne etiam illud dicam, malae fidei possessorem praescriptione sese tueri non posse: jam Aldina editio CIↃ IↃXXII fol. in fine dialogi haec ha-

(a) L. 1. c. 28. p. 26. & c. 64. p. 55. quae loca allegantur a *Nic. Rigaltio* in notis ad inscriptionem.

(b) Videndus *Ael. Spartianus Hadriano* c. 27. & Comment. ad h. l.

(c) Lib. de anima c. 36.

(d) Bibl. Gr. 4, 13. p. 402.

(e) In Anti Artemonio Noribergae 1735. 8. edito cap. 14. §. 2. & 3. p. 84. seqq.

habet : οὗτος ὁ λόγος νοθεύεται τῶν Λουκιανοῦ. Quæ procul dubio ex veteri codice adscripta, & post ab aliis repetita sunt. Argumentum non abhorret, fateor, ab ingenio Luciani, si generatim illud spectes, ut ad irridendam cum superstitione religionem pertinet. Sed quam exiguum huic rationi pondus insit, si dicerem, de Tua, Lector, prudentia dubitare viderer. Quid si vero insuper negem, illam saltem dialogi hujus partem, ubi vanissima spe tot victoriæ, triumphi tot spondentur, quorum nihil vel parum, quamcumque etiam sententiam amplectare, contigit, cato illi Samosatensis naso ex asse convenire? Certe a prudentia non tantum viri, sed a magna ad credendum res etiam satis certas tarditate, oppido id videtur alienum. Ingens porro illa rerum verborumque in hoc dialogo cum iis, quæ indubie sunt Luciani, similitudo, tantum abest ut a me negetur, ut potius paullo ante ea usus sim ad probandum, Trajani aetate non videri scriptum. Sed potuit ea ex alio etiam fonte profluxisse, imitatione nimirum, satis illa quidem inepta, qua de tum ex adnotationibus nostris constare volenti potest, tum infra adhuc aliquid erit dicendum. Nunc reliqua persequemur.

XIII. Victoriam de Persis ingentem reportavit Lucius Verus, ob quam, communicato cum Marco fratre honore, triumphavit, Hanc eam ipsam esse, quam celebrat sub finem Philopatridis Cleolaus, volunt, quos supra laudavi, viri doctissimi, aliique complures. Quibus assentiri ne queam, illud me movet, quod unius tantum αὐτοκράτορος deprehendam in illo epinicio mentionem, id quod secus factum oportebat, si ad hunc triumphum pertineret. Ambos enim fratres aequato jure imperium administrasse, notius est, quam ut dici a me debeat. Nec est quod Lucium Verum solum celebrari dicamus, qui nimirum solus id bellum confecerit, solusque gloriam inde sibi vindicaverit. Praeterquam enim quod per duces omnia sunt gesta, Vero interim Imperatore in Daphnicis Antiochiæ deliciis molliter ventrem, Marco autem Romae rem publicam curante, ut testis est JULIUS CAPITOLINUS (*a*): jam est paullo ante dictum, confirmarique tum aliorum, tum ejusdem CAPITOLINI (*b*) testimonio potest, triumphum pariter utrosque celebrasse. Ita enim ille: *Habuit hanc reverentiam Marco Verus, ut nomina quae sibi delata fuerant, cum fratre communicaret, die triumphi, quem pariter celebrarunt.* Et jam ante c. 7. dixerat: *partum est Vero nomen Armenici, Parthici, Medici, quod etiam Marco Romae agenti delatum est.* Illud forte dici ab adversa parte posset, Imperatorem Verum, cum ista scriberentur a Luciano, jam tum fuisse extinctum, soliqúe adeo Marco hic applaudi. Et sane EUTROPIUS 8, 5. cum triumpho Parthico, Veri obitum conjungit artissime. Sed certum est, intercessisse aliquot annos inter triumphum istum atque mortem Lucii: nec quae scriptor brevitatis studiosus narratione conjungit, tempore ideo sunt conjuncta putanda. Sed haec cum quaestione careant, apud eos certe, qui aliquam cum historicis illorum temporum familiaritatem habent, lubens dimitto. Illud tamen non possum quin adjiciam, non videri Cleolaum nostrum, qui sui victoria Imperatoris effertur tantopere, Medorum atque Armeniae (ut distinctarum magni imperii partium, suosque sibi regulos habentium) mentionem fuisse omissurum, cum de futuris audacter adeo spondeat, si modo materiem epinicio illi tum praebuissent, quod Marco imperante contigisse modo vidimus. Denique totum hoc argumentum tale esse meminerimus, ut si nihil etiam sit, quo labefactari convellique possit, (quod tamen minime ita se habere, est, puto, luculenter a nobis ostensum) tamen amplius nihil eo efficiatur, quam hanc quidem περίφασιν nihil obstare, quo minus Lucianus pro Philopatridis auctore haberi queat, cujus generis argumenta, plura etiam, ruere statim necesse est, si vel unum quid proferri queat, quod cum reliquis conciliari & redigi in concordiam non possit.

XIV. Quod

(*a*) In *Marco Antonino* c. 8.

(*b*) In L. Vero c. 8.

XIV. Quod vero GEORGIUS BULLUS putat non parum momenti habere, ad asserendum Luciano Philopatridem, temporum sub Marco Antonino iniquitatem, de eo etiam, dissimulare non possum, alia omnia mihi videri. Mala etenim, quae ab AURELIO VICTORE enarrata supra retulimus, quorumque mentionem etiam JULIUS CAPITOLINUS facit (*a*), jam inde ab imperio Antoninorum fratrum, atque adeo ante victoriam Parthicam accidisse, totoque fere perdurasse imperii tempore, iidem auctores sunt. Tantum autem abest, ut, qua tempestate scriptus est Philopatris, calamitates publicae orbem Romanum insigniter vexaverint, ut potius eam ob causam Christianis acerbe adeo insultasse auctorem appareat, quod temporum felicitatem infaustis praedictionibus, obscenisque omnibus quasi contaminarent. Quod ut appareat, audiamus Critiam, qui, ut videtur, ob patriae, quem profitetur, amorem, nomen dialogo dedit, cujusque sub persona auctorem latere voluisse, existimaverim. Hic igitur Critias in Sophistarum, ut eos appellat, concilium introductus, interrogatusque c. 24. *πῶς τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ τοῦ κόσμου; Χαίρουσίγε πάντες*, inquit, *καὶ ἔτιγε χαρήσονται.* Habes gaudium publicum, habes felicitatem temporum. Quid ad haec Sophistae? Non placet illis laetitia effusa gentilium, subjiciunt: *δυστοκεῖ γὰρ ἡ πόλις*, cujus verbi vim ibi declaravimus. Non negant igitur jam felicia esse tempora, sed mala futura praedicunt. Hos dein proterve ridet Critias, *ἐξοδομήσατα νοεῖν* illos inter alia scommata dicens, qui viderent scilicet, quod nec esset usquam, nec, ut putabat, futurum esset. Tum effunditur in enumeranda varia calamitatum publicarum genera, ita tamen ut ipsa phrasi ad risum composita manifeste indicet, nihil tale tum quidem vulgo homines timuisse, ne putes fuisse expertos. Confirmant ista, quae sub finem dialogi idem Critias commemorat: *Ἡμεῖς δὲ, ὦ Τριεφῶν, τὰ κάλλιστα εὐρηκότες ἐσμέν* & paullo post: *τοῦτο ἔστι τοῖς πᾶσιν, αἱ ἡμέραι τοῦ αὐτοκράτορος, πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἐκλείψει, καὶ ἔθνος ἡμᾶς οὐ καταπατήσει.* Haec igitur satis, opinor, ostendunt, non eo tempore scriptum Philopatridem, cum calamitates publicae per orbem terrarum grassarentur, sed satis laeto reipublicae statu, secus atque viro doctissimo videbatur.

XV. Magnum nomen HENRICI DODWELLI praesertim in suis cuique libro temporibus assignandis. Ille etiam aliquando Luciano adscripsit Philopatrin: sed contra se disputandi necessitatem nobis remisit, qui sententiam ipse mutarit. Itaque satis prope fuerit diversas viri opiniones referre. In dissertatione de fortitudine Martyrum (quae Cyprianicarum XII. est) §. 24. Luciano & M. Antonini temporibus attribuerat Philopatrin. In dissertatione (*b*) de jure Laicorum sacerdotali p. 284. de eodem dicit, *Quem ego Trajano longe recentiorem fuisse existimo, & ipso fortasse Luciano.* Sed in dissertatione de Isidoro Characeno (*c*) §. 5. p. 63. ait, „ Anno Christi CCII, quo Severus Imperator persecutionem „ in Christianos Alexandreae decreverit, huic persecutioni Philopatride scripto quasi praeluisse Lucianum, praevias persecutioni κωμῳδίας memorante Antiocheno Theophilo". Liceat hic quasi interpellare Dodwellum. Spartianus in Severo c. 17. quem laudat, non Alexandriae sed *in itinere* e Syria versus eam urbem decretam ait persecutionem. *Judaeos*, inquit, *fieri sub gravi poena vetuit. Idem etiam de Christianis sanxit.* Κωμῳδίας illas apud Theophilum non observavi. Sed quid porro Dodwellus? „ In eadem urbe Alexandria „ scriptum Philopatrin argumento esse Alexandrini mensis nomen Mesori (c. 22.) Quod „ autem Arabes hostibus accensentur, (c. 28.) id facere, ne quis alius Princeps, praeter „ Severum, intelligi possit &c. Similia sunt, quae disputat Prael. Camden. 7. p. 307. seq. Quanti ea sint, cum aliunde ex hac dissertatione & adnotationibus ad Philopatrin nostris con-

(*a*) In vita Marci c. 8.

(*b*) Cum *Grotii* diss. de Coenae administratione ubi Pastores non sunt, & aliis hujus argumenti edita. Lond. 1685.

(*c*) In Geographis *Hudsonia*. T. 2.

conſtare poteſt, tum ipſe indicavit DODWELLUS, qui in literis ad MOYLIUM, quas paullo poſt laudabimus, novam ſententiam defendendam ſuſceperit, ſcriptum nempe libellum A. C. CCCXI. ad recentem nuntium victoriae quam a Perſis Odenathus retulerit. Quae deinde pro noſtra dicemus ſententia, ea huic conjecturae evertendae putamus ſufficere.

XVI. Perduxit nos ordo diſputationis inſtitutus ad ea argumenta, e quibus generatim Luciani non eſſe foetum Philopatrin, colligi poſſe putamus. Nam illa quae juniorem Luciano auctorem ſuadeant, his ſubjuncturos nos eſſe diximus. Ad hanc igitur claſſem, praeter ea, quae modo contra BLONDELLUM atque GEORGIUM BULLUM, viros doctiſſimos, diſputata ſunt, non dubito primo loco referre, quod major in hoc dialogo deprehenditur, quam in Luciani ſcriptis, Chriſtianarum rerum peritia. Quisquis diligentius paullo hujus viri commentationibus legendis attenderit, animadvertet profecto perpetuum fere illius morem, ut in quarum rerum mentionem inciderit, eas res, tanquam per digreſſiones, quas vocant Rhetorum filii, perſpicue, verbisque negotio, de quo agitur, quam aptiſſimis declaret, quo ipſo, quanquam interdum non taedium lectoribus, ſi qui ſunt delicatiores, creare non poteſt; facit tamen, ut, cum minime putes, plurima diſcas, ad omnem hiſtoriam, populorum ritus, clarorum virorum pernoſcendam indolem, linguae etiam proprietatem, totam denique humanitatis diſciplinam nimium quantum profutura. Quin ea ipſa ratio eſt, ut quoddam Ἀμαλθείας κέρας, aut cornu copiae bonae frugis pleniſſimum, opera ejus ſummo poſſint jure vocari. Profluxit iſta ſcribendi ratio partim ex charactere Luciani, qui eſt ἠθικώτατος, & ad comicum in multis accedens proxime, in quibusdam etiam ſuperans: partim, (non eſt enim infitiandum) ex oſtentatione quadam, Polymathianque demonſtrandi ſtudio, quod quidem in Sophiſta, id eſt eo, qui dicendi artem pro genio ſeculi profiteretur, non ferri facilius poterat, ſed laudi erat atque admirationi. Igitur nulla fere ſecta, hominum fere genus nullum eſt, cujus non hiſtoriam, characteres praecipuos, aliaque ἀξιομνημόνευτα conſignata ab eo literis deprehendamus: Philoſophorum autem cujuscunque ſectae, rhetorum, adulatorum, paraſitorum, divitum, pauperum, ſenum, juvenum, ſuperſtitioſorum, atheorum, Romanorum, Athenienſium, Scytharum, impoſtorum, hiſtrionum, lenarum, meretricum, militum, ruſticorum, regum tyrannorum, Deorum, Dearumque, & cujus non? velut imagines quasdam ab eo pictas admiremur.

XVII. Sed quorſum iſta diſputem, quaeret fortaſſe aliquis? Nimirum ita rationem ſubduco: quia Lucianus oſtentandae occaſionem doctrinae nullam ſolet facile praetermittere; quia nullius non hominum generis characteres, mores, ſententias, verbis cuique rei propriis & quaſi ſolennibus deſcribit: probabile non videri, ſi tantam habuiſſet Chriſtianismi peritiam, quantam in Philopatride reperimus, non alias etiam eam prae ſe tuliſſe; atque eo magis, cum occaſio in his ipſis, quae habemus ab eo ſcripta, non defuerit, tum in bonam, tum in malam etiam partem ampliorem Chriſtianorum mentionem faciendi. In bonam quidem eo imprimis loco, ubi Alexandrum Pſeudomantin illum ab oraculo ſuo Atheos, Epicureos, Chriſtianos omnes removeri procul juſſiſſe tradit. Verba ipſa ſubjeci (a): εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικούρειος, ἥκει κατάσκοπος τῶν ὀργίων, φευγέτω. Cur Epicureos abeſſe voluerit, declarat, ſed de noſtris tacet, nec rationem ullam cur exeſſe illos ſacris ſuis Alexander voluerit, profert: forte quod laudandi erant, hoc quidem in loco; quod a ſe paganus homo impetrare non poterat? Sed etiam cum ridet Chriſtianos (b), & res illorum dedita opera narrare videri vult, partim verbis ex gentilium diſciplina petitis utitur ad res ipſorum deſignandas, partim, vulgari errore, Judaeorum & Chriſtianorum miſcere negotia videtur, & in univerſum ita loquitur, ut ſatis appareat, neque libros ſacros legiſſe unquam, neque etiam aliunde ſanctiſſimae diſciplinae rationes ſatis habuiſſe cognitas atque per-

(a) In *Pſeudom.* c. 38.

(b) *De morte Peregr.* c. 11.

perſpectas. Quoniam id eſt parum ab hac diſputatione alienum, age, quaedam ad hunc Luciani locum annotemus.

XVIII. Ac primum quidem miror, TANAQUILLUM FABRUM, virum ingenioſiſſimum ad illa verba. (a) *τὸν μέγαν γοῦν ἐκεῖνον κ. τ. λ.* annotaſſe: *Iſtaec vocula γοῦν & ſenſus repente abruptus ſatis indicant, multa hic a Luciano adverſus Chriſtum ſcripta fuiſſe; quae a majoribus noſtris, hominibus nimium piis, ſublata fuere. Hinc itaque eſt quod dixerat Suidas, Lucianum καθάπτεσθαι τοῦ χριστιανισμοῦ, καὶ αὐτὸν βλασφημεῖν τὸν Χριστὸν, ἐν τῷ τοῦ Περεγρίνου βίῳ. Hinc factum ut in plerisque Mſſ. Codd. non amplius extet Peregrinus.* Equidem fateor, ſi voculam *γοῦν* interpretere, *itaque*, ut eſt ab eo, qui hunc dialogum convertit, factum, male haec cohaerere cum iis, quae praecedunt. Sed quid vetat, quo minus vertamus *enim*, frequentiſſima nimirum, apud Lucianum etiam, vocis ſignificatione, ut quandam notet parentheſin. Qui enim, quaeſo, concinnius, quam ita loqui potuit Lucianus: Peregrinus noſter in Chriſtianos etiam incidit, & poſtquam illorum edidiciſſet myſteria, ſubito nimium quantum inter illos nomen & gloriam eſt conſecutus. Nam hodienum durat illa quorundam ſtultitia, ut celebrem iſtum in Palaeſtina ſuſpenſum hominem venerentur &c. Pergit deinde, ut videas à parentheſi reverti: *τότε ΔΗ καὶ συλλαμβάνει κ. τ. λ.* Senſus igitur abruptus non magis, quam *γοῦν* particula, deeſſe aliquid oſtendunt. Suidae verbis ſua conſtat veritas quam planiſſime; ſi vel nihil deſit. Quid enim ſunt blaſphemiae in Chriſtum, ſi hae non ſunt, quae hodienum extant in Proteo? Denique, quis iſte foret ſtupor, cum manum ſemel injeceris mutilando ſcripto, illud relinquere, quod ejici vel ſimiliter, vel magis etiam intererat? Duobus potiſſimum modis ulti ſunt Chriſtiani hujus dialogi contumeliam, primum omittendo illo penitus, quod factum facile FABRO credimus, tum acerbe, adletis in margine notulis, refutando, quod ſcholia a Jo. CLERICO edita teſtantur. Omiſiſſe quaedam ex ipſa orationis ſerie, ſaltem FABBR quae attulit argumenta, iis vix perſuadebit.

XIX. Sed, ut pergamus ſtrictim quaedam ad Luciani verba annotare, Judaicum ſapit, quod *ἱερέας & γραμματέας* vocat Chriſtianorum Doctores, quanquam non ignorem, de Aegyptiorum etiam ſacerdotibus *τῶν γραμματέων* voce non ſemel uſum (b). Ex ethniciſmo eſt quod Alexandrum Chriſtianorum *διατάρχην* vocat, & *τελετὴν* Chriſtianorum diſciplinam. *Καινὸν Σωκράτην* Chriſtianos Peregrinum vocaſſe, probabile non eſt: ſi nota Luciano Paulli Apoſtoli hiſtoria fuiſſet, hunc dubio procul ſubſtituiſſet. *Ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος*, qui perſuaſiſſe Chriſtianis dicitur, ut omnes ſe pro fratribus invicem haberent, non video, quin ipſe ſervator noſter eſſe queat. Neque hunc legislatorem *ἀπὸ τοῦ ἀνεσκολοπισμένου ἀνδρὸς* ubi diſtinguat Lucianus, reperio, quod utrumque tamen iterum vult TAN. FABER. Contra ea juſſit Chriſtus Matth. 23, 8. ut omnes diſcipuli ſui fratrum ſe loco invicem haberent: & ſecundum *τοῦ ἀνεσκολοπισμένου νόμους* vivere Chriſtianos, paullo poſt Lucianus dicit (c). Ad verba (d): *εἶτα παρανομήσας τι εἰς ἐκεῖνους, ὤφθη γάρ τι, ὡς οἶμαι, ἐσθίων τῶν ἀποῤῥήτων αὐτοῖς*, PALMERIUS confundi ait Judaicos ritus cum Chriſtianorum lege. Sed forte idolothytorum eſus, & ſuffocati ac ſanguinis ab Apoſtolis etiam prohibitus, obverti huic reprehenſioni poſſit.

XX. Juvat hic in brevem ſummam colligere omnia, quae de Chriſtianis tradit Lucianus, (tradidiſſe autem, quae ſciret omnia, probabile ſaltem ſupra reddere conatus ſum) tum ſimiliter quaſi in tabulam quandam conjecta cum his comparare, quae in Philopatride de iisdem dicuntur. Lucianus ita Chriſtianos deſcribit: l. c. Sunt homines, qui ſuſpenſum in Pa-

(a) c. 11.
(b) e. g. de *Sacrif.* p. 369 T. 1. Ed. *Graev.* it. in *Philopſ.* c. 34.
(c) Johannem Euang. intelligit *Fabr.*
(d) p. 570.

Palaestina hominem, novorum auctorem mysteriorum, spretis omnibus Graecorum Diis, colunt & adorant, immortalitatem expectant, atque propterea corporis cruciatus, ipsamque adeo mortem, subire non recusant, ut potius ultro eam deposcant. Praeterea pro fratribus invicem, sic jubente primo illorum Legislatore, se habent, bona fortunae omnia tanquam vilia & vana contemnunt, benigneque iis impertiunt, quos propter superstitionem suam vident aut bonis exturbatos, aut alias male a magistratibus acceptos. Sacros libros habent, quos in conventiculis suis legunt, si qui autem sunt doctiores, etiam interpretantur. Si quem videant leges suas migrantem, eum a communione & coetibus arcent atque excludunt. Haec Lucianus. Audiamus auctorem Philopatridis (a). Christiani credunt in Deum unum, qui caelum & terram creavit & omnia, eumque Patrem magnum, immortalem, caelestem, Filium Patris, Spiritum ex Patre procedentem, unum ex tribus & ex uno tres. Hic Deus, qui est lux incorruptibilis, invisibilis, incomprehensibilis, creavit, (ut didicerunt a Mose tardilingui) cum alta nox abyssо incubaret, lucem, quae tenebras & vastitatem illam omnem abegit: tum terram super aquis stabilivit, caelum expandit, stellas formavit, cursus earum dispositi: terram ornavit floribus; hominemque ex iis, quae non essent, ut esset aliquid, produxit: jamque de caelo intuetur singulos, bonos, malos, actionesque illorum in libris describit, ac retribuet ex justo singulis, qua die ipse constituit. Praeterea per aquas sese renovari, atque ex impiorum coetu in beatorum vestigia collocari credunt; quidam etiam in tertium se caelum raptos, resque omnium pulcherrimas ibi edoctos praedicant, orationem quandam a patre incipientem, multisque nominibus refertos hymnos recitant &c. Haec si quis cum iis, quae ex Proteo Luciani prolata sunt, conferat, simulque illud consideret, verbis propriis & ex Christianorum disciplina, quin ipsa Scriptura S. petitis uti Philopatridos auctorem: illum vero gentili more, nec uti solent nostri homines, loqui, cognoscet profecto, Lucianum ut de re parum sibi cognita, & quam non nisi aliis temere narrantibus audisset; hunc vero, ut qui aut ipse coetibus Christianorum interfuisset, aut satis accurate omnia pervestigasset, de hac secta exposuisse.

XXI. Petrus Daniel Huetius, *Demonstr. Evang.* 3, 20. postquam dixerat, in libello de morte Peregrini, quae in contumeliam Christianorum essent dicta, laudi ipsis esse potius quam dedecori, haec addit: *Clariora etiam reperias in dialogo, qui inscribitur Philopatris, & Luciani nomen prae se fert: Christi quippe & Christianorum nominatim meminit, plurima profert ex Evangelio & Apocalypsi Johannis, ex actis Apostolorum, & ex epistolis Pauli, cujus os & habitum depingit, & evectionem in caelum refert. Christum appellat Chrestum, pro temporum illorum more, quo nomen id a bonitate, non ab unctione ductum credebatur ab Ethnicis.* Quo de more cum quaedam disputasset, concludit: *Ex Christianarum autem rerum peritia, quae major in hoc dialogo, quam in reliquis Luciani scriptis elucet, colligi potest, eum alterius esse auctoris.* Hactenus ille. Quae ideo adscribenda putavi, quod partim hoc argumentum mirifice confirmant, partim vero dubii nonnihil habere videntur. Christi siquidem & Christianorum *nominatim* meminisse dicit auctorem Philopatridis, ita tamen ut *Chrestum* pro *Christo* dixerit. Ego vero fateor, illud me in hoc dialogo non reperire. Procul tamen dubio respicit vir summus ad illa c. 17. ἀλλά μου τόδε εἰπέ· εἰ καὶ τὰ τῶν Σκυθῶν ἐν οὐρανῷ ἐγκεκράτευσι; Respondet Triepho: πάντα, εἰ τύχοι γε ΧΡΗΣΤΟΣ ὢν καὶ ἐν ἔθνεσι. Interpres quem forte aliis districtus secure nimium secutus est Huetius: *si quidem & inter gentes* Chrestus *fuerit.* Neque vero is ego sum, qui Chrestum & Chrestianos pro Christo & Christianis tam a gentilibus, verum ignorantibus, quam a nostris, omen accipientibus, dictos fuisse negem, sed illud dico, non videri Triephontem Christum vel Christianos verbis, quae modo adducta sunt, significare, tanquam proprio nomine voluisse. Di-

xe-

(a) c. 12, 13, 17.

xerat paullo ante hic Triephon : ὥστε ἅπαντα, ὡς καὶ σὲ ἐν ταῖς ἐπουρανίοις βίβλοις ΤΩΝ ΑΓΑΘΩΝ ἀπογράψονται. Vult nimirum Critiam relictis illis gentilium fabularum nugis, ad Christianorum Deum ac religionem sese convertere, ut & *ipse inscribatur in caelestibus illis BONORUM libris*. Tum Critias, εὖ πάντα ἀνακινεῖς, inquit, ὦ Τριεφῶν, (supra enim jam de libris caelestibus, & in iis inscriptione dixerat Triepho) ἀλλά μοι τόδε, & reliqua quae modo attulimus, ubi interrogat Critias, *an Scytharum etiam curam gerat Deus, & in librum illos BONORUM inscribat? Quidni inscribat*, respondet Triepho, *si modo BONI sint?* Cui non apparet, χρηστὸν hic, ut alias apud quosvis scriptores, praesertim eum, quem noster est imitatus, Lucianum, poni ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ? Ita infra c. 23. χρηστὸς γὰρ ἂν εἴης ἀπὸ γε τοῦ σχήματος, *Nam frugi esse appares utique ex habitu?* Praeterea nescio, an exemplo probari possit, χρηστὸν dictum pro Christiano. Nam Christum quidem ipsum quomodo intelligere quis cum bona bonae mentis venia velit, non video : cum appareat, pro genere hominum, quod plures sub se complectatur, vocem poni, & hanc esse verbi τυγχάνων vim, ut converti debeat *si modo contingat esse inter Scythas aliquem &c.* Nec Christi igitur, nec Christianorum *nominatim* mentionem in hoc dialogo fieri censeo ; quod quorsum pertineat infra videbimus. Hic illud notari velim, quidquid etiam de Chresto sit, Lucianum ita non videri scripturum fuisse, cum Christianorum nomen, quoties opus fuit, adhibuisse, ex *Pseudomanti* pariter atque *Proteo* satis constet.

XXII. Venio ad argumentum satis firmum, ut ego quidem arbitror, sed quod neque tractari bene, neque intelligi nisi ab eo potest, qui ad ingenium his rebus aptum usum etiam aliquem adjunxerit. Modestia hic nos decebat, cum primum scriberemus ante hosce XXV. annos : versabatur enim in animo illud LONGINI s. 6. Ἡ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐστι πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα. Sed tamen quam familiaris tum nobis Lucianus fuerit, annotationes nostrae testantur : & non exstabat, cum haec scriberemus, index in Lucianum. Ab eo tempore nunquam plane abjecimus illum : & nunc cum tertium tractare ista oportet, recentes sumus ab interpretatione. Credet igitur nobis fortasse aliquis, agnosci a nobis posse vocem & sermonem antiqui a triginta pene annis sodalis, quem nuper demum Latina loqui docuimus. Haec majoris esse debent, quam si quis dicat, lubricum esse quod a stilo sumitur argumentum, & similes huic loquatur sententias. Sed in rem praesentem veniamus, &, quantum ejus potest fieri, argumentum, quod melius sentitur & gustatur quasi, quam verbis explicatur, declaremus. Olim jam THEODORUS MARCILIUS, non esse Luciani Philopatrin contendit, praeter alia id arguentibus ineptiis stili, quas paginis omnibus dicit occurrere. Istae vero stili ineptiae oriri magnam partem videntur ex affectato infeliciter sublimi ac tragico dicendi genere, quod cum non assequeretur, in affine illi vitium ψυχρότητα incidit quam saepissime. Tanto id quidem magis, quod Poëtarum magnam partem verbis utitur, iisque parum ad rem aptis, qua de causa indutae leonis exuviis simiae simile interdum fieri necesse est. In utroque autem genere incomparabili facultate gaudet Lucianus, ad effingendum stilo quidquid libuerit, gravitatem etiam plusquam tragicam, & ad derivandum in suos hortulos, non rivos ex Veteribus Poëtis, Homero imprimis, sed quasi flumina, adeo quidem, ut cum male quaedam applicasse videtur, vel inflexione depravasse, tum demum ingenii vis admirabilis eluceat. Unum ex multis exempli causa adferam : est Euripidis versus decantatissimus : ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Quam lepide hoc accommodat ad jactatam Cynicorum ἀναλγησίαν ; Ἡ φρὴν, inquit, (*a*) σοὶ ἀλγήσει, ἡ δὲ γλῶττα ἔξω ἀνάλγητος. Quam festive illud Homeri (*b*) :

Ὡς φράτερ φράτερφιν ἀμύνεται, φῦλα δὲ φύλοις·

Ad

(*a*) Vitar. auct. c. 9.

(*b*) Iliad. B. vers. 363.

Ad Philosophorum certamen traducit (a): ξυναιρόμεθα ἐπ' αὐτὸν,

Ὡς πήρην πήρηφιν ἀφύσσῃ, βάκτρα δὲ βάκτροις.

Sed infinita ejusmodi habet Lucianus, Plutarcho hac parte comparandus, nisi quod hic severior.

XXIII. Noster autem, quisquis etiam fuerit, ut utraque in re peccaverit, jam videamus. Quis negabit, esse nimis παρατράγῳδον illud c. 2. quod MARCILIO jam bilem movit: Φῦ, Φῦ, Φῦ, Φῦ, τῶν ὕθλων ἐκείνων, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰοὺ, τῶν δεινῶν βουλευμάτων, αἰ, αἰ, αἰ, αἰ, τῶν κενῶν ἐλπίδων. Vix in comoedia vel tragoedia ferimus haec talia, ubi tamen actoris gestu efficitur, ut sint aliquantum tolerabiliora & minus Φορτικά. Sed bene tamen est, quod cavet auctor, ne ab tam altissimo cothurno statim desiliat. Triepho enim, apud quem haec eructarat Critias, studet ingentissimo mendacio, omnem hanc tragicam supellectilem longissime superare: his enim singultibus Critiam ipsas convertisse nubes, tantumque in Propontide excitasse borean dicit, ut onerariae naves funibus contrahendae sint. Apud nos mentiuntur interdum homines ut trabes inflectantur, quod est in Germanorum nostrorum proverbio; Sed hic, ne caelum ipsum & maria pervertat, timor est. Vix Lucianus cum id agit, ut mentiatur strenue, quemadmodum *in verae historiae Libris duobus*, talia proferre monstra ausus est, ut hic bonus vir serio colloquentibus amicis tribuit. In Poëtica facultate, qua tamen mirifice placuisse sibi videtur, quam parva operae pretia fecerit, ex his, quae jam, ut ordine percurrenti sese offerent, producam, credo, apparebit. Integra Homeri aut aliorum carmina vix inseruit centoni suo, praeterquam quae Lucianus jam olim attulerat; ut appareat, non ipsos illum magnos auctores cognovisse, sed ex viri suae aetati propioris aliquot dialogis pleraque consarcinasse. Ex Aristophanis tamen Nubibus & Ranis quaedam habet, ut & Homerica pauca, quae apud Lucianum nondum observavi. Ut mox ab initio c. 3. ponit, ex Homero Ἀλλ' ἐπεὶ σὲ πρῶτον κιχάνω τῇδ' ἐνὶ χώρῳ, ἀπίωμεν κ. τ. λ. Amicus veteranus alteri amico, a quo aliquantum abfuisse, non constat, quicum jam plura locutus est, dicit: *quoniam primum hoc loco te reperio, age illuc abeamus, ubi respirare a malo meo possim.* Inter honoris verba, aulae imprimis incolarum, cum ad epulas aut comissationes perlicere advenas volunt, haec talia esse scimus: apud Homerum pulchre dicitur, ὦ φίλ' ἐπεί σε θύοντα κιχάνω τῷ δ' ἐνὶ χώρῳ. sed in hoc Philopatridis loco sunt prorsus, si quid video, ἐπροσδιόνυσα. Deinde, si carmen esse debet, ut certe apparet, bis in metri leges peccatum est. Primum, cum posterior in ἐπεὶ contra diphthongi naturam, correpta est; Tum quando prima in κιχάνω, brevis apud Homerum & optimos quosque, producta adhibetur. Non defuisse autem apud Graecos malos Poëtas, qui vel in syllabis dimetiendis impingerent, ne hodiernis tantum hominibus hanc laudem relictam putes, vel ex nuptiali elegeio miseri cujusdam Poëtae, quod LUCIANUS *in Lapithis* (b) adfert, constare satis superque possit.

Incipit Ἦ οἵη πόθ' ἅρ' ἦγε Ἀριστανέτου ἐν μεγάροις κ. τ. λ.

Meliorane autem sunt quae sequuntur nostri carmina? Jovem dicit c. 4. συνευνηχῆσθαι Aethiopibus.

Ἀνδράσι μελανταίροις, καὶ τὴν ὄψιν ἐξοφωμένοις.

Euge septies peccatum in pedibus sex. Vix versum agnoscas, nisi de morbo hominis, & Politico illo carminum genere paullatim e talibus orto constaret. In ὅρκῳ c. 12. primum hexameter positus est, tum pauca prorsa oratione scripta, mox Jambi sequuntur quinque, & senarius, nisi quod primus pes contra carminis legem trochaeus est. Alibi c. 16. βιώσῃ κακῶς, inquit,

Οὐδὲ σ' ὦκα θέμις τέλος θανάτοιο κιχεῖνι

Hic

(a) Anach. c. 8. (b) c. 41.

Hic bis metri leges migrantur, & praeterea, quid hoc θέμις sibi velit, non apparet: si legas θέμισι, & sensus concinnior paullum erit, & metrum hac parte constabit melius. Sed an ita voluerit auctor, non dixerim.

Ille c. 18. καὶ ἕτερον μὲν κεύσῃς ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃς

Semel tantum claudicat, & potest reponi, si tantum μὲν post κεύσῃς colloces. Septem pedibus incedit, c. 25.

Πνειόντων ὄφρύ καὶ λόγχας καὶ λευκολόφους τριφαλείας, truncatus ex Anapaestico Aristophanis. Qui hunc proxime antecedit:

Θήγοντες ὀδόντας κατ' ἀνδρῶν θυμολεόντων.

Semel redundat, bis deficit. Claudat agmen deficiens tribus moris (ut ex veteri ratione loquar, qua longae Syllabae duo tempora s. χρόνους, brevi unum tribuebant) c. 28.

Μήτε παραδράμῃς γε ποσὶν μηδὲ παρέλθοις. Si παραδραμέης γε πόδεσσιν legas,

Metro erit consultum; sententia ut non sit inepta & ταυτολόγος, non efficies. Ultimi jambici quam parum exacti, quivis non rudis suavitatis Poëticae videt. Quam absurdum illud sit, quod Poëticis vocabulis flexionibusque, omnibus fere in locis, etiam ubi versus non facit, utitur Auctor, malo ex ipsius lectione dialogi, notationumque nostrarum cognosci, quam ejusmodi quisquiliarum congerie hic nauseam lectoribus, si qui fuerint, creari.

XXIV. Copiosus mirum quantum est Lucianus, & varie unam rem, si saepius recurrat, effert. Hic noster autem, quanquam copiam aliquam affectat, & sub initium statim, tum alias etiam exergasiis utitur: tamen quasi effusa semel omni supellectili, eo subinde inopiae redigitur, ut ad ea, quae inconsulte velut prodegerat, recurrere cum dedecore opus habeat. Ita illud ἄνω καὶ κάτω περιπολεῖν, intra versus non multos c. 1. & 2. bis ponit: ἄμπνευστον τοῦ δεινοῦ vix aliquot interjectis versibus c. 2. repetit. ὡς καὶ Νιόβη τὸ πρὶν c. 1. ὡς καὶ Ἴκαρος τὸ πρὶν c. 2. parum invicem distant: διάτορον βοᾷν bis c. 6. & 25. occurrit: ὥςε ἐάσαμεν τούτους. ὥςε ἔατον καὶ ταύτην. ὥςε ἔασον ἅπαντα. ὥςε ἐάσατο τὰς φαντασίας. τοὺς δὲ λοιποὺς λυπρεῖν ἐάσωμεν, quinquies redire in tam paucis paginis, c. 8. 10. 16. 26. 29. & in dialogo ad ostentationem, ut videtur, τῆς Ῥητορικῆς δυνάμεως composito, quis ferat? Creationis Universi historia bis, c. 13. & 17. iisdem fere verbis, nulla cogente necessitate, narratur.

XXV. Historia porro de Neptuno, precibus lacrymisque, Martis in adulterio deprehensi liberationem impetrante, c. 6. quam quaeso impedite est, quam a Luciani facilitate aliena! Martem enim indissolubilibus cum Venere vinculis constrictum, reliquisque Diis propter adulterium prae pudore silentibus, equestris Neptunus liberavit. Quam illa deinde taedii plena & a muliercularum narrationibus non abhorrens repetitio: ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφαίστῳ λῦσαι τὸν Ἄρεα. τὸ δὲ ἀμφίχαλον τοῦτο δαιμόνιον, οἰκτείραν τὸν πρεσβύτην θεὸν, τὸν Ἄρη ἀπηλευθέρωσεν. In illo c. 8. τί τὸ χρήσιμον τῆς Γοργόνος, καὶ τί τῷ σιδηρεῖ τούτῳ ἡ θεὰ ἐπιφέρεται; vox τούτῳ ad Γοργόνα vel κεφαλὴν erat referenda. Reliqua de Gorgone narratio ineptissima, ut in qua per quatuor versus αὕτην semel, ταύτην ter repetitur, & quae separanda erant, pueriliter miscentur. Quae illa quaeso insania est, quod Triepho introducitur c. 4. jusjurandum exigens, de non nocitura sibi Critiae narratione, & is tamen statim post jusjurandum c. 18. eadem omnia vult experiri, quae in Critia viderat? Quid de illo exiftimem c. 17. καὶ γὰρ σοὶ οἰκίδιον κατασκευάσαντι — οὐδέποτέ σε διέλαθε κ. τ. λ. dixi ad ipsum locum. Statim sequitur c. 18. πάνυ εὖ λέγεις καί με ἀντισῴφως τῆς Νιόβης παθεῖν, ubi ποιεῖς vel simile est omissum. Parum etiam Atticum, hoc est Lucianeum, illud est, quod aliquoties (c. 21. ter, c. 25. ter, c. 26. quater) cum neutris pluralibus, non singulare verbum, sed plurale construitur. Quae hactenus a nobis allata sunt, singula forte in optimae etiam notae, optimi auctoris scripto posse occurrere, longiori praesertim, non nego: possim enim quam plurimis praestantissimorum hominum locis, ubi ipsorum humano errore, (neque vero librariorum semper a talibus culpa abest) aliquid peccatum manifesto deprehendatur, redargui. Illud vero ne-

nego, a caſtigatiſſimi ſermonis & ſubacti judicii ſcriptore Luciano, dialogum inquinati adeo ſtili, judicio autem aut nullo ſcriptum aut exiguo, potuiſſe proficiſci. Et gaudeo non Marcilio tantum & mihi ita viſum: ſed in eadem ſententia eſſe acuriſſimum virum WALTERUM MOYLE (*a*), qui, *infinitis adeo ſpatiis*, ait *ſubſidere infra ingenium, acumen, & elegantiam Luciani, incomparabilis ſcriptoris, auctorem Philopatridis, ut prope miraculum ſit, Ge. Bullo, viro ea doctrina & judicandi vi praedito in mentem potuiſſe venire, ut ad eum auctorem referret.* Et (p. 292.) *ſigna omnia barbari aevi ineſſe ait huic libello, nec virtutem unam, qua commendari poſſit, cum duabus rebus contineatur, quae poſſunt eſſe vel in homine vel in libro, peſſimis, ſtupore atque impietate.* Denique (p. 362.) *plura eſſe ait in Philopatride, damnata non in Soloeciſta modo,* (quem Luciani eſſe negat) *ſed in Lexiphane & Rhetorum doctore, qui ſine dubio a Samoſatenſi ſint.* Magna cum aſſeveratione GUIL. WHISTONUS (*b*) de verbis juris jurandi c. 10. *Sermonem*, inquit, *hujus partis dialogi niſi haereticorum veterum alicujus ſit, aperte referendum ad quintum, ſummum ad quartum exiens ſaeculum.* Et p. 381. *Si quis affirmet haec verba eſſe primi, aut ſecundi, aut tertii adeo Eccleſiae ſaeculi, illum ſe putare cogi nihil plane familiaritatis habere cum ſermone priſci illius aevi, cum ipſe contra ſe rem habere, irrefragabili experientia certus ſit.* Sed nempe cauſſae ſervit vir doctus, & tanto minus noſtram rem juvat, quod addit hic etiam, *Niſi tamen ponatur, auctorem inciſiſſe in antiquos quosdam haereticos, eumque ab iis ſermonem didiciſſe* &c. Nempe hoc tantum vult, orthodoxos primorum ſaeculorum de S. Trinitate non ita locutos; de reliquo ſermone libelli non eſt ſollicitus. Nobis contra ea hic non de Chriſtianorum dogmate, ſed de ſtilo Luciani contentio eſt. De hoc cum Moylio nobis convenire jam indicavimus: illum ſatisfeciſſe etiam credibile eſt Dodwello, qui ſcripſerat ad Moylium (p. 347.) ſe non agnoſcere barbariſmos in Philopatride Luciano indignos. Quod quidem excidiſſe viro mirarer, niſi illum aliis rebus omnibus, quam λόγων κρίσει operam dediſſe, appareret.

XXVI. Igitur neque Luciano antiquior neque ipſius Luciani eſt Philopatris: ſed junioris auctoris, & Samoſatenſem imitati, quod §. 10. monuimus. Juniorem Luciano ſuſpicatus fuerat etiam Dodwellus, ut vidimus. Suſpicatus etiam fuerat vir, dum viveret, doctiſſimus MATURINUS VEYSSIERE LA CROZE, idque indicaverat in ſpecimine obſervationum hiſtoricarum in Lucianum (*c*): ac poſtea declaravit, edita jam hac diſputatione in literis ad veterem & ſummum amicum meum C. A. HEUMANNUM (*d*). Ponit nempe characteres hiſtoricos, *virgines Cretae caeſas*, non ſatis, puto, feliciter, ut ad c. 13. oſtendiſſe mihi videor, deinde ex fine dialogi *Aegyptum in officio non manentem*, *Arabiam & Suſam brevi vincendam*, *ſupercilium Perſarum* (Palmyram) *dejectum*: quae quidem commode applicari ad Aurelianum poſſe, certum eſt. Supereſt, ut animadvertant lectores, ſint ne ea a nobis prolata in his quae ſequuntur, quae excludant Aurelianum. Mihi quidem ita videtur.

XXVII. Quanta cum aſſeveratione juniorem Luciano faciat Philopatrin MOYLIUS, indicatum eſt. Etiam hoc recte vidit, ſub imperatore Chriſtiano non auſurum fuiſſe quemquam in libello, quo illi adulatum veniret, adeo irriſui habere religionem Chriſtianam. Itaque removit a bona aetate quantum potuit Philopatrin, ſcriptumque Diocletiano rerum potiente voluit. Hic itaque omnium proxime ab ea ſententia abeſt, quam mox proponemus, ubi, cur in Diocletianum non videatur competere, oſtenderimus. Nam ſi hoc planum fecerimus, nihil nobis obſtat, ſi quaedam ſint, quae ad Diocletianum & A. C. CCXCVII, hunc

(*a*) *The works of Walter Moyle Esq. none of which were ever before publiſh'd, in two Vol. Lond.* 1726. 8. p. 388.

(*b*) In *Primitive Chriſtianity reviv'd* vol. 4. p. 381.

(*c*) Inſertum id eſt Miſcellaneis Academiae Berolin. T. I. n. 4. p. 27. ſeq.

(*d*) Qui illas publici juris fecit in Poecile 1, 3, 7. p. 438.

hunc enim post fluctuationem aliquam ponit, referri possint. Itaque dicto Diocletiani tempori repugnat primo, quod in dialogo nostro unius modo αὐτοκράτορος fit mentio: Diocletianus autem reportatæ victoriæ Persicæ tempore, quemcunque demum illi annum assignes, collegam habuit potestate sibi aequatum, Herculium. Non videtur autem, quod in monumentis publicis tum observabatur, neglectum a Sophista famelico, quod genus plures adulatione complecti solet. Deinde senex illa tempestate fuit Diocletianus, eamque causam allegavit deponendæ mox purpuræ (*a*): ut alia argumenta (*b*) taceamus, quibus illud potest confici. In fine Philopatridis autem non sibi tantum, sed liberis suis ad felicitatem sufficere ait Critias dies imperatoris, quod nimis ridiculum est in sene imperatore dicere, qui sibi Caesarem jam assumserat. Sunt caetera in illa parte historiæ, quantum ad annorum rationes, valde impedita, & varie a viris summis disputata. Haec duo tamen quæ diximus, in quantum ad nostram causam pertinent, controversiam, quod sciam, non habent. Sed puto, ipsum Moylium, ut erat vir in summa doctrina candidissimus, si viveret ac legeret, quae jam porro dabimus, sua sententia relicta ad nostram transiturum esse.

XXVIII. Occasio illius nobis fuit, idemque argumentum, ut mihi videtur, minime infirmum, locus, ubi hoc colloquium haberi, scena in qua hac velut fabula agi fingitur. Hunc locum, hanc scenam Constantinopolin, Christianorum μέγαν οἶκον ἀνάκτων, ut ille ait (*c*), fuisse ita colligo. Sub initium dialogi c. 4. haec Triephontis verba relata sunt βαβαὶ τοῦ ἀναφυσήματος, ὡς τὰς νεφέλας διέρρηξε. ζεφύρου γὰρ ἐπιπνέοντος λάβρου, καὶ τοῖς κύμασιν ἐπωθίζοντος, βορέην ἄρτι ἀνὰ τὸν Προποντίδα κεκίνηκας, ὡς διὰ κάλων αἱ ὁλκάδες τὸν Εὔξεινον πάντων οἰχήσονται, τῶν κυμάτων ἐπικυλινδούντων ἐκ τοῦ φυσήματος. Aguntur itaque haec in littore Propontidos: qui loquuntur a fronte hanc ipsam Propontidem & auctrum, a tergo Euxinum Pontum & septentriones habent. Si enim spiritus vehementior ore erumpens boream in Propontide debet excitare, ut haec non ita se habeant, fieri non potest. Igitur ad Bosporum Thracicum res gesta est, seu angustias illas, quæ Propontida ab Euxino Ponto dirimunt, verbo Constantinopoli. Non improbabilis autem conjectura est, hunc dialogum in ea scriptum urbe esse, quæ tum caput rerum & sedes esset imperii. Imperatori enim victoriam gratulatur auctor, quod majori, credo, celebritate in urbe quam in Provinciis solet fieri. Quid quod urbis κατ' ἐξοχὴν dictæ aliquoties meminit, aurata item tecta commemorat, qualia ante Constantini profusum aedificandi & exornandi eam urbem studium, Byzantii fuisse, mihi non fit verosimile, licet moenium robora olim celebrata sint. Neque Aegyptii mensis nomen, Mesori, ab hac me sententia potest dimovere; quare enim eo utatur Auctor, satis puto, est ad c. 22. indicatum. Si igitur in Constantini urbe scriptus est Philopatris, certe actus esse fingitur; non potest non saltem Constantini aevo esse suppar, Luciano autem sesquisaeculo ad minimum junior.

XXIX. Si corradere omnia & congerere animus esset, quæ in hanc rem dici queant, forte colore aliquo illud posset imbui, ab auctore dialogi imaginem Paulli Apostoli in templo visam (*d*): jam imagines in templis ante A. C. CCC adhiberi non solitas: consequens igitur esse, ut post id tempus scriptus sit Philopatris. Sed gratis illud a THEOPHILO assumtum, apparet. Illud forte majorem speciem habet, quod jam BARONIUS (*e*) templum seu basilicam deprehendere sibi visus est in illis dialogi verbis c. 23. καὶ δὴ διήλθομεν σιδηρέας τε πύλας καὶ χαλκέους οὐδοὺς, ἀναβάθρας δὲ πλείστας περικυκλωσάμενοι, ἐς χρυσόροφον οἶκον ἀνήλθομεν κ. τ. λ. Ac il-

(*a*) *Lactant.* de Mort. Pers. c. 18. qui etiam passim *senem*. & *seniorem* circa haec tempora appellat.

(*b*) V. G. quod apud Vopiscum Numerianus. 14. miratur Diocletianus jam eo tempore quo Aurelianus adipiscebatur imperium, i. e. A. CCLXX, se post multos a se apros interfectos nondum consecutum esse promissum sibi Druidae Vaticinio imperium &c.

(*c*) *Dionys. Perieg.* vers. 355.

(*d*) Quod visum est *Theophilo Raynaudo* Erotemat. de libris bonis & malis p. 195.

(*e*) Ad A. C. 57. §. 101.

illum quidem non esse audiendum, jam BLONDELLUS (*a*) olim demonstravit. Sed melius fortasse procedet, si invertamus argumentum Baronii, atque ita dicamus: quia basilicæ sumtuosæ meminit auctor dialogi, tales autem basilicæ Constantini demum aetate & post aedificari coeptæ sunt, inde sequi, dialogum nostrum non ante Constantini tempora fuisse scriptum. Verum enim vero ne ita rationes putem, primo illud obstat, quod non usque adeo certum confessumque est, templa & basilicas majores pretiosioresque ante Constantini imperium non extitisse: LACTANTIUS (*b*) certe meminit Ecclesiæ, quam editissimam vocat, a Diocletiano & Maximiano A. C. CCCIIII destructæ, quæ aliquot minimum annis ante, forte jam sub Alexandro Severo fuerat condita. Deinde si certissimum etiam sit, post Constantini ad nostros accessum basilicas aedificari demum coeptas, nolim tamen ex hoc loco quidquam de aetate auctoris inferre, cum probabile non videatur, basilicam, quam ecclesiam aetas illa vocabat, intelligi velle Critiam. Atque ita aliquoties nobis laudatus DAVID BLONDELLUS adversus BARONIUM disputat, *cum nihil occurrere* ait *praeter coenaculum in ipso privatae domus fastigio constratum, affixo nullo crucis titulo insigne, quoque vix per multiplices scalarum gyros Critiae, manuducente alio, evadere licuerit.* Adde, non reperisse Critiam concionem omnis generis hominum, juvenes, mulieres, viros, senes, sed ἄνδρας aliquot ἐπιτηδειοφόρτας καὶ κατοχυμένους, qui obviam procedentes sermones cum illo miscuerunt. Nec ex *Persarum* nomine, quo utitur noster c. 29. efficere quidquam conabor. Quanquam enim satis constat, anno demum CCXXX. aut CCXXVI. ut ANTONIO PAGI placet, aeræ vulgaris, Artaxerxe duce, Persas pristinum Imperii decus, ademtum Parthis, qui plus CCCC. annis illud tenuerant, recuperasse, minus tamen hac parte sibi constare scriptores, & DODWELLUS monuit (*c*), & infinitis auctorum locis comprobatur. Meliora proinde caussae praesidia circumspicienda sentio.

XXX. Succenturiabo igitur aliud, validum, opinor, & quod non ita facile loco se pelli patiatur. Scilicet bis occurrit in Philopatride mentio τῶν ἐξισωτῶν, c. 19. & 20. Qui vero essent ἐξισωταὶ, quod illorum munus, ibi dictum est. Hic illud monere e re mea est, non occurrere antiquiorem, quantum sedulo inquirenti reperire licuit, qui ea voce usus sit, vel ipsius adeo muneris mentionem fecerit, EUSEBIO (*d*) Nicomediensi, qui originem, ni fallor, exposuit. Subjeci ipsa verba, ne fucum facere lectoribus velle videar, Ἐπεὶ δὲ ἕτεροι τὰς τῶν πρότερον ἡμετούντων τῆς γῆς καταμετρήσεις κατεμέμφοντο, βεβαρῆσθαι αὐτῶν τὴν χώραν καταιτιώμενοι· πάλιν κἀνταῦθα θεσμῷ δικαιοσύνης ἄνδρας ἐξισωτὰς κατέπεμπε, τοὺς τὸ ἀζήμιον τοῖς δεηθεῖσι παρέξοντας. Apparet, si nihil aliunde adferatur, quod prohibeat, commode verba EUSEBII de prima hujus muneris origine posse intelligi. Occasio mittendi Peraequatores indicatur, justitia in ea re Constantini laudatur, quod non adeo magnam vim haberet, nisi ille primus id beneficii tribuere oppressis instituisset. At loquitur, tanquam de hominibus olim notis EUSEBIUS. Recte illud quidem. Quo enim tempore haec scribebat, noti fuere. Ante Constantini aetatem potuerunt fuisse incogniti. Eusebium quasi agmine facto deinde sequuntur GREGORIUS NAZIANZENUS, BASILIUS, Imperatores aliquot in codice Theodosiano & Novellis, & reliqui. Haec ipsa causa est, quod Lexicographi communiter hanc vocem omittunt, ad glossaria scilicet lapsæ Graecitatis eam relegantes. Idem dicendum de nomine Πολιτικὸς c. 19. in quantum ἐξισωτὴν significat. Atque ista quidem generaliter hic monuisse sufficiat. Ita Galilaeos quod vocat Triepho Christianos, aut recentio-

(*a*) De Episcopis & Presbytt. l. c. Josephus etiam Mede ex hoc loco probare volebat, templa jam Trajani aevo exstrui solita, refutatus ab Ill. Boehemero Dissert. Jur. Eccl. ad *Plinium* & *Tertull.* 2, 13. p. 52. nescio quam bene, cum *aurea* illa *secta* ironice pro miseris & pauperibus, accipit, quod etiam ab *Ablancurtio* factum video. Nostra in neutram partem aliquid refert.

(*b*) De mortibus persecut. c. XII.

(*c*) Diss. de Isidoro Characeno §. 4. p. 62. Add. *Spanhem.* ad Julian. Or. 1. p. 123. 149.

(*d*) De vita Constantini 4, 3.

tioris multum Luciano scriptoris, aut antiquissimi indicium credimus: cum vero antiquissimum non esse, vel solus Artemidorus in eo laudatus arguat, consequens est ut recentiorem dicamus. Sed & hanc disputationem commodius differemus. Caeterum hoc referre fere audeam, quod πολυάσχολος μαθηματικὴ vocatur, insolito bonis scriptoribus duplicandi seu componendi genere, & nescio quid affectatae fucataeque dictionis sapiente, quae seculo quarto, & deinceps paullatim in Graeciam a pristino candore deflectentem irrepere coepit. Ξυνωρὶς apud antiquos, quantum constare mihi potuit, tantum de biga equorum vel mulorum adhibetur; apud nostrum in fine dialogi ἡ καλὴ ξυνωρὶς de amicorum pari dicitur, quomodo etiam apud eum, qui vitam Gregorii Nazianzeni scripsit, ζηλωτὴ ξυνωρὶς de Gregorii & Basilii amicitia, & saepius deinde apud sequiores dictum reperio. Sic κράτος pro Imperatore in ipso fine libelli positum ex Nazianzeno illustravimus. Sed de usu talium vocabulorum, nolim profecto contendere vehementius. Fieri enim facillime in tanta scriptorum Graecorum copia potest, quibus legendis vix aetas sufficeret, nedum memoria comprehendendis, & inopia Lexicorum, ut egregie fallatur aliquis, in primis si non soleat scripto omnia observata sua committere (*a*). Arbitror autem, cum multa concurrunt τεκμήρια, quae singula quidem possent oratione elevari, quaedam etiam ratione rejici, hominis esse impudentis, omnia velle repellere, praesertim si quaedam illorum ad majorem paullo probabilitatis gradum accedant, & nihil caeteroquin sit, quo sententia, quae hoc modo probatur, everti possit.

XXXI. Igitur venio tandem ad ultimum eorum, quae dicere mihi propositum fueram, caput, idque in tota hac disputatione praecipuum. Nempe sub Juliani τοῦ ἐν ἀθέοις, ut vocant nostri, vel Apostatae imperio, & eo quidem tempore scriptum ajo Philopatridem, cum primum nuncius de felici expeditionis Persicae successu Constantinopolin adferretur. Scriptum autem a gentili homine, forte Luciano, Sophista & ipso, Lucianeo certe more, qui Christianorum omnibus praedictionibusque explosis, Imperatori victoriam Persicam gratulatus, felices porro successus, victoriasque innumerabiles apprecetur. Cum primum ista ante hosce xxv annos proponerem, faciebam, quod aetatem & conditionem meam decebat, uti deprecarer invidiam novitatis apud Theologos, qui fidem Ante-Nicenam solent ex hoc dialogo ostendere. Hoc jam opus esse non puto. Nisi enim actus tot annis docendi & vivendi tenor me purgaverit his, quibus me probari oportet, frustra veniam mellitissimis etiam verbis postulem. Quare statim ad probandum quod suscepi progrediar.

XXXII. Primum autem illud meminisse te, mi Lector, velim, supra probabile admodum factum a nobis esse, in Constantini urbe, quae jam tum ita vocaretur, scriptum esse Philopatridem. Nunc addendum hoc est, nunquam ausurum fuisse gentilem hominem, Christiano Imperatore, acerbe adeo Christianos, & scripturas divinitus nobis traditas traducere, & deridiculo delectamentoque sibi habere, ac fecit hujus dialogi auctor. Licet enim non vi atque suppliciis in gentiles, si quiete alias se gererent, animadverterint sanctam nostram fidem amplexi Imperatores (*b*), vix tamen id videntur fuisse passuri, ut aperte quis illam conviciis proscinderet. Si enim capital esse jusserunt Constantius, Theodosius, Imperatores alii, si quis gentili ritu sacrificaret, aut haruspicinam exerceret (*c*): si capite puniendum censuere Theodosius & Valentinianus (*d*), qui servum seu ingenuum, invitum seu suasione ex cultu Christianae religionis in nefandam sectam ritumve traduxisset: quid putemus illi factum, qui apertam adeo contumeliam inferre Christianis esset ausus? Relinquitur igitur, sub Imperatore Constantinopolitano, qui idem gentilis esset, venenum suum effu-

(*a*) Sic deprehendi apud *Euripidem* Phoeniss. 1092. ξυνωρίδα τίκτων. Et tamen puto, usum nostri auctoris suo id est quarto senescenti saeculo deberi.

(*b*) Vid. L. 6. Cod. de paganis & sacrificiis.

(*c*) Vid. tit. Cod. de paganis.

(*d*) L. 5. Cod. de Apostatis.

effudisse Philopatridos auctorem, sub quo scilicet non impune solum id laturus erat, sed favorem etiam & forte dona meriturus. Alius autem non occurrit, quam Julianus Apostata, quo Imperatore & licentiam habuit, & proposita praemia, quisquis has nugas procudit.

XXXIII. Deinde victoria de Persis, quae sub finem dialogi celebratur, & occasionem scribendo dedisse videtur, si in quem alium, in Julianum certe convenit. Jam ab initio suscepti imperii magna vi expeditionem Persicam moliebatur, eosque ab initio successus fortunae habuit, qui epinicio utique essent digni. Si nihil aliud, magnum certe erat, desiisse Romanum imperium vinci a Persis, & vincere posse iterum didicisse, postquam infeliciter adeo Constantius rem adversus crudelissimam gentem gesserat. Placet EUTROPII verba 10, 6. quia sunt brevissima, adscribere: *Diversa Constantii fortuna fuit. A Persis enim multa & gravia perpessus, saepe captis oppidis, obsessis urbibus, caesis exercitibus: nullumque ei contra Saporem prosperum praelium fuit: nisi quod apud Singaram, haud dubiam victoriam ferocia militum amisit.* Post has clades utique contemnenda non erant, quae Julianus brevi adeo tempore feliciter gessit. Facilis labor esset, sed nimium lectoribus longus, parum autem, ad hanc quidem rem necessarius, ex AMMIANO MARCELLINO, ZOSIMO, LIBANIO (*a*), & reliquis, quo apparatu, quas res, quo tempore gesserit, explicare: quare contenti iterum EUTROPII erimus brevitate, qui 10, 8. *Julianus*, inquit, *ingenti apparatu Parthis intulit bellum, cui expeditioni ego quoque interfui. Aliquot oppida & castella Persarum in deditionem accepit, vel vi oppugnavit. Assyriamque populatus, castra apud Ctesiphontem stativa aliquandiu habuit: remeansque victor, dum se inconsultius praeliis inserit, hostili manu interfectus est.* Addere fas sit, quod ZOSIMUS post enarratas 3, 12--29. res gestas Juliani, ἀπέθανεν, inquit, οὐ πόῤῥω τῶν Περσῶν ἡγεμονίαν τῆς ἀπωλείας καταςήσας ἐσχάτης. Et c. 18. de Bersabora urbe capta dixerat. Ἐντεῦθεν οὐχ ἡ τυχοῦσα τῷ Ῥωμαίων ἀξιώματι προσεγένετο δόξα, πόλεως μεγάλης, καὶ τῶν ἐν Ἀσσυρίᾳ μετὰ Κτησιφῶντα μεγίςης, οὕτω δὲ ὠχυρωμένης, ἐν δύο μόναις ἡμέραις κατὰ κράτος ἁλούσης. Sublatum igitur Constantii cladibus Persarum supercilium, Juliani cecidit victoriis. Sed in proclivi etiam est illud probare, has ipsas Juliani victorias, mirifice, & hyperbolikῶς etiam ab iis, qui Imperatori faverent, esse celebratas. Audiamus GREGORIUM NAZIANZENUM (*b*), qui, cum de expeditione Persica sermo est, τὰ μὲν οὖν πρῶτα, inquit, τῆς ἐγχειρήτεως αὐτῷ (Juliano) καὶ λίαν νεανικὰ (*c*), καὶ πολλοῖς τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων περιβεβοημένα. Alio loco (*d*) ita insultat epiniciis & gratulationibus Juliano dictis, ut mihi quidem minime obscure ad hunc ipsum Philopatrin respexisse videatur: ποῦ Βαβυλὼν ἡ ἔνδοξος θρυλλουμένη, καὶ οἰκουμένη πᾶσα περινοουμένη, ποῦ δὲ οἱ ἐν τῇ χειρὶ κρατούμενοι Πέρσαι καὶ Μῆδοι; κ. τ. λ. Babylonis interitum spondet noster Cleolaus, cum inter alia hoc relinquere se dicit liberis suis, ὡς ἴδωσι Βαβυλῶνα ὀλλυμένην. Et ipsum etiam Julianum spe praecepisse Babylonis expugnationem, AMMIANUS MARCELLINUS auctor est, apud quem 23, 3. *ostento equi, Babylonii nomine, humi sese prae dolore provolventis, laetior Julianus exclamavit, plaudentibus proximis, Babylona humi procidisse.* Alterum vero illud, ποῦ δὲ οἱ ἐν τῇ χειρὶ κρατούμενοι Πέρσαι καὶ Μῆδοι; manifeste cum illis Cleolai verbis conspirat: Πέπτωκεν ὀφρὺς ἡ πάλαι βωμένη Περσῶν —— Χειρὶ κρατοῦντος εὐσθενωτάτῳ κράτει. Si quis vero nobis objiciat, nec Susa a Juliano occupata, nec in Arabia quidquam rei gestum, nec Aegyptum perdomitam, illi jam est respondendum.

XXXIV. Quin

(*a*) Orationibus duabus in Juliani necem habitis quae To. 2. locum inter opera ejus, ut sunt a *Morello* edita, obtinent. it. de vita sua p. 44. seq. T. 2. Multa de iisdem rebus idem *Libanius* in Orat. de Juliani nece ulciscenda, & altera parentali, quae volumine VII. Bibl. Gr. *Fabricianae* primum editae sunt. Vid. V. G. p. 175. seq. & ibi *Olear.*

(*b*) Oratione στλιτ. II. inter reliquas orationes IV, p. 114. edit. Billii.

(*c*) De hac voce vid. *Jo. Andr. Bosius* in exerc. Philol. ad 1. *Tim.* II, 22. p. 13.

(*d*) p. 123. ib.

XXXIV. Quin respondit jam bonam partem pro nobis Gregorius, verbis proxime a nobis adductis, quibus vanas hominum spes, & praesumtas animis victorias ridet : imprimis autem id locum habere debet, cum ita loquitur Cleolaus, ut nunc praeeunte La Crozio a nobis versiculi illi interpuncti sunt, ut praeter *collapsum Persarum supercilium* reliqua verbis futuri temporis efferantur omnia. Quis vero nescit, epinicia, panegyricos, & id genus scriptiones, ad adulationem compositas, plerumque, si non mendaciorum, certe spei ominumque quam rerum gestarum plus continere ? De iis igitur, quae tanquam futura spondet Cleolaus, GREGORIO ita factum ab adulatoribus confirmante, non erimus soliciti. Quod si quis durior paullo illud δ' vel δὲ perperam omissum dicat, idque indicio esse contendat, incidendum aut interpungendum adeo esse demum post ἄεν· illi tamen non absurdum videri debet, si dicamus, de Susis aut rumorem falsum tum Constantinopolim allatum, ut hodienum fieri singulis fere diebus assolet, aut imitatum illud esse Cleolaum, quod vatibus, non falsis minus quam veris, in more positum est, ut, quas res certo futuras aut sciunt, aut imaginantur, eas tanquam factas atque praeteritas hominum oculis animisque repraesentent. Quin historicos etiam qui se dicerent, non immunes ab ea vanitate olim fuisse in conscribendae historiae praeceptis Lucianus memorat c. 31. Ἤδη δ' ἐγώ τινος καὶ τὰ· μέλλοντα συγγεγραφηκότος ἤκουσα ; καὶ τὴν λῆψιν Οὐολογέσου καὶ τὴν Ὀσρόου σφαγὴν κ. τ. λ. De Parthis & hic mentiebatur. Caeterum qua spe prosecuti sint Julianum amici, LIBANIUS (*a*) indicat, cum Deos rogat, velint, jubeant, ἡμετέραν κρατιὰν ἐν Σούσοις δειπνῆσαι Πέρσῶν οἰνοχοούντων. ταῦτα εὔχεσθαι καλὸν, ταῦτα εὔλογον προσδοκᾶν. Nec post obitum Imperatoris, se aliosque ea spe fuisse, dissimulat idem Sophista, cum alteram in necem illius orationem (*b*) ita auspicatur : ἔδει μὲν, ὦ παρόντες, ἅπερ ἤλπιζον ἐγώ τε καὶ πάντες ἄνθρωποι, τὸ τέλος εἰληφέναι καὶ τὴν τῶν Περσῶν ἀρχὴν νυνὶ καταλελῦσθαι· τῆς δὲ ἐκείνων γῆς Ῥωμαίους ἄρχοντας ἀντὶ Σατραπῶν ἐπιμελεῖσθαι νόμοις ἡμετέροις κ. τ. λ. & post multa alia (*c*) Ἡμεῖς μὲν φόμεθα τὴν Περσῶν ἅπασαν μέρος Ῥωμαίων ἔτεσθαι κ. τ. λ. Nec parum ad rem nostram facit, quod idem LIBANIUS cum feliciter & strenue a Juliano gesta retulisset, καὶ τούτων, inquit, (*d*) ἔναγχος ἤγγειλε μὲν οὐδεὶς, τὴν δὲ τῶν ὁρώντων ἡμεῖς ἡδονὴν ἡδόμεθα, πιστεύοντες, ἃ δὴ καὶ ἐγίγνετο, γενήσεσθαι. Si enim oratoris flosculos demas, illud certe relinquitur, incertos & sine auctore rumores, ex studiis, ut fit, hominum ortos, praecessisse tantae felicitatis nuncium. Quod enim Antiochiae factum est, loco Persiae propiori, quin aeque Constantinopoli sit factum, nihil impedit.

XXXV. Quod vero Aegyptum δεδουλωμένην filiis relicturum se sperat Triepho, id mirum alicui videri queat, cum de Aegyptiis imperii Romani hostibus, vel rebellibus potius, in Juliani historia nulla fiat mentio. Sed in hoc ipso etiam praesidium caussae meae invenisse mihi videor. Scilicet Aegyptii, ab innata animis levitate, ad seditiones & res novas fuere semper quam maxime proclives (*e*) : nec postquam Christiana inter eos religio invaluit, populare hoc vitium exuerunt, ut potius haec ipsa saepe turbarum maximarum & periculosissimarum occasionem, innocens tamen ipsa per se, demta hominum malitia, praebuerit (*f*). Aetate Juliani, imprimis Alexandriae aliquoties ingentes turbae, caedes etiam & aedium expugnationes, ex dissensione Arianorum & recte sentientium, sed recte non semper

(*a*) Orat. VIII. quae est Panegyr. in Julian. p. 250. To. 2.

(*b*) Tom. 2. x mam p. 260.

(*c*) p. 325. D.

(*d*) De Vita sua p. 45. A.

(*e*) Ita sub saeculi tertii finem Achilleo duce tota fere Aegyptus rebellavit, ab Imperatore Diocletiano ea caussa pervastata, ut testatur in Chronico Eusebius circa A. C. 295.

(*f*) Videnda quae de hoc Aegyptiorum ingenio *Frac. Gothofredus* ad Cod. Theod. L. 1. de defensoribus civit. L. 3. de his qui super relig. L. unica de his qui plebem audent, denique L. 31. de his quorum appellationes, magna industria & doctrina incomparabili congessit, quae huc transcribere nihil attinet.

per viventium exortæ, graviter urbem illam & rempublicam concuſſerunt: de quibus nemo tacuit, qui de Hiſtoria Eccleſiaſtica illorum temporum ſcripto aliquid mandatum reliquit. Habentur etiam epiſtolæ aliquot imperatoris Juliani ad populum Alexandrinum, inter reliqua ejus opera editæ, quibus graviter ea de cauſſa illos objurgat. Probabile igitur eſt, aut agitaſſe Julianum conſilia, de compeſcenda atque opprimenda in perpetuum illa animorum ad ſeditiones proclivitate, aut Cleolaum certe optaſſe, grave adeo jugum imponi Aegyptiis, ut ſub illius onere ſuperbiæ, ex qua oriri fere ſolent contumeliæ atque ſeditiones, obliviſcerentur. Quomodo autem quæ de Aegypto hic dicuntur cum DODWELLI ſententia (de qua §. 15. diximus) conciliari queant, non video. LUCIANUS cum Aegypti procurationem ſibi creditam refert (*a*) ut pacatæ Provinciæ meminit, eodem tempore quo iſta ſcripſiſſe illum vult DODWELLUS; & SPARTIANUS (*b*) quo loco perſecutionis adverſum Chriſtianos decretæ meminit, ſtatim gratiæ Imperatoriæ adverſum Alexandrinos, Aegyptiorum fere primos, ſpecimen adfert, jus *Bulentarum illis attributum.* Sed nondum a DODWELLO diſcedo. Putabat enim vir doctiſſimus, quod Arabes inter hoſtes imperii Romani referantur, clare ſatis indicare, Severo imperante ſcriptum Philopatrin, ut qui poſt Trajanum ſolus Arabas bello petiverit. Et fateor, vim haud exiguam hujus argumenti futuram, niſi aliæ rationes abjudicarent Luciano Philopatrin, atque Juliani temporibus vindicarent. Quæ cum ita ſint, vitio verti nobis non poteſt, ſi ad ſpem Cleolai referamus, quæ de Arabibus, inquieta gente & latrociniis infami, Cleolaus ſpondet: imprimis cum τὴν οἰκουμένην περινοουμένην ex NAZIANZENO viderimus. Licet enim Petraea Arabia jam a Trajano redacta ſit; tamen Nomades illi & Scenitae Arabes, in quibus & Saraceni, ſubigi non potuerunt. De utraque Arabia quæ dicta noſtra firment protulit e ſuis theſauris Ez. SPANHEMIUS (*c*), qui etiam multa collegit (*d*) e quibus intelligamus, optabile fuiſſe eo tempore, quo Philopatrin ſcriptum cenſemus, videre, quod optat Triephon, τὰς ἐκδρομὰς τῶν Σκυθῶν παυομένας.

XXXVI. Adhuc igitur bene ſibi conſtant omnia, ut feliciter ac ſtrenue geſta, quæ in Philopatride celebrantur, illa poſſint eſſe, quæ Julianus ſub initium expeditionis Perſicæ perfecit. Videamus reliqua an ſententiæ noſtræ faveant. Inducuntur Chriſtiani male adfecti erga Imperatorem, &, ut interpretatur auctor, ipſam patriam. Chriſtiani inquam. Neque enim aſſentiri poſſum BASNAGIO (*e*), qui negat in ultima dialogi parte de Chriſtianis ſermonem eſſe, ne Baronio concedere cogatur, templum ibi deſcribi, templaque adeo fuiſſe diu ante Conſtantinum: ſed mathematicos fuiſſe ait, & ob id ipſum non Chriſtianos. Verum qui attente & dialogi verba, & quæ nos ibi adſcripſimus legerit, inveniet, negari potius, eſſe illos mathematicos; illasque de rebus caeleſtibus interrogationes potius ad ludibrium pertinere. Porro dicit Basnagius, Triephontem, qui ut Chriſtianis ſacris initiatus introducatur in priori parte dialogi, in fine ipſum quoque maledicere illis male erga Imperatorem affectis: hos ergo non videri Chriſtianos. At Triephon ita de ſua initiatione loquitur, ut ſatis appareat, illum ludibrio habere & magiſtrum illum ſuum & totam religionem. Qui ergo priori parte libelli ridet Chriſtianos, illum non mirum eſt eosdem in poſteriore parte accuſare ut male animatos adverſus imperatorem. Caeterum hi male animati deſcribuntur, ut homines aſcetae, jejuniis, vigiliis malis, veſtibus, & duro victu ſe macerantes, de magnis rerum converſionibus loquentes, hymnos canentes, quales Juliani aetati multos fuiſſe Chriſtianos, longiori probatione non indiget. Chriſtiani ergo inducuntur male ominantes reipublicæ, μεταλλαγοῦσιν, ajunt, τὰ πράγματα, παραχαὶ τὴν πόλιν

(*a*) Apol. *pro Merced. Cond.* c. 12.
(*b*) In Severo c. 17.
(*c*) Ad Juliani Or. 1. p. 164. ſeq.
(*d*) Ibid. p. 51. ſeq.
(*e*) Annal. Eccleſ. ad A. C. 253. n. 3. p. 267.

κὰν κατελήψονται, τὰ κρατόπεδα ἥττονα τῶν ἐναντίων γενήσονται· & aliud illorum dictum, tanquam nimis mali ominis reticet Critias. Haec minime profecto conveniunt in ea tempora, quibus oppressa adhuc gentilium multitudine gemebat ecclesia; (quidni enim liceat hic transeundo quasi confirmare quæ supra dicta sunt) tunc enim gentiles quidem calamitates omnes, strages exercituum, terræ motus, famem, sterilitatem, inundationes, publica omnia mala Christianis imputabant: horum vero erat ostendere, nihil tum accidere quod non olim accidisset, quin nunquam fuisse felicius Romanum imperium, quam exorta & invalescente Christiana religione. De Imperatoribus autem qui tum viverent, non nisi maxima cum veneratione & faustis ominibus loquebantur, tantum aberat, ut aut imperii mutationem, aut exercituum clades, aut simile quid auderent praedicere. Atque de his nemo dubitabit, nisi qui in antiquorum Ecclesiæ Doctorum scriptis, apologeticis imprimis, plane sit hospes. Speciatim Severi aetate, qua scriptum tameh vult Philopatrin H. DODWELLUS, ita se rem habuisse, e TERTULLIANI Apologetico satis constat. Quod autem is quem modo laudavi DODWELLUS mala Christianorum, mundi finem in dies expectantium, de rep. Romana auguria occasionem persecutioni dedisse autumat, cui praeluserit hac κωμῳδίᾳ Lucianus, in eo ratio fugit virum doctissimum. Saltem in locis ab ipso adductis nihil est praesidii. EUSEBIUS enim (*a*) & HIERONYMUS (*b*), qui illum fere ad verbum expressit, de Juda Chronographo diserte affirmant, eum Severianæ persecutionis atrocitate motum, in decimum illius annum Anti-Christi adventum, finemque mundi contulisse. Persecutionis igitur atrocitas, ut finem mundi imminere crederet Judas, eum permovit: non, ut DODWELLUS interpretatur, praedictio Christianorum de fine mundi, persecutioni occasionem (*c*) praebuit. Fit haec vel inde probabilis sententia, quod de Nerone (*d*) Anti-Christo simile quid creditum olim fuerit. Juliani autem aetate longe aliam rerum fuisse faciem constat. Sub Constantini M. imperio, alte caput Christiana res extulerat. Propensa, quin profusa hujus Imperatoris in Episcopos voluntas atque benivolentia, tantum eis cum auctoritate conciliaverat supercilium, ut jam tum iniquitatis mysterium operari occulte in quibusdam occiperet. Luxuriari itaque jam & insolentius efferri coeperant animi, ut mirum non sit, cum ejurato veri Numinis cultu, ad gentilium Deorum, Solis imprimis veneratione defeciisset Julianus, non defuisse inter Christianos, qui liberam vocem mittere auderent, infelicitatemque ipsi, tanquam homini impio, atque imperio ejus portenderent. Et sane ingens causa suberat, cur interitum ejus optarent Christiani. Quid enim sperare aliud poterant a victore reduce, quam bonorum direptiones, infamiam, & corporis etiam cruciatus atque supplicia? Quorsum multa sunt in GREGORII NAZIANZENI *orationibus Philippicis adversus Imperatorem Julianum*, & alibi, quæ facile a nobis, si id quidem nunc ageremus, possent adferri: Illud tamen monuisse liceat, gentiles etiam spe majoris adversum Christianos licentiæ post reditum Juliani obtinendæ fuisse erectos. Ita LIBANIUS (*e*) speraisse inter alia se dicit, τοῖς ἱεροῖς ὑποχωρήσειν τοὺς τάφους, quorum ea procul dubio sententia est, speraisse, ut eversis martyrum tumulis idolorum fana in eorum locum restituerentur.

XXXVII. Probatum est, tum voluisse Christianos tum potuisse paullo liberius de Juliano loqui: locutos esse, jam est auctoritate idoneorum scriptorum confirmandum. Ut taceam pervulgatum illud de Athanasio, quem, cum ab Juliano pulsus Episcopatu suo, & ur-

(*a*) Hist. Eccles. 6, 7.

(*b*) De Scriptor. Eccl. c. 52.

(*c*) Veriorem persecutionis occasionem ex *Tertulliano* adfert *Christianus Kortholtus* de persecutionibus c. 6. §. 7. p. 260.

(*d*) Vivum nimirum asservari alicubi credebant ut Anti-Christum aut ipse ageret sub finem mundi, aut ejus saltem praecursor esset. quorsum videndus *Lactantius* de mortibus persecutorum c. 2. & *Augustinus* de civit. Dei 20, 16.

(*e*) Orat. 11. in necem Jul. T. 2. opp. p. 326. Add. quae ad ejusd. *Libanii* librum de ulcisc. morte Juliani §. 5. p. 149. ab *Oleario* notata sunt.

urbe Alexandria excederet, dixisse ferunt : *cedamus, amici, nubecula est cito transitura* (*a*). Item alterum illud de Paedagogo Antiochiensi, qui interrogatus paucis ante Juliani obitum diebus: ecquid ageret Fabri filius? (Christum putabat) capulum Juliano parare, respondisse traditur (*b*). Hoc ut taceam, locuples historiae horum temporum auctor AMMIANUS MARCELLINUS 32, 12. haec habet : *quae maximis moliminibus festinari cernentes* (loquitur de praeparatione expeditionis Persicae) *obtrectatores desides & maligni, unius corporis permutatione tot cieri turbas intempestivas, indignum & pernicioſum esse strepebant, studium omne in differendo procinctu ponentes : & dictitabant his praesentibus, quos audita referre ad imperatorem posse rebantur, eum, ni sedatius ageret, immodica rerum secundarum prosperitate, velut luxuriantes ubertate nimia fruges, bonis suis protinus occasurum.* Quos *obtrectatores desides & malignos* AMMIANUS gentilis homo vocat, Christianos eum intelligere, VALESIUS observat ad hunc locum, & conferri secundam NAZIANZENI Philippicam jubet, in qua diversa verbis, re habentur eadem. Idem AMMIANUS 23, 1. & 5. varia portenta atque omina refert, quae a bello Julianum adversus Persas retinere debuissent. Cum vero eadem spreverit, qui tamen alias superstitionibus, vaticiniis, oraculis & ejusmodi nugis ad stuporem esset deditus (*c*), videtur haud absimile vero, suspicatum fuisse, Galilaeorum, ut ipse Christianos vocabat, fraude ea sibi quasi terriculamenta objici, ne victor reversus gravius illorum cervicibus incumberet. Quid ? quod LIBANIUS Christianos insidiarum in Juliani caput structarum, tum caedis etiam ipsius insimulat. Qua in re ecquid veri insit, jam non disquiro, neque etiam simpliciter vera esse, quae in Philopatride de iis dicuntur, crediderim; hic modo, quae fuerit tum de Christianis inter Gentiles existimatio, quaeritur. LIBANIUS igitur, cum (*d*) conspiratum saepe in caput Juliani dixisset, quaesivissetque quid caussae subesset, quod mitissimus Princeps insidiis aliquoties esset petitus, *ἐγὼ δὲ*, subjicit, *τούτου τὴν αἰτίαν ἐν τῇ μνήμῃ τῆς ὀδυνηρᾶς ἐμοὶ τελευτῆς φράσω.* Deinde cum ad illum locum perventum est (*e*), primo a suorum aliquo interfectum esse arguit, quod nemo inter Persas fuerit, qui promissum praeconis voce praemium illi qui tantum facinus ausus esset, vindicare sibi voluerit : tum propius auctores caedis designat (*f*) (adscribam enim verba, si forte interpunctione commoda clariora possim, quam primum intuenti videntur, reddere,) *οἷς γὰρ οὐκ ἐλυσιτέλει ζῶν, (οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ ζῶντες οὐ κατὰ τοὺς νόμους) πάλαι τε ἐπεβούλευον, καὶ τότε δυνηθέντες εἰργάσαντο. τῆς τε ἄλλης ἀδικίας αὐτοὺς ἀναγκαζούσης, οὐκ ἐχούσης ἐπὶ τῆς ἐκείνου βασιλείας ἐξουσίαν, καὶ μάλιστά γε τοῦ τιμᾶσθαι τοὺς θεούς, οὗ τὸ ἐναντίον ἐζήτουν.* (*g*) Eos igitur caedis reos facit, qui non vivebant secundum leges, superstitiosas scilicet & idololatricum quidquam habentes, quique Deos coli aegre ferebant, verbo Christianos. Vix, qui haec cum cura inspiciet, dubitabit, Christianos peti in Philopatride eos, qui male Juliano ominari fuerant ausi.

XXXVIII. Antequam ab iis argumentis discedamus, quae ex publica rerum facie, qualis ea tum erat, sunt depromta, duo juvat paucis attingere. Unum est, laudari in Philopatride laetas Romani res imperii, & felicitatem temporum, cum interrogantibus Christianis,

(*a*) Vid. *Rufi.* H. E. 2, 3.

(*b*) *Theodorit.* H. E. 3, 18. cap. 19. autem Juliano cuidam monacho Imperatoris caedes eadem qua contigit hora revelata esse narratur. De Didymo Alexandrino Philosopho similia refert Sozom. 6, 2. Add. *Olear.* ad *Liban.* de Juliani morte ulcisc. p. 164. Maris Chalcedonensis Episcopus quam contumelioſe Julianum tractaverit, narrat Socrates 3, 2. De tota multitudine Antiochiensium Christianorum *Jo. Malela* Chron. P. 2. p. 15.

(*c*) Vid. *Ezech. Spanh.* in Praefatione, quam operibus Apostatae a se editis & ex parte illustratis praemisit, fere circa medium, ubi luculenta tum Juliani ipsius, tum aliorum in hanc rem testimonia profert.

(*d*) Or. x. p. 307.

(*e*) p. 323. seq.

(*f*) p. 324.

(*g*) In libro s. oratione *de vindicanda Juliani nece* quam in *Libric.* Bibl. Gr. vol. 7. editam diximus aperte etiam Christianos accusat. Vid. in primis §. 5. p. 149. Suspicioſa maxime sunt quae narrat *Jo. Malela* Chron. P. 2. p. 21. seq.

nis, quid ageretur in urbe & in mundo? Respondet Critias: χαίρουσίγε πάντες, καὶ ὅτιγε χαρήσονται. AMMIANUS autem MARCELLINUS 22, 9. testatur, dum Julianus imperium teneret solus, nec motibus internis esse concitum orbem Romanum, nec barbarorum quemquam exsiluisse fines. Alterum autem hoc est, quod quæ περὶ τῶν ἐξισωτῶν, de Peraequatoribus, in Philopatride dicuntur, in Juliani tempora & ipsa videntur convenire. Sed quid probabile hac de re nobis videatur, diximus in notis ad c. 19. obscurissimum in toto dialogo locum, in quibus etiam exposuimus, quæ de Cretensium virginum caede in Philopatride c. 9. memorata, quam nec ipsam a Juliani aetate abhorrere conjicimus, nostra sit sententia. Pergamus igitur ad ea quæ restant.

XXXIX. Scilicet haud exiguum causſæ meæ & sententiæ praesidium in eo colloco, quod auctor dialogi, cum clare adeo & perspicue Christianis illudat, ipso tamen hoc excellentissimo Christianorum nomine non utitur, sed Galilaeorum. Quæ res vel sola si esset, probabilem alicui sententiam, quam defendendam suscepi, redderet. Sed cum non desint, quæ circa hanc appellationem moveri, nec sine doctissimorum virorum suffragiis, possent, res universa paullo est altius repetenda. Sub prima rei Christianæ initia, qui sanctissimam Servatoris nostri disciplinam essent amplexi, μαθηταὶ hoc est discipuli vocabantur: ab inimicis autem Galilaei itemque Nazareni, a patria ductum Christi utrumque, illud etiam plerorumque Apostolorum. Appellationis utriusque mentionem habent etiam libri sacri, Galilaeorum, Joh. 7, 52. Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; Nazaraenorum autem Act. 24, 5. ubi Paullus πρωτοστάτης τῆς τῶν Ναζαραίων αἱρέσεως vocatur. Durasse haec nomina ad illud tempus, quo Christiani Antiochiæ primum sunt vocati, testis praeter alios est SUIDAS (a): Ἰσέον, ὅτι ἐπὶ Κλαυδίου βασιλεύοντος μετωνομάσθησαν οἱ πάλαι λεγόμενοι Ναζηραῖοι καὶ Γαλιλαῖοι, Χριστιανοί. qui id videtur sumsisse ex JOHANNE ANTIOCHENO MALALA, apud quem (b) eadem leguntur. Cum enim nominis Christianorum Antiochiæ, Evodio Episcopalem sedem occupante, imposîti mentionem injeciſſet: πρώην γὰρ, addit, Ναζωραῖοι ἐκαλοῦντο, καὶ Γαλιλαῖοι ἐκαλοῦντο οἱ Χριστιανοί. Post hoc tempus obsoleviſſe Galilaeorum nomen videtur: cum nimirum & aliud esset, quo censerentur Christi discipuli, & prolatis extra Galilaeæ, ac Palaestinæ adeo fines religionis Christianæ pomoeriis, ipsa appellandi cessaret ratio, nisi quis totum mundum in Galilaeam versum esse, voluisset dicere. Inde est quod nulla ab ea aetate Galilaeorum mentio occurrit (c), donec Julianus, Christianorum appellationem jam glorioſum aliquid habere videns, stupidæ gentis nomen Christianis & attribuit ipse, & lata lege jussit attribui: quod quidem pertinaciter adeo ipse observat, ut vix credam Christi aut Christianorum nomen in iis, quæ supersunt ab illo scripta, occurrere. GREGORIUS igitur NAZIANZENUS d), hunc enim solum ex innumeris fere aliis huc advocasse suffecerit, Καινοτομεῖ, ait, ὁ Ἰουλιανὸς περὶ τὴν προσηγορίαν, Γαλιλαίους ἀντὶ Χριστιανῶν ὀνομάσας τε καὶ καλεῖσθαι νομοθετήσας, & paullo post nomen hoc vocat ὄνομα τῶν οὐκ εἰωθότων. Hinc demum apparet vis argumenti nostri, ab hac appellatione desumti. Qui enim auctor, cum manifeste de Christia-

(a) Voce Ναζηραῖοι.

(b) In historia chronica, ut est Oxonii 1691. è codicibus Bodlejanis cum interpret. & not. Edmundi Chilmeadi edita p. 318.

(c) Usurpari ait *Dodwellus* de fortitud. Martt. §. 2. a Celso etiam. Sed in libris quidem Origenis octo contra Celsum nullum eius rei vestigium deprehendo. Observavi autem in fragmento ex epistolis Manetis ſ. Manichaei in *Fabricii* Bibl. Gr. vol. 7. p. 2[illegible] Τῶν Γαλιλαίων δυο φυσεις ὀνομαζόντων ἴχνιν τ' Χριστου κ. τ. λ. Utrum sit ipsius Manetis, an alicujus Manichaei, & ad quae tempora, quos homines, referendum sit, jam non vacat disquirere. Interim manemus in observatione *Dodwelli*, in epistolica ad *Moylium* dissertatione p. 343. ubi ait, Auctorem Philopatridis (quem jam ponit scripsisse A. C. 261.) primum esse, quem norimus, qui Galilaeorum appellationem instauraverit, & Christianorum nomine abstinuerit. Haec in tantum assumimus, in quantum fatetur tam diligens observator, nusquam alias ante Julianum Galilaeorum nomen revocatum.

(d) Orat. III. quae est invectiva I. in Julianum p. 81.

ſtianis loquitur, hoc quidem auguſto illorum nomine, quod ignorare non potuit, abſtinet, utitur autem illo Galilaeorum, quod cum diu evanuiſſet, a Juliano revocatum, poſt eum iterum obſolevit, is ſub Juliano ſcripſiſſe merito credendus eſt. Hinc, ut praeter viam quaſi hac moneam, patere arbitror, quam recte vir doctiſſimus (*a*) ANTO. PAGI reprehenderit BARONIUM, qui Canonem primum Concilii Apoſtolorum, ſi Dis placet, Antiocheni, eo nomine rejecerat, quod eo decernatur, *ut credentes in Chriſtum, quos illius temporis homines vocabant Galilaeos, Chriſtiani vocarentur*; cum tamen ſatis conſtet, id nominis a Juliano demum Chriſtianis tributum. Qua in re conſentientem ſibi habet NATALEM ALEXANDRUM (*b*). BARONIUM igitur refutaturus PAGI ad Philopatridis auctorem, quem Lucianum putat, provocat, qui ante Juliani tempora Paullum Tarſenſem Galilaeum appellaverit. Nimirum falſus eſt BARONIUS, cum antiquiſſimis Eccleſiae temporibus Galilaeorum appellationem in uſu fuiſſe negavit. Sed infeliciter eum, ex Philopatride, ſi recte illius a me aetas conſtituitur, ANTO. PAGI erroris redarguit. Id quod hic monuiſſe non praeter rem viſum eſt.

XL. Quae de Galilaeorum appellatione dicta a me ſunt, infirmari forte aliquis exiſtimet eo poſſe, quod apud ARRIANUM (*c*) Galilaei pro Chriſtianis dicantur, & Tiberianus in literis ad Trajanum Imperatorem fatigatum ſe Galilaeorum id eſt Chriſtianorum caedibus ſcribat. Verba ejus apud JOHANNEM ANTIOCHENUM MALALAM (*d*) ita habent: ἀπέκαμον τιμωρούμενος καὶ φονεύων τοὺς Γαλιλαίους τοὺς τοῦ δόγματος τῶν λεγομένων Χριστιανῶν, κατὰ τὰ ὑμέτερα θεσπίσματα κ. τ. λ. Sed cui non apparet ex tota phraſi, primo & proprio ſignificatu poni nomen, pro iis, qui Galilaeam regionem incolebant? Erat Tiberianus ἡγεμονεύων τοῦ πρώτου Παλαιστίνων ἔθνους, id eſt, ut interpretor, Galilaeorum. Hi enim ſi a ſeptentrionali, hoc eſt ſuperiori parte & Romanis etiam, uti Syriae, ubi tum erat Trajanus, viciniori incipias, primus Palaeſtinae gentis populus vocari merito poſſunt (*e*). Scribit igitur Tiberianus ſe ex Galilaeis, qui provincia ipſi evenerant, occidiſſe τούς τοῦ δόγματος των λεγομένων Χριστιανῶν. Unde etiam SUIDAS (*f*) cum hujus epiſtolae meminit, Galilaeorum mentionem prorſus omittit. Τιβεριανὸς ἡγεμονεύων τοῦ πρώτου Παλαιστίνων ἔθνους, ἀνήγαγεν αὐτῷ (Trajano) λέγων, ὡς οὐκ ἐπαρκεῖ λοιπὸν τοὺς Χριστιανοὺς φονεύειν, ἐκείνων αὐτομάτως ἐπεισαγόντων ἑαυτοὺς τῇ κολάσει. Ex his igitur probari non poteſt, poſt exortum Antiochiae Chriſtianorum nomen Galilaeos vocari Chriſti ſectatores conſueviſſe. Quod autem de ARRIANI loco eſt, nihilo plus illo effici arbitror. Cum enim in prooemio libri aperte fateatur, ſe Epicteti ſermones non aut ſuo judicio diſpoſuiſſe, aut dictionis elegantia exornaſſe, ſed ſimpliciter ex ore magiſtri commentaria ſibi, ipſis forte verbis, quibus ille uſus eſſet, conſcripſiſſe, (nimirum ut hodie fere ſolent in acroaſibus Doctorum diſcipuli) quae deinde ſe inſcio in hominum manus pervenerint: hinc apparet fieri potuiſſe, & quidni factum dicamus? ut Epictetus, qui ſub Nerone jam celebritatem erat aliquam conſecutus, & usque ad Divi Marci tempora ſuperſtes fuiſſe dicitur (*g*), vel eo ipſo tempore, quo de Galilaeis natione, qui iidem profeſſione Chriſtiani eſſent, retulit ad Trajanum Tiberianus, in eorum mentionem inciderit

(*a*) In Crit. Anti-Baron. ad A.C. 56. n. 3.
(*b*) Hiſt. Eccleſ. ſec. 1. diſſ. XX. p. 212.
(*c*) L. 4. ſermonum Epicteti c. 7.
(*d*) In hiſtoria chronica p. 356. Quae de τοῦτο hujus epiſtolae vel γνησιότητι diſputantur apud *Basnagium* Annal. Eccl. A. 117. ar. 4. ea ad noſtram rem nihil faciunt. Mihi ſuſpectam maxime reddit formam certe epiſtolae uſus pronominum & verborum plurarium de uno Trajano.
(*e*) Nam illa ſolennis Palaeſtinae in primam, ſecundam & tertiam diviſio aut Theodoſii M. poſtremis, aut primis Arcadii temporibus orta, huc non pertinet, de qua Jac. Gothofr. ad l. 3. C. Theod. de provinciis.
(*f*) V. Τραϊανός.
(*g*) Merito hoc poſterius in dubium vocante *Fabricio* Bibl. Gr. 4. 7. p. 259. ſeq. & ante illum *H. Dodwello* diſſ. de aetate Peripli maris Euxini §. 7. ſeqq. ubi copioſe demonſtrat ultra Hadriani annum XX. non viviſſe.

rit (*a*); quæ illius dicta bona fide excepit ARRIANUS, & ad posteros transmisit. Illud vero monuisse hoc in loco, quanquam non ad nostrum institutum pertinet, haud abs re fuerit, ita vulgo Epicteti verba accipi, ac si μανίαν quandam ac stuporem Christianis tribuat, in quo ego injuriam fieri optimo seni arbitror. Dixerat, si quis ab insania aliqua aut furore ita esset affectus, ut perinde ipsi esset, habere uxorem ac liberos, aut non habere, & quod ad vitam, bonaque alia similiter existimaret; huic nullum fore tyrannum horribilem, satellites nullos, nullos gladios extimescendos. Jam subjungit: οὕτω ὑπὸ μανίας μὲν δύναταί τις οὕτω διατεθῆναι πρὸς ταῦτα, καὶ ὑπὸ ἔθους οἱ Γαλιλαῖοι, ὑπὸ λόγου δὲ καὶ ἀποδείξεως οὐδεὶς δύναται μαθεῖν κ. τ. λ. Itaque μανίαν profecto non tribuit Galilaeis, sed ita dicit: si insania quibusdam causa esse potest, ut parvi externa faciant, & nihil timeant adversi: si porro Galilaei ex consuetudine (institutionem forte commodius intelligemus) talia contemnunt: pudor est, non posse ab ratione aliquem eo perduci &c. Sed id jam non agimus.

XLI. Bene adhuc in Juliani tempora convenit Philopatris. Sed scrupulum injicit illud, quod non Christiani tantum irridentur hoc dialogo, sed gentilium etiam Deastri acerbissime priori ejus parte perstringuntur. Videri igitur alicui possit, illum non esse scriptum in Juliani gratiam, cui minime omnium probari Numinum suorum insectatio potuerit. Sed plures hic sunt elabendi viæ. Forte auctor, ut aegre faceret Christianis, exososque illos magis Juliano redderet, quibus ludibriis avita numina traducerent, in Triephontis persona repraesentavit. Forte auctor, cum sibi Lucianum suum non tam imitandum quam exscribendum proposuisset, flosculos ejus hac in parte consectatus est, & verborum amoenitate ductus ipsas etiam sententias improvide assumsit: quales hodienum errores ab ineptis hominibus, quorum numero nostrum vix quisquam eximendum censebit, committi interdum, constat. Sed si vel sciens prudensque fecit, tamen timendum ei non erat, ut Julianum offenderet, ut qui ipse absurdas de Diis fabulas, a Poëtis ad res sublimiores sub istis quasi symbolis repraesentandas, putabat esse confictas (*b*). Quin ipse salsis jocis in Deos illos ἀποσκώπτει (*c*), ut adeo ab ira ejus ob laesam siculneorum numinum majestatem metuere sibi auctor Philopatridis non debuerit. Ita Socratem impietatis postulat Aristophanes derisor ipse Deorum, qui publice tum colebantur, maximus. Et novimus, hoc profuisse vitæ Christianam religionem, ut ethnicos etiam puderet anilium fabularum, quemadmodum Luthero & Calvino multa debent remota scandala illæ etiam Ecclesiæ, quæ in Romani Pontificis ditione manserunt.

XLII. Juliani igitur tempore scriptum esse Philopatrin, credat fortasse nobis aliquis, nisi ille adhuc supereset scrupulus, qui factum, ut tantum junioris Luciano auctoris dialogus inter illius opera & censeri coeperit, & diu adeo delituerit? Hic praeter ea quæ communia sunt, & de suppositiciis quibusvis possunt dici, dictaque olim sunt, & huic satisfacere scrupulo, & praeterea valde magnam sententiæ nostræ verisimilitudinem conciliare illud puto, quod Juliani tempore vixit, ipsique amicus Imperatori fuit LUCIANUS SOPHISTA aliquis, ad quem extat hodienum scripta a Juliano epistola, quæ quoniam brevissima est, & elegantiæ omnis plenissima, non ingratum lectori facturus videor, si totam adscribam (*d*).

Lau-

(*a*) Sub Trajani certe imperio sermones illos ab Epicteto habitos, probant *Fabric.* l. c. & *Dodwellus* l. c. §. 12.

(*b*) E. g. Or. in Matrem Deorum p. 170. Veteres, ubi investigata a se rerum principia detexissent, ἐκκέκασται αὐτὰ μύθοις παραδύξοις, ἵνα ἀφ' ὧν παραδύξα, τούτων ἀπομαθόντες τὸ πλάσμα φυγαδεύσῃ, ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἴωμεν τῆς ἀληθείας προτρέψῃ. Ita oratione in Solem p. 136. ἔκτισε δὲ ὁ θεὸς καὶ ποιητικὰς Μούσας ἀθύρματα vocat, quae de συνδυασμοῖς & γάμοις Deorum dicantur apud HOMERUM.

(*c*) In illius Caesaribus Divus Marcus, ut se Deorum imitatorem probet, illorum corpora τῶν ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως τροφῆς indigere asserit, & Jovis exemplo (Il. E. 897.) indulgentiam erga Commodum suum tuetur. In fine hujus Commentarii τροφὴν & ἀστασίαν Deam comminiscitur. &c.

(*d*) Epist. XXXII. p. 404. ed. *Lips.*

Ἰουλιανὸς Λουκιανῷ σόφισμα. Γράφω καὶ ἀντιτυχεῖν ἀξιῶ τῶν ἴσων, ἃ δὲ ἀδικῶ συνεχῶς ἐπισέλλων, ἀντα-δικηθῆναι δέομαι τῶν ὁμοίων παθεῖν. Quid si dixerimus, ab hoc scriptum esse Philopatrin? nominis deinde similitudine deceptos librarios in unum cum Samosatensi volumen compegisse? Ad haec qui Philopatrin cum iis quae Lucianus scripsit comparaverit, Lucianeum esse illum, id est Luciani imitatione scriptum, & e verbis fere Luciani senioris illius compilatum, eoque nomine commentariis illius immixtum merito, negare profecto vix sustinebit. Atque hoc est, de quo antequam finiamus, aliqua sunt dicenda.

